


9
18 K
25


FAUSTO STABI
ROMA
LEGATORE DI





Hieronym⁹.



Ambrosius.




Augustinus.



Gregorius.



Bernardus.



Chrysostom⁹.



Tertullian⁹.



Basilius.



Ciprianus.



Hilarius.



DIVI HIERONYMI SACRARVM LITERARVM

interpretis vt celeberrimi, ita & peritissimi in vitas patrum opus pium, Christianoq; lectori perutile: cuius crebra lectio peccatoris etiam saxeum cor emollit, ac ipsum ad nostræ religionis zelum non mediocriter allicit.


Quæ autē errata insigne hoc opus fœdabant nunc diligenter emendata fuere.

Adiectus est insuper Alphabeticus Index, in quē res scitu dignæ, quo verborum licuit compendio, congestæ sunt, quo singula quæ scire volet studiosus lector facile inueniat.

C. D. 19 C.

M.D.XXXVIII.

de vrbe







Tabula Alphabetica.



E occasione styli hoc in ope obseruati ꝗsq̃ legētiū: aut audiētiū offendiculū patiat̃: q2 nō p ofa ꝓcedit vel an tea hu9 materie exēplaria ꝑspexit: facilevenīā dabit:postq̃ multoꝝ diuersitatē ꝯfusam intuet̃. Eo ꝓpter idipꝫ in q̃tuor ptes diuisam differēteſq̄ distixi. In cui9 prima collegi ī vnū historialia. In pte scd̃a libellos ⁊ doctrinalia: In pte.iij. de regulari obseruātia. Et finali pte de laude ⁊ tutū efficacia. Ita sane vt ps pr̄a p historias: scd̃a p libellos: ⁊.§.pars tertia p rubricas: ⁊.iiij pars p rubricas capl̃a distinguat̃. Et vt clarior noticia tabule sup eo habeat̃ nūerū foliis cōnsūerau. Hec exordio p̄tis opis ad ḡnalē ei9 noticiā sufficit ꝑmisisse: ad cui9 ꝯplemētū me ꝓmoueat illa q̄ oīū est artifex sapiētia increata in scl̄m scl̄i benedicta. Amen.

Tabula Alphabetica.

¶ Incipit registrum secundi libri de vita sanctorum patrum.



¶ Finis.

¶ Incipit prologus sancti Hieronymi Cardinalis presbyteri in libros vitaspatrum sanctorum Egyptiorum: etiam eorum qui in Scithia Thebaida atq; Mesopotamia morati sunt: non solum quos oculis vidit: maximoq; labore cõspexit verum et q̃plura a fide dignis relata conscripsit notabili diligentia. Deniq; aliorum etiam autenticorum libellos fideliter e greco in latinum transtulit: et ab aliis translata pro sui perfectione huic operi inseruit.



Benedictus deus qui vult omnes homines saluos fieri: et ad agnitionem veritatis venire: qui etiam nostrũ iter direxerat ad Egyptum. Et ostendit nobis mirabilia magna ad posteritatis memoriã ꝓ futura: et qbus nõ solũ nobis causa salutis oritetur verum et historia salutaris: atq; ad doctrinam pietatis aptissima conderetur que virtutis iter agere volentibus gestorum precedentium fide amplissimum tramitem pendat. Quamuis ad tantarum rerum narrationem minus idonei sumus: nec dignum videatur ingentium rerum exiguos ac paruos fieri autores: precelsasq; virtutes humili narrare sermone: tamen quoniam fratrum charitas: eorum qui in monte sancto Oliueti commenẽt: hoc a nobis frequenter exposcit: vt Egyptiorum monachorum vitam virtutesq; animi: et cultum pietatis atq; abstinentie robur: quod in eis coram vidimus: explicemus precibus ipsorum qui hoc imperant adiuuandum me credens aggrediar: non tam ex stylo laudem requirens q̃ ex narratione rerum edificationem futuram legentibus sperans: dum gestorum vnusquisq; inflammatus exemplis horrescere quidem seculi illecebras: sectari vero quietem: et ad pietatis inuitatur exercitia. Vidi ergo et vere vidi thesaurum Christi in humanis absconditum vasculis: quẽq; thesaurum repertum nolui tanq̃ inuidus occultare: sed quasi pro multis inuentum proferre in medium: et facere communem: certus q̃ quanto plures ex eo fuerint ditati tanto mihi amplius acquireretur. Ego enim locupletior fiam cum aliorum salus ministerij mei fuerit quesita mercimonia. ¶ In principio ergo narrationis nostre adesse nobis precamur gratiam domini nostri Jesu Christi: cuius virtute omnia hec pietatis exercitia apud Egypti monachos habentur. Vidimus enim apud eos multos patres celestem vitam in terra positos agentes: et nouos quosdã prophetas: tam virtutibus animi q̃ vaticinandi officio suscitatos: quibus ad testimoniũ meritorum nec signorum quidem ac prodigiorum deerat efficacia. Et merito. Cur enim qui nihil terrenum: nihil carnale cupiunt: non accipiant celestem potestatem? Nonnullos namq; eorum ita ab omni malicia et cogitatione et suspitione vidimus alienos: vt nec si aliquid mali adhuc gereretur in seculo meminissent. Tanta in eis erat trãquillitas animi: tantusq; inoleuerat eis bonitatis affectus: vt merito de eis dici possit. Pax multa diligẽtibus nomen tuum domine. Commanent autem per heremum dispersi et separati cellulis: sed charitate connexi. Ob hoc autem dirimuntur habitaculis: vt silentiũ sui quietem et intentionem mentis diuina sectantes: nec vox aliqua: nec occursus vllus aut sermo aliquis otiosus obturbet. Intentis ergo in suo quisq; loco animis: velut boni patres Christi expectant aduentum. Aut tanq̃ miles paratus in castris imperatoris presentiam: vel vt fideles serui aduentatem dñi sustinẽt libertatem sibi pariter et munera largiturum. Oẽs ergo hi nullã cibi aut indumenti: aut vllius horum sollicitudinem gerũt. Sciunt eñi q̄ scriptum est. Hec oĩa gentes cogitant: ipsi vero iustitiam et regnum dei requirunt et hec oĩa s̃m ꝓmissionem saluatoris apponũtur eis. Deniq; eorum plurimi forte si aliquo necessario ad vsus corporis eguerint: nõ ad humana ꝓfugia: sed ad deũ versi: et ab ipso tanq̃ a patre poscentes: q̃ poposcerint illico consequuntur. Tãta namq; in eis fides est: que etiam montibus vt trãsferantur valeat imperare. Unde et nonnulli eorũ irruptiones fluuij in perniciẽ vicinarum regionum concitatas orationibus represserunt. Et pede incedentes alueí eius profunda digressi sunt immanesq; eius bestias peremerũt. Et plura atq; immensa signa: que a prophetis et apostolis antiquitus gesta fuerant: consummauerunt: vt dubitari non debeat ipsorum meritis adhuc stare mundum. Sed illud valde mirum est: cum semp optima queq; rara sint et difficilia: in illis eñ vtrũq; pariter conuenisse: vt et numero immensi sint: et virtutibus incomparabiles. Sũt enim et alij in suburbanis locis: alij per rura plures aũt et egregiũ per heremum dispersi et velut quidam celestis exercitus in procinctu positus: atq; in tabernaculis degens ad obediẽtiam preceptorum regi semper intentus: armis orationum pugnãs et scuto fidei ab inimico insidiãte protectus regnum sibi celeste conquirunt. Sunt ergo ornati moribus quieti/lenes/trãquilli/ et charitatis vinculis velut quadam germanitate constricti. Ad emulationem vero virtutum certamen ingens exercẽt et agones. Studet eñi vnusquisq; clementior altero: alio benignior: hoc humilior: illo patientior inueniri. Si quis aũt sapiẽtior ceteris fuit: hic ita cõmunis erga omnes et mediocris existit: vt s̃m mandatum domini omnium minimus: et omnium seruus esse videatur. Quia ergo dei munere donatũ mihi est et videre eos: et interesse conuersationi eorum et de singulis iam nunc: que ad memoriam dominus reduxerit enarrare tentabo: vt hi qui non viderunt eos in corpore: opera eorum discentes vitãq; eorum perfectam lectionis iudicio colligentes: ad emulationem sancti operis inuitentur: et perfecte patientie palmam requirant.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit narratio.

¶ De sancto Joanne Egyptio heremita.



PRimū igit̄ tanq̄ vere fundamētum nostri operis ad exemplū bonorū oīm sumamus Egyptiū Joannē: q̄ vere etiā solus satis supq̄ sufficiat religiosas ⁊ deo deuotas mētes ad vtutum culmen erigere: ⁊ ad perfectionis vestigia cōcitare. Hunc em̄ vidim⁹ in Thebaidis partibus in heremo: q̄ adiacet ciuitati Lyco: in rupe quadā mōtis ardui cōmanētē. Ascēsus ad eū difficilis: adit⁹ monasterij eius obstrusus ⁊ clausus: ita vt a quadragesimo etatis sue anno vsq̄ ad nonagesimū: quē tūc gerebat cū eū vidim⁹: monasteriū ei⁹ nullus intrauerit. Aduenīētib⁹ vō ꝑ fenestrā se vidēdū prebebat: ⁊ inde eis vel vbū dei ad edificationē: vel si qua fuissent ꝯsolationis respōsa reddebat. Mulierū tn̄ illuc nulla: nec ad cōspectū quidē ei⁹ accessit: sed ⁊ viri raro ⁊ certis quibusq̄ temporibus. Cellā sane hospitalē extrinsec⁹ fieri ꝑmisit: in qua aduentātes e longinquis regionib⁹ paululū requiescerēt: ipse vō intrinsecus solus soli deo vacans: nō diebus nō noctibus a colloquijs dei ⁊ oratione cessabat: diuinū illud: ⁊ qđ supꝰ oēz mentē est: tota mētis puritate conspiciēs. Quāto em̄ se ab humanis curis et colloquijs sequestrabat: tāto illi vicinior ⁊ propinquior deus erat. In tāta deniq̄ mētis sue synceritate ꝓfecerat: vt nō solū eorū q̄ erant sciētiā consequeret̄ a dn̄o verū et eorū que futura erant prescientiam mereret̄. Euidenter namq̄ ei dn̄s prophetie gratiam contulit: ita vt nō tātū ciuibus ⁊ ꝓuincialibus suis si forte percōtaret̄: futura ꝑdiceret: sed ⁊ imperatori Theodosio: vel quos belli exitus habiturus esset: vel quibus modis victoriā caperet de tyrānis: sed ⁊ quot irruptiones passurus esset gentiū barbarū sepe predixerit. Quodā etiā tēpore cum gēs ethyopū Romanū militē circa cinerē (q̄ prima est ex Ethiopie partibus Thebaidis ciuitas) incursaret: ⁊ strages plurimas nostroꝝ dedisset: predāq̄ duxisset veniētis se Romano duci: ⁊ metuēti ꝯfligere cū eis eo q̄ exigu⁹ ei erat militū numerus: ⁊ hostilis cōtra se innumera multitudo. Joānes statutū designās diē: ꝑge (inq̄t) securus die em̄ qͣ dixi ⁊ hoste prosternes: ⁊ spolia capies: ꝑdāq̄ reuocabis. Qđ cū fuisset impletū etiā apd Augustū: qꝛ charus acceptusq̄ futurus esset ꝑdixit. Hec apud illū ꝓphetie gratie habebat: vt magis hoc illorū qui ꝑcontabant̄ q̄ suis meritis ascriberet. Dicebat em̄ nō pro se hec: sed pro illis qui audisit a dn̄o ꝓnunciari. ¶ Aliud quoq̄ ꝑ eū mirum valde dn̄s ostendit. Tribunus quidem ad agendum militē pergens venit ad eū ⁊ obsecrare eum cepit: vt permitteret etiam coniugem suam venire ad se. Multa nāq̄ eam dicebat pertulisse pericula ob hoc tm̄ vt faciem eius videret. Tunc ille negat vnq̄ moris fuisse vidēdi mulieres: ⁊ ꝑcipue ex quo in illius rupis se monasterio cōclusisset. Tribunus persistit: obsequēdo ⁊ confirmādo: q̄ nisi videret eū: esset sine dubio in multa tristitia peritura. Cūq̄ iterū ac sepius eadem precaretur: ⁊ causam mortis eum sue cōiugis cōfirmaret futurū: atq̄ inde eam interitum: vnde salutē sperauerat accepturam. Tūc fidem ⁊ importunitatem eius aspiciēs senior. Uade inquit videbit me coniunx tua hac nocte: nō tamen veniet huc: sed in domo sua atq̄ in lecto suo manebit. Post hec verba abscedit vir: ambiguitatē respōsi in pectore suo versans. Cūq̄ hec etiā coniugi nunciasset: similiter modo nihilominus etiā mulier sermonis incerto fatigabat̄. Sed vbi somni tēpus aduenit adest homo dei ꝑ visum: ⁊ adsistens mulieri fides inq̄t tua magna est o mulier: ⁊ ideo veni desiderio tuo satisfacere: te tū moneo: nō vt faciē corporalem seruorū desideres dei: sed vt gesta et actus per spiritū contēpleris. Sp̄s enim est qui viuificat: nam caro nō ꝓdest quicq̄. Ego aūt nō quasi iustus aut propheta vt putas: sed ꝓ fide vestra intercessi pro vobis apud deū ⁊ concessit tibi oīm morboꝝ (quos in corpore tuo pateris) sanitatē. Eris ergo ex hoc sana ⁊ tu ⁊ vir tuus: ⁊ benedicetur domus vestra. Sed ⁊ vos memores estote bn̄ficiū a deo vobis collatis: ⁊ timete dn̄m semꝑ nec amplius q̄ stipendijs vestris debetur aliquid requiratis. Sufficiat ergo tibi hoc q̄ vides me in somnio: ⁊ amplius non requiras. Euigilans aūt mulier indicauit viro suo q̄ viderat queq̄ audierat: sed ⁊ habitum viri ⁊ vultū: atq̄ oīa signa eius exposuit. Super que admiratus vir eius: regressus ad hominem dei gratias refert: et acceptis ab eo benedictione perrexit in pace. ¶ Alio quodaz tempore prepositus quidam militum venit ad eū cuius vxor grauida ab eo relicta est in domo sua. Et illa ipsa die qua ille ad beatum Joannē venerat: partum edens periclitabatur. Tunc sanctus homo dei: si scires inquit donum dei: ⁊ qꝛ tibi hodie natus est filius gratias ageres domino. Sed scito matrē pueri periclitatam: aderit tamē dn̄s ⁊ inuenies eam sanam. Festina ergo ⁊ redi in domum tuam: ⁊ inuenies puerū septem dierum: et vocabis nomē eius Joannē: hic nutriatur in domo tua absq̄ vlla cōtaminatione gētili septē annis: quibus peractis trade eū monachis erudiendū sanctis ⁊ celestib⁹ disciplinis. ¶ Multis preterea ad se veniētibus siue ꝓuincialibus siue peregrinis: cū res poposcisset: occulta cordis eoruz indicabat: ⁊ si quid forte peccati ab eis in occulto fuisset admissum secretius corripiēs arguebat: et ad emendationē ac penitētiam prouocabat. Nili quoq̄ fluminis abundantia siue aquarū penuria futura esset predicebat: sz ⁊ si forte ex offensa hoīz plaga aliqua ⁊ correctio a dn̄o immineret: similiter premonebat: ⁊ si quid cause esset: ꝓ qua introduceret̄ fames: aut castigatio designabat. Sanitates quoq̄ ⁊ curas corporum: ita deposcentibus conferebat vt omnem ex hoc iactantiam fugeret. Non enim permittebat ad se incommodatos deferri: sed benedicēs oleum dabat ex quo peruncti sani fierēt a quacūq̄ infirmitate tenerent̄. Senatoris cuiusdā aliqñ vxor excecata est: hec deꝑcabatur virū suū vt eā ꝑduceret ad hominē dei. Cui cū responderet vir suus non ei esse moris videndi mulierē rogat vt indicaret ei tātūmodo imbecillitatis sue causam ⁊ deprecaret̄ vt orationē faceret ꝓ se. Cūq̄ legationē pertulisset vir eius ad eū orans ⁊ benedicens oleū mittit ad illam. Ex quo

per triduū inungens oculos suos visum recepit
⁊ deo gratias egit. Sed ⁊ multa eius sunt gesta q̄
narrare satis longū est. Unde omissis his ītertz
que auditu cōperimus ad ea q̄ oculis nostris con
speximꝰ veniamꝰ. Septē fuimꝰ simul fratres co-
mitātes qui ad eum venimꝰ. Cūq; salutassemus
eum omnisq; nos letitia suscepisset ⁊ vnūquēquā
nostrum gratifice alloqueretur rogatus a nobis
oratione simul ac benedictionē dare. (Hoc enim
moris est apud egyptios monachos: vt ibi adue
nerint fratres: statim p orationē sibi inuicem se-
derent) interrogabat si quis in nobis esset cleri-
cus. Et vt omnes negauimus. respiciēs ad singu
los ītellexit esse īter nos quēdā q̄ huius erat or-
dinis sed latere cupiebat. Erat enī diaconꝰ ⁊ hoc
preter vnū solū qui et fidus erat etiā ipsi itineris
comites ignorabāt. Uisurus enim talco ac tātos
viros humilitatis gratia celare voluit gradꝰ sui
honorē vt īferior haberet in ordine ī his qbus se
longe inferiorez esse meritis indicabat. Sanctꝰ
ergo Joānes vt eū vidit eūdē cū esset adolescen-
tior ceteris digito ostēdēs euz. Hic inquit dyaco-
nus est. Et cum adhuc negaret: apprehēdens eū
manu sua exosculatus est ⁊ dixit. Noli fili nega-
re gratiā dei: ne incurras pro bono malum: pro
humilitate mēdacium. Cauendū nanq; est omni
modo mendaciū: siue pro malo: siue etiam pro bo
no proferri videatur: quia omne mendacium nō
est adeo: sed sicut saluator dicit a malo est. At ille
his auditis quieuit: blādā nanq; eius correptio
nem equanimiter tulit: ⁊ cum orationez domino
obtulissemus: post finez vnus ex fratribꝰ nostris
terciano typo. id est febre grauissime vexabat: ⁊
rogabat hominē dei. vt ab eo curaretur. ¶ Qui
ait ad eū. Rem tibi necessariaz cupis abijcere: vt
eni corpora nitro vel alijs huiusmodi lincamen
tis abluunt a sordibꝰ: ita anime lāguoribꝰ alijsq;
huiusmodi castigationibus purificant. Et post-
q̄ de his nobis multa per doctrinam mysticā dis
seruit: benedicens tandem oleum dedit ei. Quo
perunctus eger omnem continuo abundantiam
fellis euomuit: ⁊ sanissimꝰ redditus: pedibꝰ suis
ad diuersoriuz redijt. Post hec iubet officia erga
nos humanitatis atq; hospitalitatꝭ expleri ⁊ cor
pori curam geri. Ipse vero sui negligēs nostri sol
licitus erat. Jam enim continuo vsu ⁊ iugi ꝯsue
tudine nec recipere cibum nisi in vesperum pote
rat ⁊ hūc exiguū. Erat autē attenuati ⁊ aridi cor
poris pre abstinētia capilli eius ⁊ barba quasi ex
lāguore nimio rara ⁊ tenuis: vtpote quem nullꝰ
sufficiens cibꝰ nutriret: nec letior aliquis humor
infunderet. Obseruabat enim tūc: cuz iam nona
genariam (vt supra diximus: ageret etatē) vt nul
lum vt paucis vtar verbis per ignem paratū su
meret cibū. Igitur post hec hospitalitatis officia
regressos ad se sedere nos iubet: ⁊ tunc demū qui
dem vnde vel cur aduenerimꝰ inquirit: cum iam
nos letos ⁊ omni cuz gaudio tanq̄ natos ꝓprios
suscepisset. Cūq; respondissemus ꝙ de hierosoly
mis ad eum vtilitatis ⁊ ꝓfectꝰ anime nostre cau
sa venissemus: vt ea que olim ad auditum nostrū
fama pertulerat: ⁊ ipsi nūc oculis nostris cerne-
remus: quoniā quidem tenacius solent inherere
memorie ea que oculꝰ viderit q̄ que auris audie
rit. Tunc beatus Joannes vultu placidissimo ⁊
quasi subridens ex abundantia letitie hoc modo
respōdit ad nos. Miror inquit ad modūz dulcissi
mi pueri laborem vos tanti itineris suscepisse cū
nihil ad hec dignum in nobis videre possitis. Ho
mines enim sumus humiles ⁊ exigui: nihil habē
tes in nobis vel quod expeti debeat vel mirari.
Et tū etiaz si esset aliquid in nobis fm opinionē
vēstram: non tale quale legitis in prophetis dei
⁊ apostolis. Quid vtiq; ob hoc ī oībꝰ dei ecclesijs
recitant: vt exempla vite hominibus nō de lōgin
quis ⁊ peregrinis locis q̄rant. sed domi vnusq̄sq;
⁊ apud se habeat qd̄ debeat imitari. Unde pluri-
mū miror intentionem vestri laboris ac studij: ꝙ
profectus anime vestre causa tantas superare re
giones: tantosq; labores subire voluistis cū nos
eousq; pigritia desidiaq; constringat: vt nec cellu
las nostras pergredi audeamus. Uerūtamē quo
niam putatis esse in nobis aliq̄d ex quo ꝓficere
debeatis: hoc primū vobis iudicandū est: vt hoc
ipm ꝙ venistis ad nos ⁊ tantum laborem vidēdi
nos suscepistis: ne iactantiā alicuius habeatis ꝓ
spectum vt non tam proficere ad animi v̄tutēz q̄
ꝓferre se ⁊ iactare vnusquisq; vestrum velit: pro
eo ꝙ viderit eos: qui apud alios ex auditu solo co
gniti videantur. Graue est iactantie vitiū: ⁊ peri
culosum nimis ⁊ quod de ipso etiam perfectiōis
fastigio deijcit animas: ⁊ iō hoc vos primos oīm
cauere volo. Est autē species mali huius duplex
q̄dem. Nōnullis eīn accidit in ipsis statim initijs
conuersionis sue: cum parū aliquod vel abstinen
tie impenderint vel pecunie in pauperes eroga-
uerint: ⁊ cū de eis ita sentire debeāt: quasi ꝙ spe-
derit abiecerint ita agūt ⁊ ita sentiūt: quasi eminē
tiores sint illis: q̄bus aliq̄d elargiti sunt. ¶ Alia
vero est iactātie species cū quis ad summā virtu
tem preueniens. nō totū deo: sed suis laboribꝰ ac
studijs deputat: ⁊ dū ab hominibus gloriaz que
rit: perdit eam que a deo est. Propter quod filio
li mei fugiamus omni genere iactātie vitium ne
forte incurramus eum lapsum: quē diabolus in-
currit. Hic preterea cordi nostro ⁊ cogitationibus
p̄cipua adhibēda est diligentia. Obseruādū nāq;
est ne qua cupiditas: ne qua voluptas praua: ne
ꝙ desiderium vanum: ⁊ qd̄ non est fm deum radi
ces in corde nostro defigat. Ex huiusmodi eīn ra-
dicibus cōtinuo pullulāt vage ⁊ inutiles cogita-
tiones: ⁊ in tātū moleste sunt: vt nec orantibꝰ no
bis cessent: nec in cōspectu dei cōsistentibꝰ nobis
⁊ precibus pro salute nostra offerentibus excant
sed rapiunt a nobis captiuam mētem: ⁊ cum cor-
pore stare videamur in oratiōe sensu ⁊ cogitatio
ne euagemur ⁊ ducimur per diuersa. Si q̄s ergo
est qui se putat renūciasse mūdo ⁊ operibus dia-
boli: nō sufficit in eo renūciasse: vt possessiones ⁊
p̄dia ceteraq; seculi negocia reliquerit: nisi etiaz
ꝓprijs vitijs renunciauerit: ⁊ inutiles ac vanas
abiecerit voluptates. Hec eīn sunt de quibꝰ apo-
stolus dicit. Desideria vana ⁊ nociua q̄ mergunt
hominē in interitū. Hoc est ergo vere renunciasse
se diabolo ⁊ operibus eius. Diabolus enim per
alicuius vitij ⁊ occasionē ⁊ praue voluptatis adi
tum irrepit in cor nostruz: q̄r vitia ex parte illius
sunt: sicut v̄tutes ex deo sunt. Si ergo sint vitia
in corde nostro: cum venerit princeps eoꝝ diabo-
lus: quasi ꝓprio autori dant locum ⁊ introducūt

cum velut ad possessionē suaz. Et inde est q nūq̄
huiusmodi corda pacem habere possunt: nunq̄
quietem sed semper conturbant: semp terrētur:
ꝛ nūc vana leticia: nūc inutili tristicia deprimun
tur. Habent enim intra se habitatorē pessimum
cui introeundi ad se locum per passiones suas ꝛ
vitia fecerūt. E contra vero mens que vere renū=
ciauit mūdo hoc est que abscidit ꝛ amputauit a se
omne vitiū: ꝛ nullū introitū ad se diabolo reli=
quit aditū: iracundiam cohibet: furorē reprimit
mendacium fugit execratur inuidiam ꝛ nō soluz
nō detrahere sed nec malum qdem sentire: aut su
spicari de proximo suo patitur: que fratris gaudia
sua dicit ꝛ tristitiam eius suam tristitiā deputat.
Que hec ergo ꝛ horū similia obseruat mens: spi=
ritui sancto aperit in se locū. Qui cū īgressus fue
rit ꝛ illuminauerit eā semp ibi iam gaudia: sem=
per leticia: semp charitas: patientia: longanimi
tas: bonitas ꝛ oēs qui sunt fructus spiritus oriū
tur. Et hoc erat quod dicebat dn̄s in euangelio.
Nō potest arbor bona malos fructus facere neq̄
arbor mala fructus bonos facere. Ex fructib⁹ em̄
pbatur arbor ꝛ cognoscitur. ¶ Sunt autem nō=
nulli qui videntur seculo renūciasse ꝛ curam nō
adhibent ad mūdicias cordis: neq̄ vt vitia ꝛ pas=
siones resecent ex anima sua moresq̄ componāt
sed hoc tātum studēt: vt videant aliquos sancto=
rum patrū ꝛ audiāt ab eis aliqua verba: que nar
rantes aliis gloriant se ab illo vel illo didicisse: ꝛ
sicubi forte vel audiendo vel legēdo paruz aliqd
sciētie acqsierint: continuo doctores fieri volunt
ꝛ docere nō ea q̄ egerint sed que audierint ꝛ vide
rint despicientes ceteros. Affectant ipsi sacerdo
tium atq̄ immergere se conant ad clericatū: ne=
scientes: qz minoris condēnationis est si qs ipse
virtutibus polleat ꝛ alios tamen docere non au=
deat: q̄ si ipse passionib⁹ ꝛ vitiis pmatur: ꝛ alios
de virtutibus doceat. Sic ergo filioli mei neq̄ fu
giendum omni modo dicimus clericatū vel sacer
dotium: neq̄ rursus omnimodis expectādus sed
danda opera est vt vitia quidē a nobis depellan=
tur ꝛ virtutes animi cōquirant dei autē iudicio
relinquēdum est: quē velit ꝛ si velit assumere sibi
ad ministeriuz: vel ad sacerdotium. Non em̄ qui
seipsum ingesserit sed quē dn̄o assumpserit ille p
batus est. ¶ Monachi autē illud opus est preci=
puuz vt orationē puram offerat deo nihil habēs
in cōsciētia reprehensibile sicut dn̄s dicit in euā
gelio. Cū steteritis ad orationem remittite fra=
tribus vestris si qd habetis cōtra eos ex cordib⁹
vestris: nisi em̄ remiseritis fratribus vestris nec
vobis remittet pr̄ vester celestis. Si aūt remiseri
tis fratrib⁹ vestris ꝛ vobis remittet pater vester
qui in celis est. Si ergo mūdo (vt supra diximus)
corde astiterimus ante deum: ꝛ liberi ab omnib⁹
his vitiis ꝛ passionibus quas supra diximus pote=
rimus in q̄tum possibile est etiaz deum videre: ꝛ
orantes oculos cordis nostri in ipsum dirigere ꝛ
videre inuisibilez mente non corpore: intellectu
scientie nō carnis aspectu. Nemo enim se putet
posse ipsam (sicut est) diuinam substantiā cōtue=
ri: ita vt speciem sibi aliquam aut imaginē fingat
in corde corporeā alicui⁹ imaginis similē. Nulla
forma in deo cogitetur nulla circūscriptio sz sen=
sus ꝛ mēs que sentiri quidez possit: ꝛ perstringe=
re mentis affectum: non tamen comp̄hendi aut
describi aut enarrari valet. Et ideo oportet euz
omni reuerentia ꝛ metu accedere ad eū ꝛ ita eū
librare mētis intuitū: vt omne quicquid pōt splē
doris: claritatis: fulgoris maiestatis mēs huma
na conspicere: super omnia esse euz sentiat semp:
ꝛ hoc sicut diximus si pura mēte fuerit: nec vllis
praue voluptatis sordibus occupata. Et ideo in
hoc maxime oportet operam dare eos qui renū=
ciare seculo volunt ꝛ deuz sequi vident sicut scri
ptum est. Uacate ꝛ cognoscite quoniam ego sum
deus. Si ergo cognoueritis deuz in q̄tū homini
possibile est tūc demum etiam reliquoruz q̄ sunt
sciētiam capiet ꝛ mysteria dei agnoscet: ꝛ q̄to pu
rior in eo fuerit mēs: tāto plura ei reuelat deus ꝛ
ostēdit ei secreta sua. Amic⁹ em̄ iam efficitur dei
sicut illi quibus in euāgelio dicebat saluator. Iā
non dico vos seruos: sed amicos. ꝛ omne quicqd
petierit ab eo tāq̄ ab amico charo prestat ei deus
Ipse quoq̄ virtutes angelice ꝛ cūcta mysteria di
uina tāq̄ amicū dei diligunt eum ꝛ obsequūtur
eius petitionibus. Et hic est quē a charitate dei
(que est in xp̄o Jesu) neq̄ mors separat: neq̄ vi=
ta: neq̄ angeli: neq̄ principat⁹: neq̄ potestates:
neq̄ alia creatura. Et iō charissimi qui qdem hoc
elegistis vt deo placeatis: ꝛ ad charitatez eius p
uenitatis date operam alieni effici ab omni iactā
tia: ab omni vitio animi: ab omnib⁹ delitiis corpo
ralibus. Delitias autez corporales nō solū illas
putetis quibus homines seculi fruunt: sed absti
nenti delitie credēde sunt quicquid pro cupidi=
tate sumpserit etiā si vile illud sit: ꝛ qd in vsu esse
abstinētibus solet. Aqua deniq̄ ipsa vel panis si
cum cupiditate sumatur. id est nō vt necessitate
corporis sz vt animi desiderio satisfiat. Hec etiā
abstinenti in delitiarum vitium ducit. Oportet
em̄ in omnibus consuescere animaz vitio carere.
Ideo deniq̄ domin⁹ docere volens animam desi
deriis ꝛ voluptatib⁹ suis resistere: dicebat. Intra=
te per angustam portaz: qz lata est ꝛ spaciosa via
que ducit ad mortem: angusta autē ꝛ arcta via est
que ducit ad vitam. Lata est ergo via aīe cū qua=
liscūq̄ desiderio suo satisfecerit angusta vo est cū
voluptatibus suis repugnat. Multum tamē pro
dest ad hec obtinēda secretior habitatio: ꝛ cōuer
satio solitaria: qz interdū per occasionem adueni=
entium fratrum ꝛ euntium ꝛ redeuntium frequē
tiam abstinentie ꝛ parsimonie frena laxātur: ꝛ p
huiusmodi occasiones venitur paulatim in cōsue=
tudinem ꝛ vsum delitiarū: ꝛ sic interdū etiaz per
fecti iam viri capiunt. Ideo deniq̄ ꝛ Dauid dice=
bat. Ecce elongaui fugiēs ꝛ mansi in solitudine:
expectabaz eum qui saluum me faceret a pusillo
animo ꝛ tempestate. ¶ Postq̄ autem multa no=
bis sanctus Joannes de iactantie vitio aliisq̄ q̄
plurimis vtiliter disseruit: ad vltimū dixit. Refe
ram aūt vobis quid etiam nuper cuidaz ex fratri
bus nostris acciderit: vt cautiores vos precedē=
tia exēpla cōstituāt. Erat quidaz apud nos mona
chus in hac vicino heremo cōmanēs: cui habita
culum spelūca erat: vir summe abstinentie quoti
dianū victū labore manuū querēs in orationib⁹
die noctuq̄ persistēs: cunctisq̄ animi virtutibus
florens. Sed his tot is successib⁹ elatus confidere
quasi in pfectibus suis cepit: ꝛ nō deo totum: sed

sibimetipsi quod profecerat deputare. Hanc aūt eius inmanis animi presumptionem temptator cōtinuo accendit: ⁊ laqueos parat. Quadam nāq die ad vesperam fingit speciem decore mulieris oberrantis per heremum: que velut fessa post nimium laborem accedens ad ostium spelūce monachi se lassabūdam simulās ac fatigatā intrinsecus semetipsam ꝓiecit: atq aduoluta genib⁹ viri vt sui misereat exorat. Nox eīm me infelicē inquit in heremo latitantē cōprehēdit: iube me requiescere in angulo cellule tue: ne forte efficiar nocturnis bestijs preda. At ille primo miseratiōis obtētu recepit eā intra speluncam requirens q̄ ei cā errādi ꝑ heremū fuerit. Illa causam fingit satis accurate: ⁊ interim venena blādimentoꝝ atq illecebre virus ꝑ omnē textum narratiōis interserit nūc se miserandā: nūc etiam defensione dignam ostendēs elegantia ⁊ suauitate sermonis inclinat animum hoīs: ⁊ in affectū sui illecebroso amore deflectit. Hinc iā inter blādiora colloquia locus risusq miscent manus etiam procax ad mentum barbāq quasi venerandi specie protēditur: tum ꝯo palpare ceruicem mollius collumq lenigare. Quid multa? Ad vltimum captiuum ducit militem xp̄i? Cōtinuo enim perturbari intra semetipsum: ⁊ libidinis fluctibus estuare cepit: nequaq̄ laboꝝ preteritoꝝ: nequaq̄ professionis ac ꝓpositi sui memor. Paciscitur cum cordis sui ꝯcupiscētia: ⁊ intra archana cogitationum suarū fedus cū falsa cupiditate cōponit. Inclinat stult⁹ latera sua: ⁊ efficitur sicut equus ⁊ mulus quib⁹ non est intellectus. Atq vbi obscenos iam conabatur inire complexus illa vlulatum teterrimū dire vocis emittens vmbra vt erat tenuis ꝑ manus amplectētis elabitur: ipsum quoq de decorosis motibus inanes auras sectātem fedissima cū irrisiōe deseruit. Tūc preterea multitudo demonum in aere ad hoc ipm spectaculum cōgregata: clamore ingētī: cū cachinno exprobrationis eleuato (inqt) o monache monache: qui vsq ad celum extollebas: quō demersus es vsq in īfernū? Disce ergo q2 qui se exaltat humiliabitur. Tunc ille velut amens effectus: ⁊ deceptiōis sue pudorem non ferens grauius a semetipso decipitur: quam fuerat a demonibus deceptus. Cū eīm debuisset reparare semetipm ⁊ renouare certamen: ac satisfactione sui lachrymis ⁊ humilitatis fructibus: prioris elationis culpam delere: hoc non faciēs sed desperans semetipm (sicut apls dixit) tradidit omi impudicitie ⁊ iniquitati. Regressus est eīm ad vitā secularē: preda demonum factus. Refugit nāq cōspectus oīm sanctorum: ne quis posset eum salutaribus monitis de precipitio reuocare. Si enim reddere semetipsum priori vite ⁊ abstinentie voluisset: recuperasset sine dubio ⁊ locū ⁊ gratiam. ¶ Denique audite qd ⁊ de alio viro gestum sit: similiter cuidam tentato: sed non simili exitu tentationis effuso. Fuit quidā vir in hac ꝓxima ciuitate vitā turpissimā ꝑ omne facinus ducens: ita vt opinatissimus in flagitijs haberetur. Hic aliqñ de miseratione cōpunctus ad penitentiā cōuertit: ⁊ intra sepulchrū se quoddā concludens prioꝝ scelerū pollutiōes lachrymarum fontibus diluebat: diebus ac noctibus in faciē ꝓstratus ⁊ nec subleuare quidē ausus oculos ad celum: neq vocē emittere: ⁊ nomen dei noīare: sed in solis gemitibus ⁊ fletibus perdurabat: ⁊ tāq̄ viuēs sepultus de inferno iā quodāmodo mugitum cordis gemitusq reddebat. Cūq in his posito ei septimana vna trāsisset: noctu venīūt ad eū demones in sepulcro clamātes ⁊ dicētes. Quid est hoc qd agis o impurissime et flagitiosissime? posteaq̄ omni spurcitia: omniq impuritate satiatus es: nūc vis cast⁹ ⁊ religios⁹ ꝓcedere? ⁊ postea q̄ ꝯsenuisti in sceleribus: nec iā sufficiūt vires ad facinora delēda: nūc Christian⁹ videri vis: ⁊ pudicus ⁊ penitēs? quasi ꝯo ali⁹ tibi iā vlius possit dari locus satiato in malis: nisi ille q̄ tibi nobiscū debet. Un⁹ ex nōbis es: alius iā esse non poteris. Redi ergo magis: redi ad nos ⁊ qd superest tibi tēpus in perfruenda voluptate nō perdas preparamus abundantes delitias preparamus scorta nobilissima: ⁊ cuncta alia: que florem tibi possint reparare gratissime iuuētutis. Quid temetipm vanis ⁊ inanib⁹ ꝯficis cruciatibus? Quid temetipsum ante tēpus supplicijs tradis? Quid enim aliud eris passurus in inferno: nisi hoc qd nūc tibiipsi concitas? Si te pena delectat expecta paululum ⁊ inuenies paratā: nūc interim fruere muneribus nostris: que dulcia semper ⁊ grata duxisti. Hec ⁊ huiusmodi plura explorantibus eis ille iacebat immobilis: nec auditū quidē suū conuertens ad eos: nec vllum penitus sermonē respondens. Cūq illi sepius hec eadem repeterēt ⁊ alia duriora: nec ille oīno moueretur in furorē prolapsi demones: vbi viderūt verba contemni: verberibus eū aggressi sunt: multisq supplicijs excruciatū semmecē reliquerūt. Nec tamē in tot tātisq cruciatib⁹ moueri saltē potuit a loco: in quo orationis causa iacuerat. Postera die qdā suorū requirētes eū humanitatis dūtaxat gratia: inueniunt penis incredibilibus affectū ⁊ causam percunctantes cum didicissent: rogabāt: vt cure gratia reportari se ad domū propriā pateretur. Abnegat: ⁊ in eodem permanet loco. Tunc vero ⁊ sequenti nocte repetentes demones grauiorib⁹ eū verberibus cruciabant. Sed nec sic quidē moueri voluit a loco meli⁹ esse dicēs morte subire q̄ vltra demonibus obedire. Nihilominus tertia nocte multitudo conuenit demonū: ⁊ absq vlla miseratione irruētes in eū omnibus penis cruciatibusq cōficiunt. Cūq iā corpus defecisset in supplicijs extremus: tū spūs obsistebat imperio demonū. Qd vbi impij preuiderūt exclamātes voce magna: vicisti inquiūt vicisti: ⁊ mox velut virtute quadā celit⁹ fugati precipites abscedūt: nec vltra ei quicq̄ sue artis: aut sceleris intendunt. Ipse vero intantum virtutibus animi ꝓfecit: et ita ornatus morib⁹ effectus est: ac totius diuine gratie gloria repletus: vt omnis hec regio quasi e celo eum lapsum videret: ⁊ vnū esse ex numero crederet angelorum: oēs pene simul atq vno ore dicētes: hec est mutatio dextere excelsi. Quanti exemplo eius qui iam semetipsos desperauerāt rursus per penitentiam ad spem salutis regressi sunt ⁊ emendationem sui: quam prius desperauerant presumpserūt? Quanti admiratione eius de ipso iam inferno peccatorū retracti sunt: ⁊ ad virtutis indolē reparati? Illo nāq tāta immutatione cōuersio: omnibus omnia visa sunt possibilia.

Non solum autē emendatio morum florebat in
eo ꝛ assumptio virtutū: verū gratia dei plurima
ei collata est. Signa enim ꝛ ꝓdigia que ab eo fa-
cta sunt: quātū apud dn̄m haberet meritum testa
bantur. Sic humilitas ꝛ conuersio bonorū oīm
materiā prebet. Elatio ꝛ desperatio interitus et
mortis est causa ad effugiendum vero ꝑiculi la-
psum ꝛ conquerendā dei gratiam atq; ipsius di-
uinitatis euidentiorem noticiam capiendā plu
rimum prodest secretior cōuersatio: ꝛ heremi in-
terioris habitatio. Qd̄ vos non tam verbis q̄ re
bus ipsis ꝛ exēplis melius docere puto. ¶ Fuit q̄-
dam monachus qui in heremo hac (que pre cete
ris interior est) habitabat. Hic cū plures annos
in abstinētia perdurasset: et prouectus tempore
prope iam ad senilē venisset etatē omni virtutū
flore adornatus ac totius cōtinentie magnitudi
ne sublimatus. Qui cum in oratiōib⁹ ꝛ hymnis
sedule deo deseruiret: tā q̄ e merito militi suo do
minus remuneratiōes parat: vtpote qui in cor-
pore adhuc positus instar angelorū incorporee vi
te officijs fungeret̄ dignū iudicās annonam cele
stem prebere ei in deserto: qui celestē regem per-
uigilibus presto labat̄ excubijs: vt digne fruere-
tur celestib⁹ alimonijs. ¶ Volēs ergo deus etiā
in hoc seculo remunerare eius fidele propositū
ad prouidentie sue solicitudinem quotidiani vi-
ctus eius reuocat curam. At cū cibi vsum popo-
scisset nature necessitas: ingrediēs speluncā suā
inueniebat mense panē superpositū: mire suaui
tatis: mirisq; candoris. Ex quo refectus ꝛ gratias
diuine prouidentie referēs rursus ad hymnos ꝛ
orationes conuertebatur. Ad quē multe etiā re
uelationes multeq; de futuris rebus a deo ꝑmo
nitiōes fiebant. In his ergo talibus ac tantis ꝓ
fectib⁹ positus: q̄ gloriari quasi de meritis suis
cepit: ꝛ celestis beneficij munus: vite sue meritū
ascripsit. Continuo subintrat eum parua quedā de-
sidia animi tam parua q̄ nec posset aduertere.
Post hec creuit maior negligētia: ita vt tardior
iam fieret ad hymnos: sed ad orationem pigrius
surgeret. Psalmi quoq; ipsi (non ea qua prius vi
gilātia) ab ipso canerentur: sed vbi parum q̄d ex-
hibitū fuisset soliti ministerij anima ei⁹ quasi ni
mio labore fatigata requiescere festinabat: q̄ sen
sus eius reprob⁹ effectus: de sublimiorib⁹ ad in-
feriora corruerat: ꝛ cogitationes sue per diuersa
cum precipitia rapiebant. Erat enim iā in corde
eius clandestina quedam ꝛ turpis ac nefanda co
gitatio: ꝯsuetudo tū prior velut si decursus aque
etiā cessante remigio adhuc priore impetu naui
gium ferat: ita ꝛ vetus institutio ad ꝯsueta hoīm
officia trahebat. Ob quam causam ꝛ adhuc stare
in suo statu videbatur. Hic ergo cum post oratio-
nes cibum solitum requisisset ad vesperā ingres
sus locū: in quo refici ꝯsueuerat: inuenit solitū pa-
nem mense superpositū: ex quo refectus nihil de
eorū que in corde suo versabatur emēdatione cu-
rauit: neq; immutationis sue dāna persensit: sed
spernēdo minima paulatim se casurum nō intel-
lexit. Interea cū grauī iā libidinis incēdio stimu
laret̄: ꝛ inflāmat⁹ turpis cōcupiscētia raperetur
rursus ad seculū: illa interim die cohibuit se ꝛ so
lita hymnorū ꝛ orationū mysteria ex more ꝑsoluit
atq; ingressus vt cibum sumeret: panem quidem

inuenit mēse superpositū: sed aliquantulum sor-
didiorem. Admiratus est: ꝛ tristis effectus intel-
lexit q̄ ipsum respiceret hoc genus mōstri: tamē
cibo sumpto refectus est. Post in diē tertiū repli-
catis vrgeri stimulis cepit: occupauerāt eū cogi-
tationes eius quasi iam presentis ꝛ secū positē:
secūq; accūbētis imago mulieris: quā ꝛ cōplecti
sibi videbat̄: ꝛ ad turpes vsus habere substractā.
Processit tn̄ sequētis die absoluta psallēdi ꝛ orā
di officia: sed stabat vagus oculis: ꝛ mēte captiu⁹.
Cūq; solito ingressus ad vesperam requireret ci-
bum: panē quidē inuenit super mensam: sed sor-
didissimū ac aridissimū: ꝛ quasi a muribus vel ca
nibus vndiq; corrosum. Tūc ille vt hoc vidit in-
gemuit: ꝛ lachrymas fudit: s; nō ita ex corde: nec
ita vberes que possent flammātis ignis extin-
guere. Veruntamen sumit cibum: sed neq; qualē
consueuerat: neq; quantū solebat. Cum interim
cogitationes eū tanq̄ cohors barbarica vndiq;
circūuallant ꝛ omni ex parte in eum tela iaculan
tur ac vinctū captiuumq; eum ad seculū trahunt.
Exurgens ergo cepit iter agere noctu per here-
mū: ꝛ tēdere ad ciuitatē: sed vbi dies facta est ci-
uitas quidē adhuc longe aberat. Ipse vero cum
rapidissimo estu torqueret̄ ꝛ fatigaretur in here-
mo vndequaq; versus ꝯsiderare oculis cepit ꝛ re-
quirere: sicubi esset in vicino monasteriū. Et cum
respexisset fratrum quorundam cellulam: tende-
bat illuc: vt apud eos requiesceret. Quem vbi ad
esse censere serui dei: cōtinuo precurrūt in obuiā
et velut angelum dei excipientes adorant: pedes
lauāt ad orationem inuitāt: mensam ponūt atq;
omnia ſm diuinū mandatū complent charitatis
officia. Verum vbi refectus est: ꝛ paululum re-
quieuit: ex more quasi ab eruditissimo patre cepe
runt verbū edificationis expetere: ac monita sa-
lutis inquirere. Interrogauerūt quoq; eum quo
modo quis diaboli laqueos possit effugere: aut si
quādo turpes iniecerit animo cogitationes: quo
modo depelli possint ꝛ abijci. Cum ille vt compul
sus est monita fratrib⁹ dare: ꝛ salutis eos viā do-
cere ac de insidijs demonū (qua serui dei intēdūt
facere sermonē: illos quidem plane ꝛ sufficienter
docuit: sibi x̄po) ipsi stimulos cōpūctionis infixit
ꝛ in semetipsum regressus ait. Quomō ego alios
moneo: ꝛ ipse decipio: aut quomō alios corrigo q̄
me ip̄m non emendo? Age ergo miser facito ipse
prior que facere alios doces. Cūq; huiusmodi in-
crepationibus vteret̄ aduersus semetipsum: ꝛ in-
tellexisset se miserabiliter supplātarum. Vale di-
cēs fratrib⁹ ꝯtinuo se cursu rapidissimo in here-
mū dedit: ꝛ ad speluncā de qua discesserat: redēt ꝓ
sternēs se dn̄o in oratione dicēs. Nisi dn̄s adiu-
uisset me: paulomin⁹ habitasset ī inferno anima
mea. Et iterū paulominus fui in omni malo: et
paulominus cōsummauerūt me in terra. In hoc
vero completū est quod ait scriptura. Frater fra-
trē adiuuās exaltabit̄: sicut ciuitas munita ꝛ for-
tis. Post hec ergo permāsit omni vita sua in lu-
ctu ꝛ lachrymis vidēs diuinitus sibi cōcessum ce
lestis mēse bn̄ficiū ꝑdidisse: cepit eū in labore rur
sus ꝛ sudore vult⁹ sui mēducare panē suū. Cōclu-
sit aūt se intra speluncā: atq; in cilicio ꝛ cinere ia-
cens tādiu lugens flensq; ꝑmansit in orationib⁹
donec assistens ei angelus dn̄i diceret ad eū. Su-

ſcepit dn̄s penitētiā tuā ꝛ repropiciat⁹ eſt tibi:ſꝫ
caue ne vltra elatus decipiaris. Venient ad te aūt
fratres quos tu ipſe docuiſti deferētes tibi bene=
dictiones:quas ſuſcipere recuſes:ꝛ ſumēs cū eis
cibū age gratias deo tuo. ¶ Hec aūt locutus ſuꝫ
vobis filioli mei:vt ſciretis quanta ſit in humili
tate firmitas ꝛ in elatione ruina ꝙ maxima ideo
denicꝫ ꝛ ſaluator noſter primā beatitudinē d̄ hu
militate docuit dicēs. Beati paupes ſpiritu quo
niam ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ ſimul hm̄ōi exēplis di
ſcentes.vt cautiores ſitis:ne a demonib⁹ in cogi
tationū ſubtilitate ſeducamini. Propterea eciā ꝛ
forma huiuſmodi inter monachos obſeruat̃:vt ſi
quis ad eos veniat:ſiue vir ille ſeu mulier ſit:ſiue
ſenex ſiue iuuenis:ſiue ignot⁹:ſiue not⁹ ante oīa.
vt oratio fiat ī nomē dn̄i innocet̃:q: ſi fuerit ali=
qua trāſformatio demonis:continuo oratione fa
cta diffugiet. Si vero in cogitatiōe veſtra ſuggeſ
ſerint ipſi demones aliquid vnde laudari debea
tis ꝛ extollimō acquieſcatis eis:ſed tunc magis
voſmetipſos humiliate in cōſpectu domini ꝛ pro
nihilo ducite:cum vobis illi aliquid de ſectanda
laude ſuggeſſerint. Denicꝫ ēt me frequēter demo
nes noctibus ſeduxerūt:ꝛ necꝫ orare me necꝫ re=
quieſcere permiſerūt:fantaſias quaſdaꝫ per noctē
totam ſenſibus meis ꝛ cogitatiōibus ſuggerētes
Mane vero velut quadaꝫ illuſione proſternebāt
ſe ante me dicētes. Indulge nobis abba:q: labo
rem tibi incuſſimus tota nocte. Ego aūt reſpōdi
ad eos. Diſcedite a me omnes qui operamini ini
quitatem ꝛ non tentetis ſeruuꝫ domini. Et vos
ergo filioli quietē ſilētiūcꝫ diligite:ꝛ ſciētie ope=
ram date:atcꝫ exercete voſmetipſos vt frequenti
collatiōe mentē veſtram purā exhibeatis deo:ne
oratiōes veſtre impediant̃ apud deū ꝙuis etem̄.
illi bonū opus agāt:ꝛ ſit in illis ꝓbabilis ꝯſciā.
quo inter ſeculares poſiti exercent̃ ī operib⁹ bo=
nis ꝛ occupāt ſemetipſos actibus religioſis ꝛ ſā=
ctis:vel hoſpitalitateꝫ ſectādo:vel charitatis mi
niſterijs obſequēdo:vel miſericordias ac viſita=
tiones aliacꝫ hm̄ōi opera explēdo:in quib⁹ aliis
quideꝫ bonis ſemꝑ aliquid conferāt ſemetipſos
tamē caſtos ſeruent. Sunt ergo ꝛ iſti probabiles
ꝛ valde probabiles qui nobis actibus placēt deo
ꝛ ſunt operarij inconfuſibiles mandatorū dei:ſꝫ
tamen hec oīa terrenos habēt actus:ꝛ erga ma=
terias corruptibiles geruntur. Qui vero in exerci
tio mentis deſudat:ꝛ ſpiritales intra ſemetipſuꝫ
excolit ſenſus: lōge illis ſuperior iudicādus eſt.
Locum namcꝫ intra ſemetipſuꝫ preparat:vbi ſpi
ritus ſanctus habitet:ꝛ obliuionem quodāmodo
capiens terrenorum: ſolicitudineꝫ gerit de cele
ſtibus ꝛ eternis. Cōſtituit enim ſemetipſum ſem
per ante conſpectum dei:ꝛ omnes preſentium re
ruꝫ ſolicitudines poſt tergum iaciens ſolo diui=
ni deſiderij colore conſtringitur:ꝛ iō in laudibus
dei poſitus:ꝛ hymnis ꝛ pſalmis die ac nocte non
poterit ſatiari. Hec ꝛ multa alia his ſimilia btūs
Joannes per triduum cōtinuo loquens ad nos
animas noſtras reficit ꝛ innouauit. At aūt cepi=
mus velle ab eo proficiſci datis nobis benedictio
nibus:pergite inquit in pace o filioli:hoc tn̄ ſcire
vos volo qđ hodierna die victorie religioſi prin=
cipis Theodoſij alexādrie nunciate ſunt de Eu=
genio tyranno. Neceſſe eſt autem ꝛ ipſum Theo=
doſium non multo poſt propria morte vitam fini
re. Cumcꝫ profecti ab eo fuiſſemus hec ita geſta
eſſe ad fidem cōperimus vt ipſe predixerat. Poſt
dies autem paucos inſecuti ſunt nos quidaꝫ fra=
tres annunciantes nobis quod ipſe ſanctus Joā
nes in pace quieuerit. Obitus autem ipſius ta=
lis quidem fuerat. Per triduū inquiunt nulluꝫ
ad ſe introire permiſit:ꝛ poſitis genibus in ora=
tione reddidit ſpiritū:atcꝫ ita perrexit ad domi=
num cui eſt honor gloria laus ꝛ imperium in ſe=
cula ſeculorum. Amen.

¶ Vita ꝛ geſta ſancti Hor abbatis: cui diuini=
tus collata eſt literarum ſcientia.



Vidimus ꝛ aliū apud The=
baideꝫ venerabilem viruꝫ
Hor nomine:hic multoruꝫ erat
monaſteriorum pr̄ ꝗ habitu ipſe
honoris videbatur angelici no=
naginta iā agens etatis annos:
barba prolixa ꝛ claritatis cani=
cie ſplendida vultu ꝛ aſpectu ita
letus vt plus aliquid habere ꝙ
in hominis natura eſt viſio ipſa
videret̃. Hic prius in vltima he=
remo plurimis abſtinētie laboribus exercitatus
poſtremo in vicino vrbis loco monaſterium inſti
tuerat. ¶ In adiacentibus aūt habitationis ſue
locis:diuerſis generis arborum ſiluas ipſe per ſe
plantaris ponēdo conſueuit:in quibus vt nobis
a plurimis ſanctis patribus affirmatum eſt ante
illius aduentū nullum omnino virgultum fuit.
Ob hoc aūt plantauit hāc ſiluaꝫ vt fratres quos
ibi cōgregare cupiebat nō haberēt neceſſitatem
ligni gratia longius euagādi habēs curam: ꝛ in
his que miniſterio corporis neceſſaria ſunt:ſꝫ ꝓ=
cipue ſalutis eorum ac fidei. Ipſe tamen cū eſſet
in heremo herbis paſcebatur ꝛ radicibus quibuſ
dam:ꝛ hec ei dulcia videbantur. Aquam vero ſi
quādo inueniſſet bibebat:orationib⁹ ꝛ hymnis
occupans omne diei tempus ac noctis. At auteꝫ
ad maturam ꝑuenit etatem apparuit ei angelus
dei in heremo ꝑ viſum dicens. Eris in gēteꝫ ma
gnam:ꝛ multus tibi populus credetur:ꝛ erunt ꝗ
per te ſaluandi ſunt multa milia hominū. Quā=
toſcunqꝫ auteꝫ in hac vita poſitus conuerteris ad
ſalutē ſuper tātos principatū accipies in futuro
ꝛ nihil verearis:nūꝙ ciū aliqđ tibi deerit eorum
que ad vſum corporum requiruntur quoties hec
popoſceris a deo. Hec cum audiſſet ad viciniora
loca accedit:ꝛ primo ſolus ſub paruo tugurio qđ
ſibi ipſe ꝯſtruxerat habitare cepit oleribus cōpo
ſitis veſcēs:ſolio interdum et iā poſt cōtinuata
ieiunia. Literas primo ignorauit. Cum auteꝫ de
heremo ad hec que ſupradiximus viciniora habi
taculis loca acceſſiſſet data eſt ei diuinitus gr̄a:ꝛ
cū a fratribus oblatus ei fuiſſet codex quaſi olim
iam ſciēs literas legere cepit. Collata eſt ei ad=
uerſus demones etiaꝫ virtus:ita vt multi ex his
quos vigebāt demones etiam inuiti ad eū rape=
rentur:proteſtantes ſummo cum clamore de me
ritis eius. Sed ꝛ alias ꝗplurimas ſanitates ope
rabatur. Congregabant̃ interim ad euꝫ plurime
multitudines monachoꝝ:inter quos cū etiā nos
aduenissem⁹:viſis nobis letiſſim⁹ reddit̃. Cūcꝫ
ſalutās nos oraſſet more ſibi ſolito pedes hoſpi=

rum ꝓpriis manib⁹ lauit: ⁊ docere nos ex scripturis que ad edificationem vite ac fidei pertinēt cepit. Erat eñ ei docendi gratia a deo collata. Cuz itaqꝫ plurima nobis scripturarū capitula sapienter disseruisset: rursus ad oratione̅ conuertebat. Consuetudo autē erat ei non prius corporalez cibū sumere ꝙ spiritalē christi cōmunione̅ acciperet. Qua percepta post gratiarū actione̅ adhortari nos etiā ad reficie̅dū cepit ipse tame̅ sedens nobiscū nū̄ꝙ cessabat aliquid de studiis spiritalibus cōmonere. Narrabat ergo nobis tale aliqd. Scio inquit hominez quēdam in heremo ꝑ tres continuos annos nullū sumpsisse terrenū cibuz: angelus eñ dñi tertia quaqꝫ die escam deferebat ei celestem. Et hec ei cibus erat ⁊ potus. Et iteruz scio huiusmodi hominē ad quē venerūt demōes in specie celestis militie ⁊ habitu angeloꝝ: curr⁹ igneos agentes: plurimo apparatu: tāꝙ magnū aliquē regem deducentes iisqꝫ qui ceteris vt rex haberi videbatur⁹ dicebat ad eū. Implesti omnia o homo: superest tibi vt adores me ⁊ transferram te sicut Heliam. Sed monachus hec audiēs dicebat in corde suo quid est hoc? Quotidie ego saluatorē q̄ est rex meus adoro. Hic si esset ille: quomodo a me hoc posceret qḋ indesinenter me facere sciret? ¶ Et post hec respondit ad ipsum. Ego habeo meū regē quē quotidie sine intermissiōe adoro tu aūt nō es rex meus. Et continuo inimicus ad hec verba nū̄ꝙ cōparuit. Uerum hec ille quasi de alio nobis narrās sua gesta sub alterius persona memorat. Patres tñ qui aderāt ipsi nobis affirmabāt ꝙ ipse esset qui hec vidisset ⁊ audisset. Erat eñ hic magnificus pater q̄ inter cetera bona etiā hoc prestabat aduenie̅tib⁹ fratrib⁹: ⁊ cum ipso habitare volentib⁹: ꝙ faciebat cōuocari fratres q̄ secum erāt: ⁊ in vna die aduenienti fratri cellulam edificabāt. Et erat in hoc opere magna alacritas fratrū. Unoquoqꝫ coꝝ festināte lateres conuehere aut lutū porrigere aut aquā īfundere aut ligna deferre. Ubi vero ꝑfecta fuisset ipse cay ofibus vtensilibus vel necessariis instructā tradebat fratri. Hic aliqñ cum falsus quidam frater ad se venisset ⁊ vt videretꝛ nudus vestimenta sua occultasset arguit eum corā omnibus: ⁊ in mediū q̄ occultauerat ꝓtulit: ⁊ ita pertimuere oēs vt deceteros nemo auderet coram ipso fallere. Tāta in eo erat virtus animi: ⁊ tanta diuine gratie magnitudo: quā abstinentie labore ⁊ fidei puritate quesierat. Multitudines aūt fratrū cū ipso posite tanta gratia erāt replete: vt cū ad ecclesiam cōuenirēt chori coꝝ vestibus ac mētib⁹ resplēdētes ad imitationem virtutum celestium in hymnis ⁊ laudibus dei peruigiles viderentur.

¶ De sctō Ammone abbate triū miliū mōachoꝝ.



Uidimus autē in thebaide etiā aliū virū noīe Ammonem patrē triū miliū circiter monachorū qui thebenēsiꝫ appellabantur ingentis abstinētie viri: quibus vsus est indui colobiis ꝙ si saccis lineis: ⁊ pelle confecta a collo post tergū ⁊ latus descendente contegi cuculis etiam caput operiri: maxime cum ad cibum cōuentum fuerit: eis etiā velare faciem ne alius aliū partius cibum sumētez deprehendat. Est autē eis ⁊ in capiēdo cibo summum silētiū: ita vt nec putetur in eo loco esse aliquis hominū vbi sedēt ad mensas: ⁊ omnis eorū conuersatio ita in multitudine posita quasi in solitudine: dū ita latet vniuscuiusqꝫ abstinentia vt ab alio deꝑhendi non possit. Sedent ergo ad mēsam contingētes magis ꝙ sumētes cibos vt nec defuisse mensis: nec tñ ventri satisfecisse videantur. Maior quippe est continentie virt⁹ his abstinere que in occultis habētur ⁊ non in omnibus.

¶ De sancto Benone angelici ordinis viro ⁊ abbate.



Uidimus ⁊ aliū senem mansuetudine oēs holes ꝑcellentem abbatem Benonez noīe de quo asserebant fratres qui cuz ipso erant quod neqꝫ iuramentū vnꝙ neqꝫ mēdaciū de ore eius ꝓcesserit neqꝫ vllus hoīm iratum vīderit eum aliquando aut sermonē superfluū ociosumqꝫ proferentem: sed erat vita eius in summo silentio: moresqꝫ tranquilli: ⁊ per omnia quasi angelici ordinis vir: humilitas quoqꝫ immēsa: ⁊ in omnibus pro nihilo semetipsum ducēs. Deniqꝫ nobis multū rogantibus vt aliquē sermonez ab eo edificationis audiremus vix impetrare voluimus: vt pauca nobis de mansuetudine loquereꝛ. Hic aliquādo cū bestia quedā que hypotam⁹ appellaꝛ sibi regionē ꝓximā vicināqꝫ appellaꝛ vastaret: ipse rogatus fuit ab agricolis ⁊ immediate venit ad illū locū: ⁊ cū ad immanem beluā puenisset ait ad eā. Precipio tibi ī nomine Jesu xp̄i ne vltra vastes hanc terrā. Tunc illa quasi angelo persequēte: effugata nusꝙ oīno cōparuit. Similimodo etiam cocodrillum ab eo alio tempore fugatum perhibebant.

¶ De Oxirinco ciuitate vbi nullus manet hereticus.



Uenimus autem ⁊ ad ciuitatem quandam Thebaidis nomine Oxirincum in qua tanta religionis deprehendim⁹ bona vt ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletam namqꝫ monachis intrinsecus vidimus: et extrinsecus omni ex parte circūdatam ⁊ edes publice (si que in ea fuere) ⁊ templa' superstitōis antique habitationes nunc erant monachorūz: ⁊ ꝑ totam ciuitatem multo plura monasteria ꝙ domus videbanꝛ. Sunt aūt in ipsa vrbe: quia est ampla valde ⁊ populosa duodecim ecclesie: in q̄bus publicus agiꝛ populi cōuētus: exceptis monasteriis in quibus per singula loca orationum domus sunt q̄ certis tēporib⁹ ad oratione̅ frequētanꝛ. Sꝫ nec porte ipse nec turres ciuitatis: aut vllus oīno angulus eius monachoꝝ habitationibus vacat: quiqꝫ ꝑ omnē partē ciuitatis die ac nocte hymnos ac laudes deo referētes vrbē totā quasi vnā dei ecclesiā faciūt. Nullus eñ ibi inuenitꝛ aut heretic⁹ aut pagan⁹: sed oēs ciues christiani: ⁊ etiam oēs catholici: vt nihil oīno differat: si episcop⁹ in platea orationē aut in ecclesia faciat.

Ipsi quoq; magistrat⁹ aut principales ciuitatis ⁊ reliqui ciues studiose p singulas portas statuūt eos qui obseruāt vt sicubi apparuerit pegrinus aut pauper: certatim ad eū currāt ⁊ qui p occupauerit abducit vt que sunt necessaria consequant. De his autē qui erga nos ab ipsis populis gesta sunt: videntib⁹ transire nos per ciuitatem suā: ⁊ velut angelis occurrētibus atq; honorem deferētibus quomodo enarrem? Aut de ipsis monachis ⁊ virginibus: quorū innumere multitudines (vt supra diximus) in illa vrbe habent. Req̄rētes eīn a sancto episcopo loci illius viginti milia virginū: ⁊ decē milia monachoꝝ ibi haberi comperimus. Quorū omnium affectuz erga nos ⁊ honorem quem exhibebāt: vobis exponere nec sermo sufficit: nec verecundia pmittit quomodo palla nostra scinderentur: vnoquoq; nos sibi rapiente ⁊ ad se adducere cupiēte. Vidimus quoq; ibi plurimos sanctoꝝ patrū diuersas dei gratias habentes: alios in verbo dei: alios in abstinētia alios in signis ⁊ virtutibus ministrantes.

¶ De sancto Theone qui triginta annis silentij habuit obseruationem.



Vidimus ⁊ aliuz non longe ab vrbe: ad eam partez que mittit ad heremū nomine Theonem virum sanctū intra cellulaz suā clausum ⁊ solitariuz q perhibebatur triginta annis silētij habuisse continentiam: quiq; tam multas virtutes faciebat vt propheta apud illos haberet. Conueniebat namq; ad eum per dies singulos infirmorū plurima multitudo ad quos ille per fenestraz manū pferēs: ⁊ vnicuiusq; capiti superponēs ac bñdicens eos sanos ab omni egritudine remittebat. Hic etiaz ipso visu tam venerabilis erat: tantāq; reuerētiā gerebat in vultu vt inter hoies angelus videret: ita letus oculis: ⁊ plen⁹ toti⁹ gratie apparebat. ¶ Huic cum paruum ante tps: vt cōperimus nocte latrones superuenissent: aurū se apud eū īuēturos sperātes: oratione sola ita vinxit: vt forib⁹ eius affixi mouere se omnino nō possent. Mane vero cum ad eum turbe solito cōuenissent ⁊ viderēt ad ianuas ei⁹ latrones: volebāt eos igni tradere. At ille rerū necessitate cōpulsus: vnū eis solum locutus est verbuz. Sinite (inqt) istos abire illesos: alioqn gratia a me fugiet sanitatū. Populi aūt vt audierāt hec contradicere non audētes dimiserūt eos. Latrones vero vidētes quod secum est gestum abiecta scelerum volūtate preteritorum malorum penitētiam gerētes ad monasteria vicina cōfugiunt: atq; ibi emēdatioris vite formam modūq; susceperūt. Erat aūt supradictus vir eruditissimus nō solum egyptiorū ⁊ grecoruz lingua sz etiā ⁊ latinorum: vt ⁊ ab ipso ⁊ aliis qui ei aderāt didicimus. Sed ⁊ ipse reuelare cupiēs ⁊ cōsolari peregrinationis nostre laborem: in tabula scribens ad nos gratiam doctrināq; sui sermonis ostendit. Erat autez ei cibus absq; ignis opere: dicebant autē q ⁊ noctibus ad heremum pgrediēs comitatu vteret; vltimo heremi bestiarum. Ipse vero hauriens aquā de puteo suo ⁊ prebens eis pocula: obsequij eaz remunerabatur laborem. Huius aūt rei manifestum dabat indiciū q vestigia bubalorum caprarumq; ⁊ onagroruz circa eius cellulā plurima deprendebantur.

¶ De sancto Apollonio confessore ⁊ virtutibus eius.



Vidimus ⁊ alium sanctū virum nomine apollonium apud Thebaidaz in finibus Hermopolis ad quā ciuitatem saluatorem cum Maria et Joseph de iudee finibus venisse tradunt secundū prophetiā Esaie dic. Ecce dñs sedet super nubem leuem et veniet in egyptū: ⁊ cōmouebunt simulachra manufacta egyptiorum a facie eius ⁊ cadent in terrā. Vidimus ergo ibi etiā ⁊ templū ipsum in quo ingresso saluatore corruisse omnia ydola in terrā ⁊ comminuta esse memorabant. ¶ Vidim⁹ ergo supradictū virū in vicino heremo sub monte quodam habentē monasteria. Erat eīn pater monachorum circiter quingentorum: ⁊ famosissim⁹ in omnibus Thebaide finibus habebat. Opera eīn magna erāt ei ⁊ xtutes multas: signaq; plurima ⁊ pdigia faciebat per euz deus. A pueritia nāq; in abstinentia nutritus est: qui cum ad maturaz peruenit etatem gratia dei semper cum ipso creuit. Erat eīn annorum fere octoginta cum euz vidimus in monasteriorum congregatione florentem sed ⁊ ipsi qui videbantur eius esse discipuli ita perfecti erant ⁊ magnifici vt omnes pene possent signa facere. Quindeciz ergo annoꝝ secessisse cum ad heremum ferebant: atq; ibi cū quadraginta annis fuisset in exercitijs spiritalib⁹ cōuersatus aiebant vocem dei ad eum delatam dixisse. Apolloni per te perdam sapientiam sapientium in egypto: ⁊ intellectum prudentium reprobabo. Perdes autem mihi ⁊ eos qui inter ipsos sunt sapientes babylonis: ⁊ omnem culturā demonioꝝ subrues. Perges ergo nūc ad loca habitabilia: generabis eīn mihi populum substātiuū ⁊ perfectum emulatorem operum bonorum. At ille respondens ait. Aufer a me domine iactantiam: ne forte elatus super fratres meos cadam ab omnibus bonis tuis. Rñdit ad euz rursus diuina vox. Mitte manū tuā ad ceruicem tuam: ⁊ quod comprehēderis constringe ⁊ sub arena obrue. At ille sine mora iniecta manu ad ceruicē suā apprehēdit quasi paruulū quēdam ethiopem: ⁊ continuo demersit eū sub arena clamantem ⁊ dicentē. Ego sum supbie demō. Post hec vox ad eū facta est a deo dicens. Perge nunc: omnia enim quecunq; a deo poposceris ↄsequeris. Ille ergo post hec perrexit ad ea loca in quibus homines habitabāt. Temporib⁹ aūt Juliani tyrāni hec fiebāt. ¶ Fuit aūt in locis illis spelūca quedam heremo vicina in qua habitare cepit: indesinēter die ac nocte orationibus vacans: easq; (vt aiebat) per diem centū vicibus totidēq; noctis tēpore curuans genua cōsignabat deo. Cibo autem magis celesti q humano vtebat. Indumētuz eius stupeū collobiū erat qđ apud illos lebites appellat: ⁊ linteū quo collū et caput obuoluerat. Que tn indumenta pmansisse ei ferebant in deserto nūq veterata. Erat ergo in vicino heremi loco in virtute spirit⁹ degēs signis

Sanitates miras efficiẽs quas enarrare ꝓsus im
mẽsitate (sicut ab his qui cũ ipso erãt seniorib⁹
cõperim⁹) vox nulla sufficiet. Fama aũt magnifi
ca de eo peruulgata: cũ ammiratione olim quasi ꝓ
pheta aliqua aut apostol⁹ haberi cepisset: vicinis
regionibus monachi diuersis ex locis ꝯueniebãt
ad eũ ⁊ tãꝙ pio patri magna munera: suas singuli
quiqꝫ alas offerebãt. At ille vnũquẽqꝫ eoruz tota
religione suscipiẽs: alios ad bene operãdũ: alios
ad bene intelligẽdũ ꝓuocabat. Sz ⁊ ipse prius ea
ostendebat exẽplis que verbis docere cupiebat.
Aliis q̃dem diebus vnũquẽqꝫ apud semetipsum
exercere abstinentiam quã posset suggerebat: die
vero dominica gratia charitatis secũ om̃s cibuz
sumere hortabat: cũ tñ ipse solitis abstinẽtie ob-
seruationib⁹ deseruiret: herbis solummodo aut
oleribus vtens nec vsuz aut ministeriũ ignis ad-
mittens. ¶ Hic cũ audisset iuliani (vt supra dixi
mus) tẽporibus fratrem quendã ad militiã com
prehẽsuz detineri in carcere venit ad eũ cũ fratri
bus cõsolãdi gratia: vt moneret eũ in necessitate
tenere ꝯstantiã: atqꝫ iminẽtia contẽnere ac deri
dere pericula. Tẽpus enĩ ait certaminis adest: in
quo fideliũ mentes tẽtationibus ꝓbande sunt et
noscende. Cũqꝫ his ⁊ aliis verbis roborareẽ ani-
mus adolescẽtis superuenit centurio: ⁊ indignat⁹
introire ausus esset: claues extrinsec⁹ carceri im
posuit: ipsum quoqꝫ ⁊ omnes q̃ cum eo venerant
pariter cõclusit quo scilicet etiaz ipsi similiter ad
militie detinerentur officium. Cõstituens quoqꝫ
custodes ꝙplurimos abscessit. Medio autem no
ctis astare visus est angelus ingenti luce resplen
dens ⁊ obstupefactis perterritisqꝫ custodib⁹: car-
ceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes
aduoluti ad pedes sanctoꝝ rogabãt eos discede-
re dicẽtes: melius sibi eẽ mori pro his ꝙ diuine
virtutis obsistere: que eoꝝ curã gerebat. Mane
vero etiam ipse centurio cum principalib⁹ viris
festinus ad carcerem venit: rogans vt discederẽt
omnes qui teneri videbantur. Dicebat enim do-
mum suam terremotu magno cõcidisse: ⁊ electos
quosqꝫ famulorum suorum peremisse. Sancti vo
his auditis hymnum deo laudesqꝫ cecinerunt et
regressi ad heremum erant in vnum positi: secun
dum apostolorum exemplum habentes animaz
vnam ⁊ cor vnum. ¶ Pater autem senior doce-
bat eos vt quotidie proficerent in virtutib⁹ ⁊ in-
sidias diaboli: quas per cogitatiões inferret ho-
minibus in initiis statim retunderẽt. Sic enĩ aie
bat. Si cõfringat caput serpentis oẽ eius corpus
emortuum redditur. Ob hoc enim mãdat nobis
deus obseruare caput serpentis: vt oĩno statim
ab initio: nec recipiam⁹ malas ⁊ sordidas cogita-
tiones in corde nostro. Quando ergo magis dif-
fundi non cõuenit in sensibus nostris cogitatio-
num fantasias: quas etiaz ab initio recipi vetat?
Sed ⁊ illud monebat: vt in virtutib⁹ animi alter
alterum vincat nec patiatur seu vnusquisqꝫ inferio
rem proximo suo fieri. Hinc autem dicebat. Scia-
tis ergo vos ita proficere in virtutib⁹: si nulla vo
bis passio fuerit dominata erga mundana deside
ria. Hoc est initiũ donorũ dei. Quod si etiam ad
hoc venerit quis vestrũ: vt ⁊ signa ⁊ mirabilia fa
ciat non extollat ꝓ hoc: neqꝫ in cogitatione sua
erigatur tanꝙ ceteris prelatus: sed nec hoc ipm

hominibus debet ostẽdere: ꝙ donum gratie huius
acceperit: alioquin seducit seipsum: ⁊ ipse decipiẽ
⁊ gratiam perdet. ¶ Habebat ergo hanc magni-
ficam verbi dei doctrinam: sicut ⁊ nos etiam ipsi
ex parte experti sumus. Sed ⁊ maiorez habebat
in operibus gratiaz. Omne enĩ quicquid petisset
a deo sine mora consequebatur. Sed ⁊ reuelatio-
nes ei plurime ostendebantur. Deniqꝫ seniori fra
trem suum: qui ⁊ ipse in heremo defunctus est: cũ
quo plurimo tempore egerat vitam perfectam: vi
dit in somnis in sede apostolica residentem: atqꝫ
vnum ex ipsis hereditatem sibi virtutẽ ⁊ gratiaz
reliquisse. Cũqꝫ etiam ꝓ semetipso oraret: vt velo
cius cum dominus assumeret: ⁊ cum ipso sibi re-
quiem prestaret in celis responsum est ei a domi-
no saluatore parũ adhuc ei temporis in terris de
beri: donec vite ⁊ cõuersationis ei⁹ plurimi emu-
latores existant: populos nãqꝫ ei plurimos credẽ-
dos esse monachorũ: ⁊ exercitum quendã piorũ
vt per hec dignaz pro talibus meritis remunera
tionem inueniret apud deum. Hec autez vt vide-
ita gesta sunt. Cõuenerũt enim ex omni loco mo
nachi fama ⁊ doctrina ei⁹ inuitati: ⁊ precipue exẽ
plis eius ꝙplurimi seculo renũciantes: qui con
uentum quendam magnificum fecerunt apud eũ
in supradicto mõtis loco: communem vitã mẽse
vnius vnanimiter conseruantes. Hos ergo tãꝙ
vere celestem quendam ⁊ angelicum cernebam⁹
exercitum omnibus virtutibus adornatum. Nul
lus sane in eis sordibus vtebatur indumentis: sz
splendore vestium pariter atqꝫ animorũ nitebãt
ita vt sm scripturam letaretur heremus sitiẽs: ⁊
multi filii eius viderentur in deserto. Que ꝙuis
de ecclesia dicta sint tamẽ in egypti desertis hec
etiã hystorica relatione completa sunt. Ubi enĩ
tante per vrbes multitudines venisset ad salutẽ
quanta egypti deserta ꝓtulerunt? Quãti populi
habentur in vrbibus: tante pene habentur in de
sertis multitudines monachorum. Unde mihi vi
detur etiam apostoli dictũ in eis esse cõpletum: ꝙ
vbi abundauit peccatũ: ibi abũdauerit gratia. Abũ
dauit enĩ aliquãdo immundus ydoloꝝ cultus in
egypto sicut nusꝙ gentium. Canes enĩ ⁊ simias
atqꝫ alia portenta olim venerati sunt. Alia quoqꝫ
⁊ cepas ⁊ nõnulla olerum genera deos credebãt
sicut ab ipo patre Apollonio tradẽte didiscimus
causam enĩ nobis prisce eoꝝ suprascriptiõis hoc
mõ exposuit. Bouẽ quidẽ deũ crediderunt aliqñ
egyptii: ꝓ eo ꝙ per ipsum rura excolentes victuz
cibumqꝫ capiebant. Sed ⁊ aquam nulli colebant
pro eo quod vniuersas rigabat egypti regiones.
Colebant quoqꝫ ⁊ terram: vt pote vberiorem cete
ris terris. Canes etiã vt supra diximus ⁊ simias
ac diuersa herbarum genera atqꝫ olerũ colebãt:
pro eo quod occasionem sibi salutis per hec venis
se opinabanẽ temporibus Pharaõis. Circa hec
enim singula occupatio eis exorta videbat: cũ ille
patres nostros persequens submersus est: ⁊ vnus
quisqꝫ id per quod occupari visus est ne Pharao
nem sequeretur: hoc sibi reputauit deum dicens.
quia hoc mihi de⁹ fuit hodie vt nõ sequerer Pha
raonẽ ⁊ simul cum ipso demergerer. ¶ Hec ergo
erant verba sancti Apollonii que nobiscũ loque-
batur. ¶ Sed multo magis illa scire oportebat ꝙ
in operibus ⁊ virtutibus habuit. Erãt aliquãdo

[illegible]situ sancti Apollonij positi decē circiter
[illegible]am vici: apud quod demoniaca superstitio
summo studio colebatur. Tēplum enim erat ibi
amplissimum atq; in eo simulachrum: qđ moris
erat circūferri a sacerdotibus bacchantiū ritu cū
reliqua multitudine circumeuntibus ⁊ quasi pro
aquis pluuialibus ꝓphana mysteria peragētib⁹.
Contigit autem sub eo tempore quo huiusmodi
ab eis orgia gerebanť iter agere beatum Apollo
nium per ipsa loca cum aliquantis fratribus. Et
cū vidisset infelicē turbas quasi demone q̄dam
agi bacchariq; p cāpos miseratusq; errorē eorum
fixis genibus inuocauit dn̄m ⁊ saluatorem nr̄m:
⁊ oēs eos qui cerimonijs demoniacis agebantur
cum simolachro suo stare fecit immobiles nec ꝓ
gredi omnino vsq̄ posse. Atq; ita p totam diē ra=
pidissimis adusti estibus pmanserunt ignoran=
tes vnde eis herere vno in loco immobiliter cō=
tigisset. Tūc sacerdotes eorum dicebant quendā
christianum in regionibus vicine heremi cōma
nentem Apolloniū noīe ⁊ ipsius esse hec opera:
qui nisi esset exoratus eis periculum permansu=
rum. At autem ad rei tante miraculum conuene
runt vndiq; qui audierant ⁊ percunctantes que
tāti causa extiterit mōstri ignorare se penitus fa
tebanť: suspitionem tn̄ dari sibi dicunt supradi=
cti viri quē ⁊ exorari pro se deposcunt. Tunc q̄dā
ex ipsis vere eos opinari aiunt: nam ⁊ vidisse eū
illo itinere pretereuntem confirmāt ⁊ tn̄ adhibe
re que putabant prodesse auxilia non morantur.
Adducunt boues quorū virtute videretur posse
moueri simulachrū. Sed cū nec sic q̄dem aliquid
ꝓfecissent omni auxilio frustrati legatos ad ho=
minē dei mittunt pollicētes vt si eos resolueret ab
his vinculis pariter quoq; erroris in eis vincu=
la dissoluere. Hec vbi nunciata sunt ei sine mora
descēdit ad eos ⁊ oratione sola deum fusa omes
resoluit. At illi sine dilatione vnanimiter oēs cō
fugiunt ad eum saluatori deo nostro credētes et
gratias referentes. Simulachrum vo quod erat
ligneum continuo igni tradunt: ipsi autem secu
ti hoīem dei atq; edocti ab eo fidem christi eccle=
sie dei sociati sunt. Plurimi vero ex ipsis cū ipso
māserūt ⁊ etiam nūc in monasterijs degūt. Facti
tn̄ huius mirabilis fama vbiq; diffusa est ⁊ multi
ꝓ hoc ad fidem domini conuertebantur ita vt in
oībus illis regionibus nullus iam pene gētiliū
remaneret. ¶ Post aliquantum temporis certa=
men erat de finibus inter duos vicos: hoc cū nū
ciatum esset sancto Apollonio festinās ad eos pa
cis gratia. Sed illi furore cōtentionis incēsi nul
lo gn̄e ad pacis concilium flectebanť: maxime q̄
vnius partis populus plurimū fiducie in virib⁹
cuiusdā latronis gerebat qui ipsius certaminis
signifer videbať. Hūc cū videret Apollonius pa=
ci resistentē dixit ad eū. Si mihi o amice acq̄esce
re volueris ad pacem rogabo deum meū ⁊ remit
tet tibi peccata tua. At ille cum audisset nihil of
no distulit sed genibus eius prouolutus supplica
bat ei. Tunc deinde conuersus ad turbas que cū=
secute fuerāt fecit omnes cū pace discedere. Qui
bus recedētibus ipse permansit cum hoīe dei ex=
pectās ab eo ꝓmissum. Tunc vero Apollonius
assumens eum ⁊ cum ipso iter agens ad monaste
rium docebat eum mutare debere ordinem vite
⁊ patienter a deo querere mīam ⁊ promissionem
ei⁹ ex fide expectare: oīa eīn possibilia dicebat esse
credenti. Cumq; noctis tempore simul in mona=
sterio requiescerent p visum ambo vident se eē in
celis: ⁊ assistere ante tribunal xp̄i. Uident etiam
angelos dei ⁊ sanctos quosq; adorātes dominū.
Et cum hec videntes etiam ipsi adorassent deū:
vox domini ad eos defertur dicens. Licet nulla
sit cōmunio luci ⁊ tenebris: nec sit aliqua portio
fideli cū infideli. tn̄ donatur tibi salus istius pro
quo supplicasti Apolloni. Sed ⁊ alia multa cum
audissent in celesti visione posita: que neq; sermo
enarrare sufficit: neq; auris audire: surrexerunt
a somno ⁊ q̄ viderant fratribus indicarunt. Ad=
miratio autem ingens esse cepit. Cū vnū atq; idē
somnium vterq; narraret. Permāsit autem cum
fratribus latro ille iam sanctus vitā suā moresq;
ad oēm innocentiā pietatēq; cōmutans tanq̄ in
agnū versus ex lupo vt in eo plenissime cōpleri vi=
deretur ꝓphetia Esaie dicētis. Lupi cum agnis
pascenť: ⁊ leo ⁊ bos simul paleis vescēť. Uidim⁹
ibi quosdā etiam gentis ethyopum viros cū mo=
nachis viuētes: ⁊ multos ex ceteris monachis
in obseruātia religionis ⁊ virtutibus animi ꝓcel=
lentes vt ⁊ in ipsis compleri videretur scriptura
q̄ dicit. Ethyopia ꝓueniet man⁹ eius deo. Adhuc
autē in gestis sancti Apollonij ferebať hoc. Lis
quodā tpe dicebať exorta inter duos vicos quoꝝ
vn⁹ christianoꝝ alius gētiliū fuit. Procedūt ex
vtraq; parte armatoꝝ turbe plurime: accidit autē
vt vir sctūs Apollonius superueniret. Cūq; eos
hortareť ad pacē q̄dā eoꝝ q̄ inter gentiles quasi
caput ⁊ causa belli illius stabat hō truculētus et
ferus: obsistebat ei vehementer dicens nō se per=
mittere fieri pacē vsq; ad mortē suā. Tūc ille fiat
(inquit) vt optas. Nullus enī alius preter te peri
metur: sed ⁊ morti tuo cōgruum honori tuo tibi se=
pulchrum fiet: nō terra sed bestiarum ac volucrū
vētres. Et cōtinuo sermo ei⁹ efficiť veritas. Nul=
lus enī ali⁹ ex vtraq; parte nisi solus ipse cecidit.
Quē cū sub arena obruissent magne ingressi inue=
nerūt corpus illius a bestijs consumptum laniatumq;
atq; a volucribus deuoratū. Cumq; oēs ammira=
tionem habuissent q̄ sermo hominis dei ita fuis=
set impletus cōuersi sunt omnes ad fidem salua=
toris domini ⁊ Apollonium ꝓphetam ꝓdicabāt.
¶ Sed ⁊ hoc vos nō effugiat quod ab eo primis
adhuc diebus (quibus in spelunca habitare cū
paucis fratribus ceperat) factū didiscimus. Dies
sanctus aderat pasche: ⁊ cum solēnitas vigiliaꝝ
sacramentorumq; intra speluncam fuisset exple=
ta: atq; ex his que fuerāt apud eos refectiō parare
tur. Erant autē eis pauci tm̄modo ⁊ sicci panes et
atq; olera ex his que sale aspersa reponi apud eos
solenne est. Tūc Apollonius fratres qui secum
erant alloqui ita cepit. Si est in nobis fides ⁊ ve=
re fideles sumus famuli christi: petat vnusquisq;
nostrū a deo si quid quis quasi in die festo sume=
re libēter habet. At illi ipsi potius (qui eos etate
⁊ meritis precelleret) hec a deo poscēda permit=
tunt semetipsos inferiores huius gratia iudicā=
tes. Tūc ille cum omni alacritate orationem fu=
dit ad deū. Qua expleta cum omnes respondis=
sent amē. Ecce repente ante fores spelunce asta=
re vident homines quosdā sibi penitus ignotos.

quiqꝫ tam multas copias rerum oīm que ad visus
vbertatē ciborum pertinēt detulerunt: vt neqꝫ tā
multa neqꝫ tā diuersa facile quisq̄ viderit in qb⁹
erant quedam que omnino in egypti regiōibus
nusq̄ visa sunt. videlicet pomorū genera: ⁊ ma-
gnitudo īcredibilis vue: nuces: ficus: mala q̄ꝫ pu-
nica: ⁊ cū his omnia fauī atqꝫ mellis et lactis co-
pia ⁊ panes calidi ⁊ mundissimi: qui tū peregri-
ne esse viderentur ꝓuincie. Viri vero qui hec de-
tulerāt statim vt ea monachis tradiderūt quasi
festinanter ad eum a quo missi fuerant redire cu-
piētes mox discedunt. Tūc ipsi monachi gratias
dño referentes ex his que sibi fuerāt delata vesci
ceperunt. Quorū copia tanta fuit vt vsqꝫ ad diē
penthecosten quotidie ministrata sufficerēt cer-
ti q̄ huc sibi a deo solēnitatis gratia missa sunt.
¶ Comperimus etiam hec: q̄ q̄dam ex fratribus
cui deerat hūilitatis ⁊ māsuetudinis gratia: po-
poscit ab eo vt peteret a dño vt sibi donaretur
hoc munus: orante illo tanta in eum gratia man-
suetudinis ⁊ humilitatis aduenit vt oēs fratres
stuperēt de trāquillitate animi eius ⁊ modestia
in q̄ prius nihil horū viderant. ¶ Orta est aliqñ
fames apud thebaidam. Sciētes autem habita-
tores terre illius q̄ monachi q̄ cum Apollonio
dño seruiebāt frequēter etiā sine cibo ꝑ dñi gratiam
pascebant: oēs simul cū vxoribus ⁊ filiis ꝑgūt ad
eū cibū simul bñdictionēqꝫ poscētes. At ille ni-
hil dubitās ꝓferre cepit ex his q̄ ad vsum fratrū
reposita erāt ⁊ dare singulis copiose. Cū ꝟo tres
sole panū sporte remāsissent: fames aūt ꝑplm ve-
hemēter vrgeret iubet in mediū portare sportas
q̄ sole sup fuerāt vni⁹ diei victū mōachis ꝑbiture
⁊ in auditu toti⁹ ꝑpli: q̄ famis necessitate ꝯflure-
rat eleuatis ad deū oculis manibusqꝫ ait. nūq̄d nō
valet man⁹ dñi multiplicare hec? Sic dicit spūssā-
ctus. Non deficiet panis in sportis his: donec sa-
tiemur oēs de frugibus nouis. Etiā ⁊ plurimi ex
his q̄ tūc ꝑsētes fuerāt: ꝯfirmabāt quatuor conti-
nuis mēsibus: nec cessatū est vnq̄ erogari panis
ex sportis: neqꝫ deesse potuit aliqñ. Similiter au-
tem ⁊ alio tēpore fecisse eū de frumēti ⁊ olei spe-
cie perhibebāt. Quib⁹ ꝟtutibus motus diabol⁹
dixisse ad eū fert. Nunqd Helias es tu aut alius
aliqs ꝓphetarum vel apostolorū: q̄ hec facere au-
sus es? At ille rādit ei. Quid em̄: nōne ⁊ ꝓphete
⁊ apostoli hoīes erāt q̄ nobis ⁊ fidē suam ⁊ grām
tradiderunt? Aut tūc deus presens erat nunc ꝟo
absens est. Absit. Deus oīa pōt. ⁊ que pōt: semper
potest. Si ergo deus bonus est: tu quare mal⁹ es?
Hec vt supra iam diximus a senioribus viris re-
ligiosis ⁊ sanctis per eum gesta esse: fideli narra-
tione cōperimus. Et quāuis eorum fidelis sit ha-
benda relatio: maiorem tū fidē rerū ꝓstituit etiam
hocq̄d nosipsi oculis nostris inspexim⁹. Plenas
em̄ sportas panib⁹ deferri vidimus ⁊ vacuas mē-
sas ⁊ cū replerentur panib⁹ mēse atqꝫ ad oēm sa-
tietatem cōsumerētur: plene nihilominus recol-
ligebātur. ¶ Aliud quoqꝫ quod apud eū mirū vi-
dim⁹ non silebo. Tres eramus nos fratres q̄ ad
sanctū Apolloniū venimus: ⁊ ecce longe adhuc
nobis positis ab eius monasterio: occurrerūt fra-
tres qui ab ipso ante triduū audierāt de aduētu
nostro: occurrerunt aūt nobis cum psalmis. Hoc
enim moris est eis facere in aduentu oīm mona-

chorum. Et adorātes in faciem suas vsqꝫ ad terrā
osculabātur nos atqꝫ ostendentes nos sibi inuicem
dicebāt. Isti sunt fratres de quorū aduētu aū tri-
duū nobis pater Apollonius predixerat dicens.
Post triduum affuturos tres fratres de Hieroso-
lymis veniētes. Alii vero ex fratribus ꝓcedebāt
nos: alii sequebantur: vtraqꝫ tū turba psallebat.
Ubi autem appropinquare cepimus: audita voce
psalmi etiā ipe sanctus ꝓcedit in occursū. Et vt
vidit nos statim prior adorauit vsqꝫ ad terram: et
surgēs osculo nos suscepit. Ubi autē ingressi su-
mus monasteriū oratione prī⁹ (vt moris est) da-
ta: pedes nostros propriis manibus lauit: ⁊ cete-
ra que ad requiē corporis pertinent adimpleuit.
Hec autem ita facere ei mos erat omnibus aduē-
iātibus. Illud quoqꝫ moris erat apud eū: vt fra-
tres qui cū ipso erant: non prius cibum sumerēt:
q̄ cōmunionem dñicam perciperent: circa horā
diei nonam: ⁊ post hoc interdum sic vsqꝫ ad vespe-
ram permanebant dum verbum dei audiētes de
mandatis domini adimplendis sine intermissio-
ne docebantur. Post hec iā cibo sumpto alii ipso-
rum ad heremum secedebant per totam noctem
scripturas diuinas memoria recolētes: alii in eo-
dem loco ad quem conuenerant permanebant: ⁊
vsqꝫ ad lucem in hymnis ⁊ laudibus dei peruigi-
les durabāt sicut ⁊ ego ipse presens vidi. Aliquā-
ti ꝟo ex ipsis circa horam nonam cum descendis-
sent de mōte percepta dei gratia statim descēde-
bant: solo hoc spirituali cibo contenti: ⁊ hoc facie-
bant per plurimos dies. Supra montem autem
letitia ⁊ gaudiū inerat eis: ⁊ tāta exultatio quan-
ta haberi ab vllo hoīm nō possit in terris. Null⁹
in eis tristis oīno inueniebatur: sed ⁊ si aliqs vl-
lus fuisset aliquātulū mestior: statī pater Apol-
lonius causam mestitie perquirebat. Frequēter
autē etiam si aliqs occultare voluisset: ipse enun-
ciabat q̄d lateret ī corde: ita vt is qui patiebatur
agnosceret. Monebat ergo eos dicēs: nō oporte-
re prorsus inesse tristitiā his qb⁹ salus in deo est
⁊ spes in regno celorū. Tristentur aiebat gētiles:
⁊ lugeāt iudei: plangant sine cessatione peccato-
res: iusti ꝟo letentur. Nā si illi qui terrena dili-
gūt: sup fragilibus ⁊ caducis rebus letant nos q̄
tāte glorie spē: ⁊ eternitatis habem⁹ expectatio-
nem cur nō omni exultatiōe letemur. Denū apo-
stolus nos ita monet dicēs. Semp gaudete: sine
intermissione orate: in oībus gratias agite. Sed
qs possit doctrine eius ⁊ ꝟborū gratiā sufficiēter
exprimere. vnde silere de his melius censeo q̄ pa-
rum indigne ꝓloqui. ¶ Multa em̄ nobis etiam
secretius de rōne abstinentie et conuersationis
integritate: multa etiā de hospitalitatis studio
disserebat: ⁊ precipiebat attētius vt aduētantes
fratres quasi domini suscipiamus aduentum.
Nam et adorari fratres aduenientes propterea
(inquit) traditio nostra habet: vt certum sit in
aduentu eorum aduentum christi haberi. Sic
enim ⁊ Abraam suscepit eos: qui homines qui-
dem videbantur dominus autem in eis intelli-
gebatur. Interdum etiam contra voluntatem co-
gere debemus ad corporalem requiem fratres si-
cut sancti loth exēpla nos edocent: qui angelos
vi ꝯpulsos: ad domus sue adduxit hospitiū. Sed
ex hoc monebat: vt si fieri possit: quotidie mona-

chi cõmunicarẽt mysterijs xp̃i:ne forte qui se lon
ge facit ab his longe fiat a deo:qui autẽ frequen
tius hec suscipit:frequentius ipsum videat susci
pere saluatorẽ:quia ⁊ ita ipse saluator dicit. Qui
manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinē meū
in me manet ⁊ ego in eo. Sed ⁊ ipsa commemora
tio dominice passionis cū assidue fit a monachis
plurimum vtilitatis eis confert ad exemplum pa
tientie. Sed ⁊ commonitio datur per hec: vt stu
deat vnusquisq; ita semꝑ paratꝰ inueniri ne indi
gnus dominicis mysterijs habeat. Addebat au-
tem his ꝙ etiā remissio peccatoꝝ ꝑ hec credenti-
bus detur. ¶ Ieiunia sane legitima id est quartā
⁊ sextam feriam monebat non esse soluenda nisi
grandis aliqua necessitas fieret:qꝛ quarta feria
iudas de traditione domini cogitauerat; ⁊ sexta
feria crucifixus sit saluator. Uidebitur ergo ꝙ in
his diebꝯ sine aliqua necessitate soluit statuta ie
iunia:vel cum tradente tradere saluatorē vel cū
crucifigentibꝯ crucifigere. Dicebat ergo:vt si for-
te in diebus predictis superueniret aliquis fratrū
siquidem ante horā nonā laboris causa se velit
reficere:ponēdam ei esse mensam soli quod si no-
lit nō esse cogendum:communis nāq; huius ob
seruātie traditio est. Culpabat sane eos valde ꝙ
vel comā capitis nutriunt:vel ferrū in collo cir
cōferūt:vel aliquid tale (quod ad ostensionē ho-
minum fieri videatur) gerunt. Certum est enim
inquit:ꝙ isti ab hominibꝯ laudē querant:⁊ ostē-
tationis causa hec faciant:cum mandatū sit etiā
ieiunia ipsa in occulto esse celebrāda:vt deo soli
sint cognita:qui videt quod in occulto fit:⁊ red-
det palam. Sed vt videtur isti non sunt contenti
eius testimonio ⁊ remuneratiōe:qui videt in oc-
culto:sꝫ manifestari apud homines se volūt. Ois
ergo abstinentie ratio in occulto habēda est: vt ⁊
corpus ieiunijs fatigetur ⁊ tamē non apud homi
nes iactātia:sed apud deū retributio queratur.
Hec ⁊ multa alia nobis de conuersatione mona-
chorum per totam differēs septimanā dierum:⁊
fidē doctrine gestoꝝ suorum autoritate confir-
mans:vbi ꝓficisci cepimus:ꝑducēs nos aliquā
tulū monebat dicēs. Ante omnia pacē habetote
inter vos:⁊ nolite abinuicē separari. Tūc cōuer-
sus ad fr̄es ꝙ simul cū eo ꝑducētes nos aderant.
Quis (inquit) vestrū fratres prōptus est deducere
eos vsq; ad vicina patrū monasteria. Et cū pene
omnes promptissime semetipsos obtulissent:⁊ ꝓ
gredi nobiscū vellēt:ipse sanctus pater Appollo
nius elegit ex omnibus tres:qui ⁊ grecā linguā
⁊ egyptiacā bñ nossent:vt sicubi necessariū fuis-
set interpretarent nobis:qui ⁊ in collocutionibꝯ
suis edificare nos possent. Mittens ergo eos no
biscū ꝑcepit ne prius a nobis discederēt:ꝙ oēs
patres atq; omnia ꝙ vellemus monasteria videre
mus:ꝙ vix oēs circuire nemo sufficiat. Bñdicēs
ergo nos dimisit:atq; in hec verba bñdictionem
dedit. Bñdicat vos dñs ex syon:⁊ videatis q̄ bo-
na sunt hierusalē:omnibus diebus vite vestre.

¶ Finit vita beati Apollonij.

¶ De sancto Ammone abbate qui dra-
conem interfecit ⁊ latrones conuertit.



Que audiuimꝰ de Ammo
ne quodā sācto viro: cuꝰ
etiā locū i quo habitauerat vidi
mus i deserto:omittēda nō cre
didi. Igitur cū ad locū eius per-
uenissemus: ⁊ ꝓgrederemur ad
partē deserti cōtra meridiem vi
dimus per arenā vestigia tra-
ctus draconis ingentis: cuius
tāta magnitudo apparebat: q̄si
trabes aliqua per arenam du-
cta videret. Nō vt vidimꝰ timo
re ingenti ꝑcussi sumus. Fratres aūt qui nos de-
ducebant hortabant nos nihil oīno formidare:sꝫ
magis fiduciam capere:⁊ per vestigiū sequi draco
nē. Uidebitis eni inquiunt quātū valet fides: cū
a nobis eum videritis extingui. Multos enim ⁊
dracones ⁊ angues ⁊ cornutas manibus nostris
peremimus:sic enim scriptum legimus:qꝛ credē
tibus in se concedit saluator calcare:super serpē
tes ⁊ scorpiones:⁊ super omnē virtutē inimici.
Sed illis hec dicētibus nos pre infidelitatis fra
gilitate magis magisq; metuebamꝰ:⁊ rogabamꝰ
eos:ne velint sequi draconis vestigia:sꝫ potius vt
recto itinere ꝑgeremus. Unus tamē ex ipsis ala-
critate impatiens insecutus est draconē. Et cū
non longe inuenisset eius speluncam clamabat ad
nos vt iremus ad eum:⁊ videremus exitum rei.
Quidam tamen ex fratribus occurrēs nobis qui
in vicino habebat monasteriū:ꝓhibuit nos ire.
Dicens ingentis esse magnitudinis bestiam nec
posse nos ipsum saltē visum eius aspectūq; tole-
rare ꝑcipue quia nihil tale in vsu habuerimus vi
dendi. Semetipsum vero fatebat frequenter vi-
disse ipsam bestiam:cuius vastitas quidem incre
dibilis:lōgitudo vero distēdebatur in quindecim
cubitis. Cūq; nos ad locum dehortatꝰ esset acce-
dere ipse properās fratrē:qui illic nos hortaba-
tur paratus ad perimendam bestiā abstraxit:se-
cumq; reuocauit:⁊ nolētē discedere nisi extingue
ret:eam multa prece eū deflexit. Qui cū venisset
ad nos:ignauiam nostram infidelitatēq; redar-
guit. ¶ Peruenientes autem nos ad cellulā fra-
tris illius qui nos rogauerat:cū omni gratia ab
eo suscepti requieuimus. Ille ergo narrabat no
bis:ꝙ in illo loco vbi ipse cōmanebat fuisset qui-
dam vir sanctus cuius ipse esset discipulꝰ Ammō
nomine per quē plurimas virtutes fecerat domi
nus. Inter cetera igitur etiā hoc de eo narrabat.
Frequenter (inquit) veniebant ad eū latrones.
panem quo solo vescebatur auferentes ei:⁊ si qđ
erat quod ad victum sui continentissimū repo-
situm videbatur. Cumq; frequenter ab his mole
stiam pateretur quadam die ꝓcessit ad heremū
⁊ inde rediens duos dracones ingentes secū co-
mitari iussit. Atq; ad ostiū monasterij sui mane-
re eis ꝑcepit:ingressumq; suare. Uenientes ex mo
re latrones:vident ꝙ essent custodesꝰ i limine. Et
vt viderunt dracones exanimes ⁊ amentes effe-
cti:obmutuerunt statim ⁊ cōciderūt. Quod vbi se
nior sensit:egressus inuenit eos semineces:⁊ acce
dens atq; erigens eos increpabat dicens. Cerni-
tis quantū vos digniores estis bestijs. Ille etenī
nobis ꝓpter deum obediunt:vos autem nec deū
timetis:nec vitam seruorū dei inquietare erube-

scitis. Verūtamen introducens eos in monaste-
rium posuit eis mensam et iubet vt perciperent
cibū. Illi vero corde compuncti: ⁊ ab omni men-
tis sue immanitate mox conuersi: multis seruis
dei (qui ante hos seruire deo ceperunt) breui me
liores fiunt. Intantum enim per penitentiā pro
fecerunt vt post non multum temporis: etiā ipsi
eadem facerent signa: easdemq̄ virtutes. ¶ Alio
preterea tempore immanissimo⁹ quodaꝫ dracone
vicinas vastante regiones: ⁊ plurimos perimen-
te venerunt habitatores loci illius ad supradi-
ctum patrem rogantes eū vt in regionibus suis
perimeret bestiam simul etiaꝫ vt ad misericordiā
flecterent senem puerum quendam pastoris filiū
secum deferunt: qui solo visu draconis exterrit⁹
mente exciderat: et a flatu solo bestie exanimis
portabatur ac turgens. Tunc ille puerum quidē
perungēs oleo restituit sanū. Semetipsum vero
ad necem draconis instigans: illis interim quasi
qui nihil eos posset iuuare: promittere nihil vo-
luit. Mature autē surgens abiit ad digressus be-
stie: ⁊ figens genua sua in terrā deprecat⁹ est deū
Tunc bestia cum ingenti impetu venire super eū
cepit teterrimis flatibus ac sibilis: stri doribusq̄
premissis. At ille nihil horum metuens cōuers⁹
ad draconē dicit. Perimat te christus filius dei:
qui perempturus est cetū magnum. Et vbi hec se
nior dixit statim dirissim⁹ draco simul cū spiritu
euomens venenum: disruptus crepuit medius.
Cum autē cōuenissent finitimi habitatores ⁊ fra
cti draconis miraculo obstupescerēt: fetoris vehe
mentiam non ferentes congregauerunt super eum
arene moles immēsas astante tamē ibidē patre
Ammone: quia nec sic quidem cū mortua fuisset
bestia: sine illo appropinquare ei audebant.

¶ De sancto coprete presbytero
et heremita.



Erat quidā pater in ipsa here
mo habēs monasteriū Co-
pres noīe vir sanct⁹ annoꝝ circi
ter octoginta: ⁊ ipse multas vir-
tutes faciēs: languores curās et
efficiens sanitates: sed et demo-
nes fugās ⁊ multa mirabilia fa-
ciēs. Ex quibus nōnulla etiā in no
stri p̄sentia effecit. Is ergo cū vi-
disset nos: ⁊ osculo salutasset: at-
q̄ ex more post orationem etiam pedes lauisset:
requirebat a nobis que gererētur in seculo. Nos
autem rogabamus eum: vt ipse magis nobis de
suis gestis aliqua narraret: ex quibus actibus q̄-
busve meritis dn̄s ei tantam gratiā contulisset:
exponeret. At ille nihil dedignatus est: ⁊ sue vite
⁊ prioruꝫ suoꝝ narrare nobis ordinē cepit: quos
sibi lōge illustriores fuisse perhibebat seq̄ ipsorū
parua vix exēpla sectari. Dicebat ergo: nihil ma-
gni est o filioli: qđ in nobis videtis ad cōparationē
sanctoꝝ patrū. ¶ Erat enī quidā ante nos vir no
bilissimus p̄t noīe Mutt⁹. Hic fuit primus in hoc
loco monachus ⁊ in oī hac heremo viā salutis oī
bus nobis primus ostēdit. Hic aūt primo gētilis
fuit latronum maximus: ⁊ sepulchroruꝫ violator
atq̄ in omnibus flagitiis opinatissimus: ad queꝫ
taliter modo occasio salutis aduenit. Nocte qua-
dam ad domum cuiusdam virginis deo cōsecrate
expoliandi gratia perrexit cūq̄ machinis quibus-
dam: que huiusmodi artificibus note sunt dom⁹
eius tecta conscendisset: querēs quali arte vel quo
aditu ad penetralia eius irreperet difficultate p-
petrādi operis tunixus. plurimū noctis tēpus in
tectis positus sine vllo trāsegit effectu. Post mul
tos vero animi conatus frustra adhibitos veluti
fessus somno opprimit: ⁊ per visuꝫ assistere sibi vi
det quendā religiosum habitu fulgentem ⁊ dicē-
tem. Desine iam ab his flagitiis: ⁊ ab effusiōe hu-
mani sanguinis cessa atq̄ ab execrabilib⁹ furtis:
ad laborem religiosum conuertere vigilias: ⁊ susci
pere celestem angelicāq̄ militiam: atq̄ ex hoc iā
animi virtutibus viue: ⁊ ego te huius militie ducē
atq̄ principē faciam. At ille cum gratāter que si-
bi offerebantur audisset: ostenditur ei exercitus
monachoruꝫ: ⁊ principatū tenere super eos iube-
tur. In his euigilans astantem vidit sibi virginē
⁊ requirētem: quis aut vnde vel cur illic adesset.
At ille quasi amens effect⁹ nihil ei respōdit: sꝫ tā
tum vt ecclesiā sibi ostēderet: rogat. Illa vero cum
intellexisset esse in re aliquid operis diuini: homi
nē perducit ad ecclesiā: ac p̄sbyteris offert. Ad quo
rum ille vestigia prouolūs. orabat christianū se fie
ri: ⁊ locum sibi penitentie dari. Presbyteri vero: qui
cognouerāt virū hunc omnium esse scelerū auto-
rem mirantur si hec vera loqueret. Et cum perse
uerantia sui fidem rei fecisset: monent eū vt si hec
vellet illa penitus omitteret. Dehinc cū religio-
nis initia suscepisset orat sibi precepta dari quibus
viam salutis deberet incedere. At ille tres ei pri
mi psalmi versiculos tradūt. Quibus ille diligen
ter cōsiderātis sufficere sibi autem ea ad viā salu-
tis ⁊ sciētiam pietatis. Tribusq̄ diebus p̄manēs
apud eos ad heremum proficiscit: vbi plurimo tē
pore demoratus: ⁊ die ac nocte in oratione cū la-
chrymis perdurans. cibū ex radicib⁹ accipiebat
herbarum. ¶ Regressus autem ad ecclesiaꝫ tres
versiculos psalmi quos a presbyteris perceperat
non solum verbis sed ⁊ rebus atq̄ operibus red-
didit. Presbyteri vero mirabant q̄ subito cōuer
sus acerrimam statim inierit abstinētiā ⁊ instru-
entes euꝫ plenius ex diuinis scripturis hortabā-
tur secum demorari. At ille ne videret eē inobe-
diens vnam apud eos exigens septimanā: rurs⁹
pergit ad heremum: atq̄ ibi cōtinuo per septem
annos in oī abstinentia degens: plenitudinem
gratie consequitur a deo. ita vt pene omnes scri-
pturas memoriter teneret. Panem vero domini
ca tantum die sumebat: ⁊ hunc diuinitus delatū.
Nam cum oraret surgēs ab oratione inueniebat
panem positum: quē nemo hoīꝫ detulerat. Hunc
vbi cum gratiaꝝ actione sumpsisset: sufficiebat ei
vsq̄ ad alteram dominicam diem. Post multum
vero temporis: iterum regressus ex deserto: exem
plo abstinētie sue q̄ plurimos ad imitationē sui
inuitauit: inter quos accessit ad eum adolescens
quidam cupiens eius esse discipulus. Cui ille cū
habitum monachorum hoc est leuitinaꝫ ⁊ cucul-
lā ac melotem que est caprina pellis imposuisset do
cere eum de ceteris monachorum institutionib⁹
cepit. Multa sane cuꝫ solicitudine curabat si cubi
christianorū quis fuisset defunct⁹: vt sepeliret eū
Quem cum vidisset adolescēs ille discipul⁹ suus
summa cum diligētia mortuis indumenta aptā-

tem dicit ad eum. Pater velles vt ⁊ me mortuum
ita induceres ac sepelires. At ille ait. Ita inqt fa=
ciam ⁊ tam copiose te induā donec dicas sufficit.
Post nō multum vo tēporis: defunctus est ado=
lescēs: ⁊ predictus sermo completur. Cum enim
plurima ei circundedisset indumenta: ait ad eum
coram oībus. Sufficiunt tibi hec ad sepulturā fi=
liole: an adhuc vis vt aliquid addamus. Tūc de=
functus vocem cunctis audientibus emisit: obue
lata iam facie vultuqꝫ ꝯstricto ⁊ dixit. Sufficit pa
ter: impleſti quod ꝓmiseras. Obstupuerunt autē
qui per presentes aderant: et ammirati sunt val=
de: super tam mirabili facto eius. At ille sepulto
adolescēte continuo ad heremum redijt: summo
studio iactantiam declinans. ¶ Quodam autem
spe iterum de heremo venit ad visitādos fratres
quos ipse instituerat: ⁊ cum qdam ex eis in extre=
mis diem ageret reuelatū est ei a dn̄o q̄ esset mo=
riturus. Hora autem iam erat ad vesperam decli=
nans. Festinabat ergo: vt eū videre posset. Uicus
autem vbi decumbebat eger longo adhuc aberat
spacio: ⁊ nolēs noctu introire vicum: simul ⁊ sal=
uatoris sermonē intra semetipsuz meditās: quo
dixit. Ambulate dū lucē habetis vobis: ⁊ q ambu
lat in luce nō offendit. Cum videret iam solē de=
mergi: ait ad eum. In noīe dn̄i nostri iesu christi
sta paulisper i itinere tuo: ⁊ expecta me donec ad
vicum perueniam. At ille cū aliqua iam mergi ce
pisset ex parte restitit: nec prius accubuit q̄ homo
dei perueniret ad vicum. Hoc autē manifestū fa=
ctum est hominibus illis qui in eodem vico habi
tabant. Stantes eīn ⁊ intuentes moras solis in
occasum mirabant oēs quid sibi vellet hoc q̄ tot
horis in occasum suū non descenderat sol. Uidē=
tes autē patrē Mutium de heremo venientē: que=
rebant ab eo quid hoc esset signi quod ostēderat
sol. At ille respondit eis. Nō meministis vocem
domini ⁊ saluatoris nostri dicentem. Si habue=
ritis fidem sicut granum sinapis maiora horū si=
gna facietis? Cū aūt intellexissent ad eius fidem
solē stetisse: timore magno exterriti sunt plurimi
qꝫ ex eis iunxerūt se ei discipulos: ⁊ sequi eū cepe
rūt. Cū aūt ingressus fuisset domū illius fratris
ꝓ quo festinauerat: ⁊ inuenisset eum iā defunctū
oratiōe facta accedens ad lectū osculatus est eū:
⁊ ait. Quid magis desiderij habes frater abire ⁊
esse cū christo an permanere in carne? Tūc ille re
cuperato spiritu paululum residens: ait ad eum.
Quid me reuocas pater. Melius est mihi redire
⁊ eē cū christo: pmanere aūt i carne mihi necessa=
riū non est. Cui pater Mutius. Dormi ergo inqt
in pace fili: ⁊ ora ꝓ me. At ille cōtinuo reclinans
se in lecto dormiuit. Hi aūt q aderāt obstupuerūt
dicentes. Uere dei homo est hic. Tūc ille induit
adolescētem vt sibi moris erat satis decore: et to=
tā noctē in psalmis hymnisqꝫ peruigilem ducēs:
honeste iuuenē tradidit sepulture. ¶ Aliū autem
fratrē cū visitasset decūbētē vbi vidit eū quietez
mortis difficulter accipere ⁊ grauiter consciētie
sue metu redergui ait ad eum. Cur imparatus es
fili ad ꝓfectionem tuā? Accusatrix vt video igna
uie tue tecū pergit cōscientia. Tunc ille exorabat
eū dicens. Obsecro te intercede ꝓ me ad deuz vt
mihi parui temporis spacium largiatur quo pos
sim emēdare vitā meā. At ille nūc inquit spaciuz
penitentie requiris vbi vite tpˢ impleſti? Quid
faciebas in omni hoc vite tue tempore? Nō potui
sti vulnera tua curare. Quinimo ⁊ recētiora sem
per addebas. At ille cū permaneret exorās ait ad
eū senex. Si vltra nō addes malis tuis mala: ora
bimus ꝓ te deum. Bonus est eīn ⁊ patiēs ⁊ indul
get tibi parū aliqd tēporis vite: vt oīa debita tua
reddas. Et cum post hec orasset deum surgens ab
oratione: ait ad eū. Ecce tres annos tibi dn̄s con
cessit in hac vita tātum: vt ex animo ad peniten=
tiam cōuertaris. Et apprehēsa manu eius: eleua
uit eū de lectulo. At ille surgēs sine aliqua dila=
tione secutus est eum ad desertum. Et vbi cōple=
ti sunt tres anni: reuocabat eū ad locū: vnde euz
assumpserat iam non quasi hominē sed quasi an=
gelum ex hoīe deo consignans: ita vt omnes mi=
rarētur de cōuersatione eius. Cūqꝫ conuenissent
ad eū fratres plurimi statuit eū in medio: atqꝫ ex
ipso materiam sumēs per totam noctem doctri=
nam de fructibus penitētie ⁊ cōuersiōis ꝓduxit
ad fratres. Ipso vo sermonē faciēte quasi dormi
tare frater ille cepit paulatī: ⁊ cōtinuo in perpe=
tuum quieuit? Tunc facta oratione sup eū ⁊ oībus
que ad sepulturam pertinēt: ex more cōpletis: ad
heremum ꝓperanter abscessit. Frequēter aūt et
nilum fluuium hunc immanem pedibus transi=
uit: aquam vsqꝫ ad genu habēs. Alio quoqꝫ tēpo
reclausis ostijs: fratribusqꝫ in superioribus sola=
rijs sedētibus ipse ingressus est ad eos ⁊ frequen
ter ad quēcūqꝫ locū ire voluit q̄uis longe positū
intra momētū temporis inuentus est. Nā primo
adhuc tempore cōuersionis sue cum esset in here
mo ⁊ septimanā ieiunasset: aiunt occurrisse ei ho
minem in deserto habentem panē ⁊ aquam qui ⁊
hortatus est eum accipere cibū. In alio quoqꝫ tē
pore demō assistēs thesauros auri plurimos q̄s
pharaonis fuisse perhibebat ostēdit ei sub terra
demersos. Cui rn̄disse fertur pater mutius. Pe=
cunia tua tecum sit in interitum et perditionem.
Hec ergo ⁊ his similia plurima effecit deus p eū.
Sed ⁊ alij nihilominus fuerūt ante nos multi pa=
tres qbus dignus non fuit mūdus signa celestia
⁊ ꝓdigia facientes? Quid ergo miramini si nos
parui hoīes parua faciamus: claudos aut cecos
curantes quod et medici ex arte facere possunt.
¶ Et cū hec nobis Copres senior enarraret vnus
ex fratribus nostris quasi incredulitate eorū que
dicebant̄ tediare cepit: ⁊ p̄ tedio dormitare. Cūqꝫ
somno fuisset oppressus vidit per visum librū au
reis litteris scriptum in manibus senis copretis
ex quo narratio eius deduci videbat̄: ⁊ adsistentē
quēdā clarissimi aspectus virū: canicie veneran=
dum: comminatione sibi magna dicētem. Cur nō
audis attēte que recitant̄: sed incredulus dormi=
tas. At ille conturbatus euigilat ⁊ statim nobis
secretius latino sermone que viderat enarrabat.
¶ Inter hec autem vidimus rusticanū quēdam
accessisse ad ostium senis habētem vas arena ple
num ⁊ expectātem donec senex sermonē sue nar=
rationis expleret. Nos aūt videntes eum inter=
rogauimus seniorem qd sibi vellet rusticanus iste
stans: ⁊ arenā tenēs in vase. Respondit ad nos se
nior dicēs. Non quidē oportebat me o filioli hoc
vobis prodere ne gloriari videamur: ⁊ merces la
boris pereat: sū pro edificatiōe vestra ⁊ vtilitate

qui tam longo itinere venistis ad me non patiar
etiam hoc abscondi a vobis sed enarro opera dñi
qui dignatus est implere per nos. Terra regiõis
hui⁹ q̃ in vicino nobis posita colitur sterilis val
de ⁊ infructuosa fuit: ita vt si quãdo semina ex ne
cessitate suscepit duplicata vix redderet. Ver=
mes cũ quidã nascebãt in ipsis germinũ culmi=
nibus ⁊ ascẽdẽtes segetẽ succidebant. Erant aũt
agricole loci ipsius gẽtiles. Hos cum docuissem⁹
domino credere: ⁊ fidẽ christi recipere: christiani
iam facti venerũt ad nos ⁊ rogãt vt oremus dñm
pro segetibus ipsoꝝ. Et cum diceremus eis nos
quidem oraturos: sed fidẽ ipsorum requiri apud
deū: que hoc precipere mereat ille ex arena hac
que calcatur a nobis sinus suos replentes offe=
rũt nobis rogantes vt in noĩe dñi bñdiceremus.
Et ego ad eos fm fidem (inquam) vestram fiat vo
bis. Tũc illi auferentes arenam secum miscẽt se=
minibus que seminaturi erãt ⁊ spargũt ꝑ agros
⁊ tm̃ fructum ex eo colligunt quãtum nulla vñq̃
potuit egypti terra colligere. Ex eo ergo cõsuetu
do est eis bis per annos singulos venire ad nos
⁊ eadem expectare a nobis. ¶ Sed ⁊ illud nõ ce=
labo vos quod mihi deus ad gloriã noĩs sui pre=
stitit. Descenderam aliquãdo ad ciuitatem ⁊ in=
ueni ibi virum quendam doctorem manicheorũ
seducentem populos: cum hoc habui conflictum
sermonis. Sed quia erat versutus nimis: ⁊ ꝯclu
dere eum verbis non poteram: veritas ne audito
rum turbe lederentur: si ille quasi superior abces
sisset in verbis dixi. Accẽdite ignem plurimum
in medio platee ⁊ ambo intremus in flãmaz si q̃s
nostruz ex ea nõ fuerit adustus: huius vera fides
credatur. Qđ cũ dixissem valde placuit populo
⁊ ꝯtinuo ignis accendit plurimus. Tũc ego apph=
hendens eum cepi mecum pertrahere ad ignem.
Et ille nõ ita inquit: sed vnusquisq̃ nostrum sin=
gulariter ingrediatur. Primus tñ tu debes intra
re qui hoc proposuisti: ⁊ ego in noĩe christi consi
gnans memetipsum ingressus sum ignem. Flam
ma vero huc illincq̃ diuidi ac dispergi ⁊ refugere
penit⁹ a me cepit. Steti in medio ignis dimidia
fere hora: ⁊ in noĩe dñi in nullo penit⁹ lesus suz.
Videntes aũt populi cũ ingẽti admiratione accla
mauerunt ⁊ benedixerunt deum dicẽtes. Mira=
bilis deus in sanctis suis. Ceperunt autẽ vrgere
etiam manicheum vt introiret in ignez. At ille
reluctari cepit ⁊ subtrahere se. Tũc cõprehẽden=
tes eũ turbe iniecerunt in mediũ ignis: ⁊ statim
circundans eũ flamma atq̃ adurẽs semiustũ red
didit. Exiliũ quidẽ cũ dedecore ex vrbe populus
eiecit: clamãs ⁊ dicens. Viuus ardeat seductor.
Me vero assumentes secum et benedicentes do=
minum ad ecclesiam perducunt. ¶ Alio quoq̃ tẽ
pore dũ transirẽ iuxta templũ quoddã vidi ibi sa
crificare gentiles ⁊ aio ad eos: Cur vos cum sitis
hoĩes rõnabiles immolatis mutis ⁊ insensibili
bus simulachris. Non eñ vos multo magis sine
sensu estis q̃ illi quibus immolatis. Ad hũc ser=
monẽ dñs aperuit eis intellectũ ⁊ relinquentes
errorẽ suũ quẽ agebãt secuti sũt me: ⁊ crediderũt
saluatori nostro deo. Fuit mihi aliqñ hortulus
monasterio vicinus: in quo ꝓpter aduẽrãtes fra
tres olera colere videbamur. Quidã aũt gẽtilis
ingressus est nocte: ⁊ furatus est olera. Que cũ ꝑ=
tulisset ad domũ suaz igni apposuit vt coqueret.
Cũq̃ tribus horis ꝯtinuis ingẽti igne suggesto:
neq̃ seruare neq̃ molliri aut calefieri aliquaten=
nus potuissent: sed ꝑmãsissent eadẽ viriditate q̃
in ollã missa sũt ⁊ neq̃ aqua qđ ẽ ipsa vel leuiter
calefieri potuisset: in semetipm̃ regressus ille qui
furat⁹ est: excepta rursus de foco olera reportabat
ad nos ⁊ ꝓsternẽs se añ pedes nr̃os rogare cepit:
vt pcñ sui veniã mereret: ⁊ fieret xp̃ian⁹: qđ ⁊ im
petrauit. ¶ Accidit aũt eadẽ die hospites venire
ad nos plurimos fratrũ: qb⁹ opportune olera ipsa
parata sunt gratias ergo referentes dño ꝓ mira=
bilibus suis duplicẽ letitiam gessimus: ⁊ ꝓ salute
hominis ⁊ pro beneficijs diuinis.

¶ Incipit vita de sanctis Syro Esaia et Paulo.



Abbas Syr⁹ aliqñ ⁊ Esa=
ias ⁊ paulus occurrerũt sibinui
cem ad ripã fluminis. Erãt autẽ
isti viri iusti summe abstinẽtie ⁊
totius religionis. Hi pergebãt
visitaturi sanctum quendam vi=
rum noĩe anuph. Aberat autem
monasterium ad qđ ibant: man
sionibus tribus. Cum ergo vel=
lent transire fluuiũ: nec esset co=
pia trãsmeãdi: aiunt inter semetipsos. Petam⁹
a dño gr̃am: ne impediat nobis boni operis iter.
Et cõuersi ad abbatẽ Syrũ: tũc (aiunt) ꝑcipue per
te a dño ꝑscim⁹ eñ audiri: ⁊ citq̃ ꝑstabit tibi que pe
tis. At ille cohortatus etiam ipsos secũ genua fi=
gere in oro͂ne prostrauit se in faciẽ corem dño. Et
cũ impleta oratione surrexissent ecce vidẽt appel
li nauigiũ ad ripã fluminis paratũ ad iter quod
acturi erant ⁊ expeditũ. Hoc ascendentes aduer=
sus fluminis cursum ita velociter ferri ceperũt:
vt inter horã vnã: toti⁹ itineris (qđ peracturi ꝑ
triduum erant) cõficerẽt spaciũ. Cũq̃ applicuis=
sent ad terrã Esaias ait. Dñs mihi ondit virũ ad
quem ꝓperamus occurrentẽ nobis: ⁊ vniuscuius
q̃ nostrũ secreta cordis aperientẽ. Sed ⁊ paulus
ait. Et mihi ondit dñs q̃ post triduũ educat eum
de hoc mundo. Cũ ergo iter qđ ducit ad monaste
riũ de flumine incedere cepissent: ꝓgressiq̃ eẽnt
paululũ occurrit eis supradictus vir ad quẽ visi=
tandum pergebant: ⁊ salutans eos ait: bñdictus
deus q̃ vos mihi ⁊ sic in corpe: ⁊ añ iam ostendit
in spiritu. Et tunc cepit de vniuscuiusq̃ eorũ me=
ritis que habebant apud deũ: atq̃ actib⁹ memo=
rare. Tũc paulus ait. Qm̃ ⁊ nobis dñs ostendit
q̃ post triduum te de hoc mũdo assumat petimus
a te: vt etiam de tuis nobis virtutibus ⁊ actibus
qb⁹ dño placuisti enarres: nec verearis iactãtie
notam. Abscessurus enim de hoc mundo ad imi=
tationem posteris gestorum tuoꝝ memoriã dere
linque. Tunc ille. Nihil inquit magnum fecisse
memini: hoc tamen custodiui: ex quo nomen sal=
uatoris nostri in persecutiõe ꝯfessus sum: ne post
cõfessionem veritatis mendacium de ore meo ꝓ
cederet: neq̃ pro amore celestium terrenuz aliqđ
ꝯquirerem: sed nec gr̃a dñi in his defuit mihi. Nũq̃
enim me fecit in aliquo egere terrenis: oẽm quem
desideraui cibum angelorum mihi deferẽs mini
sterio. Nihil a me occultauit dominus eorũ: que
geruntur in terris: nunq̃ defuit in corde meo lux

clius per

tius per quam suscitatus somnū corporis nō requireremus: desideriū habens semper vidēdi eum. Sed ⁊ angelum suum assistere mihi fecit edocētem me de singulis quibusq; virtutibꝰ mūdi. Lux mētis mee nisi ꝙ extincta est. Omne quod petij a domino sine mora cōsecutus sum. Ostēdit mihi frequenter multitudines angelorū assistentiū sibi: vidi ⁊ cetū iustorum: congregationesq; martyrum: monachorū conuentus: omniumq; sanctorum dūtaxat quorū opus non est aliud nisi laudare semperꝗ benedicere deū in simplicitate cordis ⁊ fidei. Vidi econtrario sathanam ⁊ angelos eius eternis ignibus tradi: ⁊ rursus iustos eterna leticia pfrui. Cū hec ⁊ multa alia his similia p totum triduum enarrasset eis: tradidit spiritū. Et cōtinuo vidēt ipsi ab angelis suscipi eius animam: atq; ad celos ferri: ita vt vocē hymnorum audirent etiā ipsi: a quibus vna cū angelis ala eius abscedens dominum collaudabant.

¶ De sancto Heleno.



Fuit ⁊ alius vir sanctꝰ Helenus nomine hic a puero in seruitio domini omni cū cōtinētia ⁊ castissimis institutionibus enutritꝰ ad summa merita puenerat. Deniq; cū adhuc puer esset in mōnasterio: si necessariꝰ fuisset ignis: vt de vicino peteretur: ardētes prunas vestimento ferebat illeso. Quo admirantes oēs q̄ aderāt fratres: studiū animi viteq; eius ac meriti cupiebant. Huic quodā tēpore cum solus esset in heremo: desideriū vescēdi mellis exortum est: ⁊ cōuersus vidit in saxo fauum mellis inherētē: sed intelligēs inimici hāc esse fallaciam cōtinuo semetipsum increpās ait. Discede a me deceptrix ⁊ illecebrosa cōcupiscentia. Scriptum est enim. Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis ne pficeritis. Et statim derelinquēs etiam locum ipsum: decessit ⁊ abijt in desertum: atq; ibi tan ꝙ pro carnis concupiscentia puniendā ieiunijs semetipsuz cepit affligere. Tertia autem septimana ieiunij sui videt in deserto iacere diuersa poma dispersa: ⁊ intelligēs dolos inimici ait. Non manducabo neq; contingā: ne fratrē meum: hoc est animam meā scandalizem. Scriptum est enim quia non in cibo solo viuit homo: sed in omni verbo dei. Cumq; ⁊ sequentem septimanam ieiunaret: paululū in somnum deductus est: ⁊ ecce angelus astitit ei per visum dicēs. Surge iam ⁊ que inueneris tibi apposita dubitās his vescere. Et surgens vidit atq; fontem lenibus repletum fluentis: eiusq; ripas in circuitu herbis q̄busdā teneris odoratisq; pretextas. Et accedēs decerpere cepit ⁊ edere similiter ⁊ ex fonte poculum sumere. Affirmabat autem se nun ꝙ in omni vita sua tāte dulcedinis aliquid: ⁊ tante suauitatis hausisse. Inuenit autem in ipso loco etiā speluncam quandaz: intra quā aliquā diu requieuit. Et cum reficiēdi corpusculi tempus ⁊ necessitas affuisset: per dei nihilominꝰ gratiā: nihil deerat eorum que poscebat a domino. ¶ Quodam vero tempore pergebat ad visitandos fratres iconomos: quibus etiam que necessaria erant ad refectionem corporis deferebat. Et cū in itinere eorum que portabat onere grauaret: vidit eminus onagros transire per desertum ⁊ exclamauit dicens. In nomine dñi nostri iesu xp̄i veniat vnus ex vobis ⁊ suscipiat sarcinam meam. Et ecce vnꝰ ex omni grege tota cū mansuetudine pgit ad eū. Tunc ille prebenti se sponte et onus imposuit ⁊ ipsi insedit: ⁊ cum velocitate ab eo ad cellulas fratrum quo pergebat euectus est. ¶ Alio rursus tēpore dominica die venit ad quoddā monasteriū fratrum: et cum vidisset eos non agētes solēnitatem diei causam requirit. Cum autem dixissent pro eo ꝙ presbyter non adesset qui trans flumen maneret: propter metum enim cocodrilli transire nullus audebat. Tunc ille si vultis inquit ego eam: ⁊ adducam eum ad vos. Et continuo ad ripam fluminis pergit. Ubi cum nomen dñi inuocasset: presto fuit belua: ⁊ que solebat adesse ad pniciem hominum: affuit nūc ad vehiculum iusti: tergo quoq; suo suscipiens eum cū omni metu sub lecta vsq; ad partem ripe vlterioris euexit. Adijt cōtinuo p̄sbyterum: ⁊ exorare eum cepit: vt veniret ad fratres. Erat autē indutus vilissimo ⁊ abiectissimo idumento. Super quo miratus p̄sbyter: quis aut vnde esset: vel q̄d sibi vellet inquirit. Ubi vero cognouit esse hominem dei sequi eum cepit ad flumen. Et cum causaretur non inueniri nauigium quo transiri possit: tunc abbas helenꝰ. Nihil inquit verearis pater: ego tam nunc parabo vehiculū. Et exclamās voce magna: adesse bestiam iubet. Que statim voce eius audita affuit ac dorsum suū ad vehendū placite pbuit prior ipse ꝯscēdens inuitat ⁊ p̄sbyterum dicens. Ascende nihil formidās. At ille visa belua exterritus retrocedere ac refugere magis cepit. Oēs aūt q̄ aderāt stupor ingens ⁊ metus inuasit: videntes eum cocodrillo euectū fluminis alueū trāsmeare. Sed vbi descēdit: secū pariter in siccum eduxit etiam bestiam dicens ad eam. Melius est tibi mori ꝙ tot scelerum ⁊ tot homicidiorum inuolui reatu. At illa statim corruens expirauit. Interea per triduū in monasterio sanctus Helenus permanens docebat fratres spirituali doctrina: ita vt etiā nonnullorum cogitationes cordis ⁊ secreta consilia proferret in medium ⁊ alium quidem proderet spiritu fornicationis vrgeri: aliū spiritu iracūdie aliū vero cupiditate pecunie: nonnullos autem et iactantie ac spiritu superbie illudi. Alterius vero māsuetudinis: alterius iustitie: alterius etiā patientie testimonium dabat: ⁊ sic vtraq; ex parte aliorum vitia: aliorum etiam virtutes animi exaggerās: ad oēs eos pfectus mirabiliter excolebat. Agnoscētes ꝰo singuli quiq; ita agi inter semetipsos vt ille nūciauerat corde cōpuncti emendabant. Profecturus aūt ait ad eos: preparate olera ad aduētum fratrum. Et illis preparantibus ꝯtinuo superuenerūt fratres q̄bus honorifice susceptis: ipse contendit ad heremū. ¶ Rogabat vero eum q̄dā de fratribus vt pmitteret ei secū esse: ⁊ degere in heremo. Cumq; rñdisset ei graue rē negociū: ⁊ plurimi laboris obsistere tentationibus demonum: eo contētiosius iuuenis persistebat promittens se cuncta tolerabiliter perlaturum: tm̄ vt preberet ei copiā cōsortij sui. Et cum pmisisset secutus est eū ad heremū: quē ille in vicina sibi spelunca habitare iubet. Tūc demones

aduolantes per noctē primo fedis ⁊ turpibus eū
cogitationibus exagitāt: post hec vero etiā violē-
ter irruere ⁊ necare eū aggrediunt. Effugiēs au-
tem iuuenis: ⁊ peruolans ad cellulā sancti Hele-
ni: quibus malis vrgeretur exponit. Tūc senior
ɔsolatus eum paucis verbis: ⁊ de virtute fidei ac
patiētie commonens: statim reuocat ad speluncā:
de qua fugerat: ⁊ tanq̄ sulcum quendā per hare-
nam extra cellulā iuuenis digito suo ducēs: pre-
cepit in nomine domini ne audeāt demones sta-
tutum transgredi limitem: ⁊ ita verbi eius virtu-
te adolescens permāsit de reliquo securus. ¶ Fe-
rebat etiā de illo iuuene: quod ⁊ ipse in heremo
positus celestes sepe percepisset cibos fratribus
ad se veniētibus: cum nihil habuisset quod appo
neret: affuisse quendā adolescētē panes ei ⁊ que
erant necessaria deferentem: eaq̄ cū ante spelun
cam eius deposuisset: vltra nusquā cōparuisse di
xisse vero cum ad fratres. Benedicamus dominū
qui preparauit nobis mensam in deserto. Hec et
alia plurima de sanctorum patrum vita ⁊ conuer
sationibus enarrās nobis pater copres: ⁊ cū omi
effectu instruēs: post edificationis sermonem in-
troduxit nos in hortum ostendēs nobis arbores
palmarum aliorumq̄ pomorum quas ipse plāta
uerat ⁊ dicebat. Hec mē in heremo plātare rusti-
canorum fides ammonuit. At enim vidit eos tan-
tam fidem habere vt harenā sub nostris vestigiis
colligētes per agros suos spergerēt ⁊ terrā fer-
tilē ad totius fecunditatis verterēt vberantē pu
dor in quā est: si nos inferiores his inuentamur
in fide: quorum fides per eos cognita est deo.

¶ De sancto Helya.



VIdimus ⁊ aliū senem vene
rabilem Helyam nomi-
ne in finibus ciuitatis Antinoo
que est metropolis Thebaidis:
centū fere iam ⁊ decē (vt diceba-
tur) annorū super quam dicebāt
q̄ vere spiritus Helye in eo re-
quieuisset. Multa enī de eo ⁊ ma
gnifica ferebantur. Septuagin-
ta namq̄ annos in solitudine va
stissima cum transegisse perhibe
bant cuius deserti horrorem terroreq̄ nullus ser
mo digne poterit exponere. Ille ergo sedebat se
nior tota hac etate: humane habitatiōis nesciēs
loca. Semita autē erat angusta ⁊ scrupea: qua ad
eū ducebat: que vix inueniri a cōmeantibus pos-
set. Locus vero ipse in quo sedebat spelūca erat
terribilis quedam: ⁊ intuentibus plurimū hor-
roris incutiens. Ipse autē trementibus iam mē-
bris: prematura quatiebat etate. Incessabiliter
faciebat signa p singulos dies: ⁊ cūctes ad se quas-
cunq̄ incommoditate cōstrictos omnimodis re-
soluebat. Cuncti vero patres confirmabant: quod
nullus osno meminisset hic quādo secessisset ad
heremū. Cib⁹ ei erat panis exiguus ⁊ paucissime
oliue vsq̄ ad vltimā senectutē. Nā ⁊ in iuuētute
sua septimanas frequēter ieiunasse perhibebat.

¶ De sancto Pythirione.



reterea redeuntes ex Thebaide vidi-
mus montē quendā preruptum fluuio
imminentē cīstione minacis saxi aspe
ctu etiam ipso terribilem: in quo erāt
per ipsa precipitia speluce difficilis a[illegible]
his monachoꝝ plurimi ɔmanebant quoꝝ pater
erat nomine Pythirion. Hic et ex discipulis btī
Antonij fuit: ⁊ post illius obitum cum sancto ha-
bitauerat Ammone. Post hui⁹ quoq̄ abscessum
in hoc se constituerat mōte. Sed ⁊ tanta in eo erat
virtutum copia tāta gratia sanitatum ⁊ potestas
aduersus demones: vt duorum merito summorū
virorum solus hereditatem consecutus duplici-
ter videretur. Hic ergo multis monitis nos edi-
ficās: multaq̄ doctrina instruens precipue tamē
de discretione spirituum nos docebat: dicēs esse
quosdam demones: qui certis quibuscunq̄ vitijs
obsequuntur: quicq̄ cum affectus anime possibili
ter ⁊ vitiose viderint moueri conuertunt eos ad
omne facinus malū. Si quis ergo est qui vult de-
monibus dominari prius vitijs suis ⁊ passionib⁹
dominetur. Quodcūq̄ enim vitium proprie pas-
sionis abiecerit: huius vitij demonē poteris etiā
de obsessis corporibus effugare. Et ideo conandū
est paulatim propria vitia superare: vt possimus
etiam demones superare: qui huiusmodi vitijs
obsequuntur. Hic secundo reficiebatur in septi-
mana pulticulas accipiēs ex farina: nec poterat
iam accipere aliam escam: neq̄ etate: neq̄ con-
suetudine permittente.

¶ De sancto Eulogio.



VIdimus et alium sanctum
patrem Eulogiū nomine
qui in offerendis sacramentis cā
tum gratie accipiebat a domino
vt vniuscuiusq̄ accedentium ad
altare dei merita culpasq̄ cogno
sceret. Deniq̄ ex monachis quos
dam volentes accedere ad com-
municationem retinuit dicens.
Quomodo ausi estis accedere ad
sacramenta scūm mens vestra et propositum sit
in malo. Deniq̄ aiebat. Tu hac nocte habuisti co
gitationes fornicandi. Tu vero dixisti in corde
tuo nihil interest siue iustus ad sacramenta: siue
peccator accedat. Et alius dubitationē habuit
in corde suo dicens. Quid enim me sanctificare
ɔmunione potest? Hos ergo et singulos remoue
bat a communione sacramenti et dicebat eis. Se
cedite paululum et agite penitentiam: ⁊ vt purifi-
cati per satisfactionem ⁊ lachrymas digni habea
mini communioni Christi.

¶ De sancto Apelle.



VIdimus et alium presbyte
rum in vicina regione no-
mine Apellem virum iustū. Hic
faber erat ferrarius: ⁊ que neces
saria erant fratribus operabat.
Quodam autem tempore cū ad
fabrilia opera vigilaret in silen-
tio noctis cōuersus diabolus in
formā mulieris speciose venit ad
eum tanq̄ aliquid ei operis defe
rens. Tunc ille crepitū manu nu
da de fornace ferrum candens in faciem eius ie-
cit. At illa clamās ⁊ vlulās aufugit: ita vt omnes
fratres qui in circuitu commanebant vlulatum
eius fugiētis audirent: ⁊ ex eo iam vir ille in vsu
habuit ferrum candēs manu nuda tenere nec le-

li. Adhuc ergo cũ venissem⁹ ꝛ humanissime nos
suscepisset: poscebam⁹ ab eo vt nobis vel de suis
vel de eoꝝ quos ꝓcipuos in cõuersatione sancta
sciret: virtutib⁹ loqueref. Tũc ille. Est inquit in
hac heremo, vicina frater quidam nomine Joãnes
etate ꝓuectus: vita moribus atq; abstinẽtia cun
ctos ꝓcellens. Hic primo cum secessisset ad here-
mum tribus cõtinuis annis sub cuiusdã saxi ru
pe stans semꝑ orauit: ita vt nunq̃ omnino resede
rit neq; iacuerit. Sõnum aũt tantum cepit ꝗtũ
stans rapere potuit. Cibum vero nũq̃ nisi die do
minica sumebat. Presbyter eñ tunc veniebat ad
eum ꝛ offerebat ꝓ eo sacrificiũ: idq; ei solum⁹ sa-
cramentum erat ꝛ victus. Huic quodã die satha
nas surripere volens trãsfigurauit se ĩ ꝑsbyterũ
qui venire ad eũ solebat: ꝛ preueniens horam so-
litam simulat se sacramẽtoꝝ gratia venisse. At il
le vigilãter intelligẽs diaboli fraudẽ cũ ĩdigna-
tione quadã ait ad eũ. Omnis doli omnisq; frau
dis pater: inimice omnis iusticie nõ desinis sedu
cẽdo animas christianas: sed ausus eo ẽt ad ipsa
te ĩmergere terrifica ꝛ sacrosctã mysteria. At ille
respõdit ei. Putaui inqt q̃ possim te ludificare.
Sic eñ ꝛ aliã quẽdam ex vestris decepi: ita vt et
mẽte excederet ꝛ ꝑderet sensum. Quẽ cũ creden
tem mihi in sanuz reddidissem: tot iusti orãtes ꝓ
eo vix cum ꝛ loco ꝛ sanitati restituere potuerũt.
Et hec cũ dixisset demõ aufugit ab eo. Erat autẽ
supradictus vir ꝑsistens in opere cepto atq; ĩ ora
tione perdurans. Pedes vero eius ex eo q̃ mul-
to tempore immobiles fuerũt disrũpebantur ita
vt saniẽs ex eis ꝓflueret. Tres aũt cum complẽ-
rentur anni affuit angelus dñi: ꝛ ait ad euz. Dñs
Iesus xp̃s ꝛ spiritussanctus susceptis orationib⁹
tuis: ꝛ corporis tui cicatrices sanat ꝛ celestis ci-
bi id est verbi ꝛ sciẽ sue tibi abũdãtiã donat. Et cõ-
tingẽs os eius ac pedes ꝛ ab vlcerib⁹ cũ sanum
reddidit ꝛ repletũ sciẽtie ꝛ doctrine gratia cibi
famẽ sentire nõ fecit. Jubet aũt trãsire eũ ad alia
loca: ꝛ heremũ circũeuntẽ visitare etiaz alios fra
tres: ꝛ edificare eos in verbo ꝛ doctrina dñi. Do-
minica autem die ad eũdem semꝑ reuertebaf lo-
cum simili modo sacramẽtorũ gratia: reliqs ve-
ro dieb⁹ etiã opus manuũ faciebat ꝛ operabatur
in iumentorum cingula ex palmarũ folijs texẽs
vt in illis locis haberi moris est. Quodã vero tẽ-
pore claudus aliqs ire ad ip̃m voluit vt ab eo cu-
raretur. Contingit autem vt animal ipsius quod
ascensurus erat cingulũ manibus hominis dei
factũ haberet. ¶ Cum ergo imponeref ille clau-
dus supra iumẽtum: statim vt contigerũt pedes
eius illud cingulũ: sanus effectus est. Sed ꝛ qui
buscũq; egris benedictuz panem misit: statim vt
ex eo perceperũt sanati sunt. Et alias multas vir
tutes ꝛ sanitates ꝑ euz dominus impleuit. ¶ Ha
buit autẽ ꝛ hãc gratiam super omnes pene cete-
ros homines vt vniuscuiusq; fratrũ õ vicinis mo
nasterijs cõuersatiõ ei reuelaref: ita vt scriberet
ad patres eoꝝ ꝛ commoneret: q̃ ille ꝛ ille segni
ter agunt: nec rectum in timore ꝓpositum gerũt
ille vero ꝛ ille in fide ꝛ animi virtute ꝓficiũt. Sz
ꝛ ad ipsos patres scribebat: alijs quidẽ q̃ multũ
tediosi essent erga fratres: ꝛ pusillanimes circa
patientiam: alijs vero q̃ bene constãter ꝛ solicite
agerent ꝛ sufficienter consolarentur fratres. Et
cuid huic meriti pro virtutib⁹: quid vero illi cor
reptionis immineret a domino ꝓ ignauia predi-
cabat: ꝛ ita eorum q̃ absentes erant actus ꝛ cau-
sas ac merita vl' negligẽtia describebat: vt audiẽ
tes hi (de quibus dicebat) cõsciẽntia cõuicti ne-
gare nõ possent. ¶ Docebat tamẽ omnes: vt a vi-
sibilib⁹ ꝛ corporeis reb⁹ cor ꝛ animũ ad inuisibi-
lia ꝛ incorporea trãsferrẽt. Tempus eñ (inquit)
est vt ad huiusmodi studia transeamus: neq; eniz
semper pueri ꝛ semper infantes esse debem⁹: sed
aliquãdo iam ad spiritalia ꝛ altiora conscendere
ꝛ virorum sensus capere: atq; ad perfectiorẽ sub
ire intelligẽtiam: vt possimus virtutibus animi
entescere. Sz ꝛ multa alia de hoc viro sanct⁹ ho
mo dei Apelles narratione nobis fidelissima cõ
mẽdauit: que cũcta conscribere: ꝛ longum videf
ꝛ pro magnitudine sui nonnullis fortasse audiẽ-
tium vix credibile.

¶ De sancto Paphuncio.

Vidimus ꝛ aliud monaste-
rium sancti Paphũcij ho
minis dei: qui nominatissimus
in illis locis anachoritis: ꝛ vlti
mi habitator fuerat deserti in re
gionibus eracleos: splẽdide vrbis
apud thebaidam. De hoc ergo fi
delissima patrum narratione cõ
perimus: q̃ cum fuisset vite an-
gelice quodam tempore orauc-
rit ad deum vt sibi ostẽderet cui
sanctorum similis haberef. Assistens vero ange-
lus dei respõdit ei: q̃ similis esset symphoniaco
cuidam qui in vico illo cantandi arte victuz que-
reret. Tunc ille obstupefactus nouitate responsi
cum omni properatione pergens ad vicuz requi
rit hominem. Et cuz inuenisset studiosissime per
cunctabaf ab eo: quid nam sancti ꝛ religiosi ope
ris gestũ sit ei: omnesq; actus ei⁹ curiosius discu
tit. At ille respõdit ac reus erat se esse indignissi-
me vite hominẽ peccatorem: atq; ante non mul-
tum temporis ex latrone in istud quod nũc exer-
cere videf fedum artificium deuolutum. Paphũ
cius eo magis instabat requirens si quid ei forte
vel inter latrocinia pij operis fuisset admissum.
Nihil inquit mihi ꝑscius sum boni. Hoc tñ scio
q̃ cum inter latrones essem capta est aliqñ a no-
bis virgo deo cõsecrata: huius cum ceteri colle-
ge mei latrones cuperẽt eripere pudorem: obieci
me medium: ꝛ eripui eam de contaminatione la
tronum: ꝛ nocte deducens eam vsq; ad vicum do
mui sue restitui intactam. Alio quoq; tempore
inueni mulierem honeste forme in heremo oberr-
rantem. Hec cũ interrogaretur a me: cur aut quo
modo in hoc loco deuenisset respondit. Nihil me
interroges infelicissimam mulierem: nec causas
requiras: sed si ancillam placet habere abducito
quo vis. Mihi enim infelici est maritus qui de-
biti fiscalis gratia sepe suspensus ꝛ flagellat⁹ ac
penis omnibus cruciatus seruatur ĩ carcere nec
aliam ob causaz ꝓducif nisi vt tormẽta patiatur.
Tres autẽ nobis filij fuerũt qui pro eiusdez tam
debiti necessitate distracti sunt. Ego quoq; miser
rima q̃ ad similes penas inquiror de loco ad lo-
cum fugitans inedia miserijsq; confecta: per hec
nunc latitans oberro loca: triduum hoc sine cibo

tam ducēs. Ego vidi hec audiui: miseratus adduxi eam ad speluncam: ⁊ reficiens animam eius fame collapsam dedi etiā trecentos ei solidos pro quibus se ac maritum ⁊ filios nō solum seruituti: sed ⁊ suppliciis afferebat obnoxios: ⁊ reuocatam eam ad ciuitatem omnes eos data pecunia liberaui. Hoc solū scio me fecisse ī latrocinio meo. Tūc pater paphnucius. Ego inquit nihil tale feci tamē credo etiam ad te peruenisse ꝙ celebre paphnuciū nomē inter monachos habeant. Fuit eīn mihi nō mediocris studij vt vitā meā in huiusmodi excolerem disciplinis. Deus igit̄ de te mihi reuelauit: qz nihil minus apud ipsum meriti habeas ꝙ ego. Quia ergo frater vides te nō minimo loco haberi apud deum: non negligas animam tuam. At ille statim fistulas quas manu gerebat abiiciēs secutus est eū ad heremum: ⁊ artem musicam in spiritualem commutās vite mētisqꝫ armoniam: per integrum triēnium arctissime se tradidit abstinētie: in psalmis ⁊ orationibus semeipsum die noctuqꝫ exercēs: atqꝫ iter celeste animi virtutibus ingenio inter sctōꝝ angelicos choros reddidit spiritū. ¶ Postea ꝙ hūc paphnucius omni exercitij virtute ꝯsūmatū ꝑmisit ad dn̄m: ipse acrioribus semetipsum studijs ꝙ prius exercuerat agēs iterum domino supplicabat vt sibi ostenderet quis ei esset similis super terrā. Fit ergo vox ad eum dicēs. Similē te esse nosce primario vici huiꝰ: qui est in proximo. Quibus auditis paphnucius sine mora ad eū properans pulsat ad ostium domus eius. Ille vero cui moris erat suscipere hospites occurrit ei: atqꝫ introducit in domū suā lauās quoqꝫ pedes eius apposuit mēsam: egitqꝫ conuiuium: inter epulas vero percunctari paphnucius cepit ab hospite qui actus eiꝰ: qꝰ studium cuiusqꝫ operis haberet exercitia. Ille vero cum de se humilia responderet: ⁊ latere in bonis ꝙ publicari mallet: perurgebat paphnucius dicēs reuelatū sibi esse a domino ꝙ dignus esset consortijs monachorum. At ille ergo magis humiliora de seipso sentiens aiebat. Ego quidē in nullo mihi boni alicuius sum cōscius. Uerū qz verbum dei factum est ad te eum quē nihil latet celare non possum. Hec ergo que mihi in medio multoꝝ posito in vsu sunt loquar. Triginta iam completi sunt anni ꝙ ꝯtinētie consensum habere me cum coniuge mea nulliꝰ agnouit. Suscepi autem ex ea tres filios: horum eīn causa solūmodo cognita est mihi vxor: nec preter eā aliā: nec ipsa vltra iam cognita. Suscipere hospites nūꝙ cessaui: sed ita vt neminē ante me pateret aduenienti occurrere peregrino. Non dimisi vnꝙ de domo mea hospitē sine viatico: pauperē nullū despexi: sed que necessaria fuerāt ꝑbui. Si in iudicio sedi: nec filij mei ꝑsonā cōtra iustitiam accepi. Alieni laboris fructꝰ nunꝙ introierunt in domum meā. Item si vidi nūꝙ preterij donec reconciliarem dissidētes ad pacem. Nemo vnꝙ deprehēdit in culpa famulos meos: nunꝙ greges mei leserunt fruges alienas. Uolētes seminare in rure meo nūꝙ prohibui: nec vberiora mihi noualia elegi: steriliora illis dereliqꝫ. Quantum in me fuit nūꝙ permisi: vt potentior infirmū premeret. Semper studui in vita mea: vt neminem contristarem. Judicium si fuit apud me: neminem cōdemnaui: ⁊ dissidentes reuocare in cōcordiam studui. Hec interim mihi vite īstitu. deo donāte hactenus fui. ¶ Audiens autem hec beatus Paphnucius caput eius exosculans benedixit eum ⁊ dixit. Benedicat te dominus altissimus ex sion: ⁊ videas ꝙ bona sunt hierusalē omnibus diebus vite. Quia ergo bene hec ⁊ conuenienter implesti illud tibi deest quod bonorum omnium summum est: vt omittens cuncta ipsam iam sequaris dei sapiētiam ⁊ secretioris scientie inqꝫ ras thesauros: ad quos aliter non poteris peruenire: nisi abnegeꝰ teipsum: ⁊ tollas crucem tuam ⁊ sequaris christum. At ille cū audisset hec nihil moratus nec omnino aliqd in domo sua ordinās secutus est virum pergens cum ipso ad desertum. Cūqꝫ venissent ad flumen nusꝙ ad trāsmeandum reperto nauigio: Paphnucius precepit intrare se cum pedibꝰ fluuiū: cuius in illis locis profunda habebatur altitudo. Transierūt ergo pariter fluuium ita vt aqua eis vix ad latera perueniret. Ubi vero venit ad desertum: collocat hominem Paphnuciꝰ in cellula quadā: haud procul a suo monasterio posita ⁊ conuersationis spiritualis ordinem tradidit: perfectorumqꝫ studiorum exercitia docet: sciētiarum quoqꝫ secretiora ꝯcredit. Cūqꝫ eū in omnibus instruxisset semetipsum: denuo maioribꝰ exercitijs dedit: exiguos priores deputās labores quibus cōferri potuerit: his qui seculi videbant actibus occupari: hoc enim sibi dicebat. Si isti qui sunt in seculo tātū boni operis [illegible] quanto nos studere debemus plus vel amplius in abstinentie labores eos antecedere. ¶ Tempore autem aliquanto in his transacto: ⁊ ad sciētie perfectionem perducto: eum quem perfectum iam in operibus assumpserat quadam die Paphnucius sedens in cellula sua vidit animā eius inter angelorum choros assumptā dicentium. Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti: habitabit in tabernaculis tuis. Et cum hec audisset agnouit assumptum esse ex hoc mūdo virū. Tunc vero paphnucius persistebat in ieiunijs ⁊ orationibꝰ semetipsum ad maiora ⁊ ꝑfectiora extēdens: ⁊ rursus orabat dominū vt sibi ostenderet cui similis haberetur inter homines. Rursus ei vox diuina r̄ndit dicēs. Similis es negociatori quem videris ad te venientē: sed exurge velociter ⁊ occurre ei. Adest enim vir cui te similem indicaui. Et Paphnuciꝰ sine mora descēdens occurrit cuidam negociatori Alexādrino viginti milibꝰ solidorū merces tribus nauibꝰ deferenti ex thebaida: ⁊ quoniā erat religiosus ⁊ bonorum operum studiū gerens decem legumiuū saccos pueris suis impositos ad monasterium dei hominis deferebat ⁊ hec ei causa adeundi Paphnucium fuit. At ille continuo vt eū vidit quidagis (inquit) o preciosissima ⁊ deo digna anima. Quid tibi cū terrenis est labor: cui sors ⁊ societas cū celestibꝰ data est. Relinque hec illis qui de terra sunt ⁊ de terra cogitant: tu aūt regni dei (ad quod vocatꝰ es) negociator efficere ⁊ sequere saluatorē a quo paulopost assumendus es. At ille nihil omnino differēs ꝑcepit pueris suis: vt omnia que superessent (multa eīn iā ipse ꝑ se distribuerat) pauperibus erogarēt. Ipse vero sequens sanctum Paphnuciū ad desertum in eodem ab eo constitutus est loco ex quo ⁊ priores ad deū fuerāt assumpti: ⁊ similiter ab eo de om-

nibus instructus in exercitijs spiritualibꝰ ꝛ diuī
ne sapiētie studijs permanebat. Breui autē tēpo
re consummato: etiā hic trāslatus est ad cōgrega
tionē iustorū. Et nō multo post ipse etiā Paphū
cius in ipsis summe abstinētie exercitijs ꝛ labo-
ribus vitam posuit. Astitit enī ei angelus dñi di-
cens ad eū. Ueni iam benedicte dñe ꝛ ingredere
(q̄ tibi debent) eterna tabernacula. Ecce enī me-
cum adsunt ꝓphete q̄ te in suū suscipiant chorū.
Hoc aūt tibi prius idcirco nō reuelaui: ne forte
elatus dānū aliquod tui laboris incurreres. Et
vnā post hec in corpore adhuc positꝰ diē ducēs:
cū quidā presbyteri ad eū visitādū venissent oīa
eis que sibi dñs reuelauerat nota fecit dicens ad
eos. Nullū in hoc seculo debere despici: etiā si la
tro sit aliquis: aut in scena positꝰ: etiā si cultū ru-
ris exerceat: ꝛ cōiugio videat astrictꝰ etiā si nego
ciator dicat: ꝛ mercimonijs inseruiat tamē i om-
ni ordine humane vite sunt anime deo placētes
ꝛ habētes actus aliquos occultos q̄bus delectat
deus vnde constat: non tantū professionē vite aut
habitus speciem deo esse placitam quantum syn
ceritatem atq̄ affectionem mentis ꝛ operū pro-
bitatem. Et cum similia de singulis quibusq̄ dis
seruisset tradidit spiritum. Euidenter autē pres-
byteri qui aderant ꝛ omnes fratres viderunt eū
ab angelis suscipi: hymnum cantantibus ꝛ col-
laudantibus deum.

¶ De sancti Isidori monasterio.



Uidimus apud Thebaidā
etiam Isidori nominatissi
mū monasteriū amplissimis spa
cijs circumspectum: muroq̄ cir-
cundatū i q̄ habitātibꝰ viris lar
ga prebebantur habitacula. In-
trinsecus putei plures horti ir-
rigui oīm quoq̄ pomorū arbo-
rumq̄ paradisi ꝛ quecunq̄ neces
saria vsibus erant sufficienter:
imo ꝛ abūdanter prouisa: ob hoc
vt nulli monachorū habitantiū intrinsecus ne-
cessitas vlla fieret exeundi foras ad aliquid re-
quirendū. Senior quidā vir magnus grauisq̄: ꝛ
de primis electus ad ianuam sedēs hoc habebat
officij vt aduētātes ea lege susciperet: qua ingressi
vltra non exeant. Si ergo semel ingredi placue-
rit stat immobilis lex: sed qđ est ammirabilis: in
gressos nō tā legis necessitas: sed vite btitudo re
tinet ac ꝑfectio. Hic ergo senior in ianua sibi ipse
cōmanet: adherentē sibi habeat hospitalē cellulā
in qua aduētātes hospicio recipiat ꝛ omni huma
nitate refoueat. At ergo ꝛ nos ab eo suscepti sumꝰ
introeūdi q̄dē copia nobis nulla fuit: ab ipso au
tē didicimꝰ que institutionū btitudo gereret in-
trinsecꝰ. Duos aiebat esse solos seniores viros q̄-
bus ꝑmissa est egrediēdi ingrediēdiq̄ libertas: q̄
opera fratrū dispēsare: ꝛ q̄ necessaria sunt inferre
curarēt: ceteros xp̄o ita esse in silētio ꝛ quiete ora-
tionibus ꝛ religiosis studijs operā dātes atq̄ ani
mi virtutibꝰ pollētes: vt oēs signa faciāt: ꝛ q̄d vere
oīm mirificū signū sit nullꝰ eoꝝ egritudinē cuius-
q̄ infirmitatis incurrit: sed cū vnicuiq̄ vite finis
affuerit: omnimodis prenoscēs ꝛ indicās ceteris
fratribus suis de suo exitu atq̄ vale dicēs ad hoc
ipsum recubans spiritum letus emittit.

¶ De sancto Serapione.



Sed et in regione arsenoite.
Serapionē quēdā p̄sbyterū
vidimus multoꝝ monasterioꝝ
p̄rez sub cuiꝰ cura plura ꝛ diuersa
monasteria: q̄si decē miliū habe-
bantur monachoꝝ qui oēs ex la
boribus proprijs quos precipue
messis tēpore mercede manuū
conquerebant: partem plurimā
ad supradictum patrem cōferen
tes in vsus pauperū destinabāt.
Hoc aūt moris erat nō solū ipsis sed et omnibus
pene egypti monachis vt messis tēpore locēt ad
metendum opera sua: atq̄ ex ea mercede octoge-
nos vnusquisq̄ modios frumenti: plus minusq̄
conquirit: ꝛ horum partem plurimam pauperū
vsibus afferunt: vnde non solum regionis ipsius
egentes alantur: sed ꝛ alexādriam naues frumē-
to onuste diriguntur: vel in carcere conclusis vel
relictis peregrinis ac egentibus ꝓroganda. Neq̄
enī intra egyptum sufficiunt pauperes q̄ possint
misericordie eorum fructꝰ et largitates absume-
re. Uidimus autem in regionibus mēpheos ꝛ ba
bylonis innumeras multitudines monachoꝝ
apud quos ꝛ diuersos virtutum gratias ac morū
ornamēta perspeximus. Ibi autem tradunt esse
loca illa in quibus Joseph fertur recōdidisse fru-
menta quos ꝛ thesauros Joseph vocant. Alij ve-
ro Pyramides quas dicunt ipsas esse in q̄bus pu
tant frumenta nunc congregata.

¶ De sancto Apollonio monacho ꝛ martyre.



Tradebāt ergo seniores ho
rum fuisse quendam ꝑsecu-
tionis tempore monachū noīe
Apollonium. Qui cum vitā ma
gnificā egisset inter fratres etiā
diaconus ordinatus est. Tēpo-
re ergo persecutionis erat ei stu
diū singulos quoq̄ circuire fra-
tres: ꝛ cohortari eos ad marty-
rium. Cūq̄ fuisset etiā ipse com-
prehensus ꝛ in carcerem trusus
gentiliū plurimi tā q̄ insultaturi veniebāt ad eū:
ꝛ verbis blasphemijs ꝛ impijs ꝯturbabant. Inter
quos fuit q̄dā philemon noīe choraula famosissi
mus ꝛ omni populo amabilis. Qui cum multis eū
fatigaret iniurijs impium ꝛ scelestum ꝛ seducto-
rem vocans multorumq̄ mortaliū deceptorem:
dignumq̄ esse ab omibus odio haberi. Cūq̄ hec
ꝛ multa alia aduersū eum grauiora loqueret: ridi
dit Apollonius dicens. Misereatur tibi deus fili
ꝛ nihil tibi horum que locutꝰ es reputet ad pec-
catum. Hec cū audisset philemon corde compun-
ctus est: vimq̄ verborum eius iub humano more
in sua mente persensit: intantum vt christianum
se repēte fateretur. Et inde statī peruolat ad tri
bunal iudicis atq̄ in cōspectu iudicis totius po-
puli proclamās iniuste (inq̄t) agis o iudex viros
religiosos et deo amabiles puniens nihil enim
christiani vel male faciūt vel docent. At ille hec
audiēs primo quidem putabat vt pote loci illius
hominem ioci aliquid ꝓponere. Sed cū vidisset
hec eū serio ꝓsequentē: ꝛ cū omni constantia assi-

stentē: insanis inquit o Philemon ⁊ mēte captus es subito? At ille. Ego inquit nō insanio: sed tu iniustissimus atq; insanissimus iudex es: qui tot iustos iniuste perimis viros. Ego enī xpianus sum: quod est hominū genus optimū. ¶ Tunc ille coram populo cepit eū primo plurimis blādimētis reuocare velle in id quod eū nouerat: sed vbi immobilem vidit oīa intēdit in eū genera tormentorū. Cognito vero q ex verbis Apollonij hec ei fuerit facta ꝯmutatio: correptū etiā Apolloniū grauioribus subdidit tormētis ⁊ deceptoris in eū criminē exaggerat. Apollonius vero vtinā inquit ⁊ tu iudex ⁊ omnes qui assistunt ⁊ audiūt me: hūc meū quem dicis errorem deceptionemq; sequeremini. At ille vbi hec audiuit ⁊ ipsum ⁊ Philemonē ignibus tradi in cōspectu ppli iubet. Illi vero postq ingressi sunt flāmas beatus Apollonius cūctis audientibus clamat ad dn̄m dicēs. Nō tradas dn̄e bestijs aīas cōfitētiū tibi: sed ostende nobis dn̄e euidenter salutare tuū. Igitur vbi hoc in auditu populi ⁊ iudicis ad dn̄m locutus est Apollonius repente nubes repleta rore circūdedit viros ⁊ flāmas accēsi ignis extinxit: sup quo obstupefacti ⁊ iudex ⁊ populus vna voce oēs clamare ceperunt. Magnus ⁊ vnus est deus christianorū solus immortalis. Sed hec cū fuissent prefecto Alexādrie nūciata: semetipso truculētior reddit: ⁊ electis quibusdaz de officio crudelissimis ⁊ seuissimis nō tā hoībus q bestijs mittit: q ⁊ ipsum iudicē: q mirabilibus diuinis crediderat: ⁊ eos p quos xp̄us dei apparuerat vinctos in Alexādriā deducerēt. Igitur cū adducerent oēs pariter victi: affuit gratia dei in verbo: ⁊ cepit Apollonius eos q se vinctos deducebant fidē dei docere. Quiq; cū dn̄i misericordiam credidissent: ⁊ fidē dei tota cordiu firmitate recepissent semetipsos cū his quos exhibere venerant: vinctos offerūt iudici: ⁊ christianos se esse pariter ꝯfitent. Quos cū prefectus in fide dei ꝑtinaces ⁊ immobiles ꝓuidisset. Uniuersos pariter iubet in ꝓfundū maris demergi: ignorās impius q d ageret. Hoc enī sanctis non mors sed baptisma fuit. Sed horū corpora sine dubio dei ꝓuidētia integra illibataq; maris vnda reportauit ad littus queq; ab his q obsequij causa simul venerant suscepta ac reuocata sub vno sepulcri domicilio collocata sunt: a quibus vsq; ad presens tēpus virtutes multe ⁊ signa mirāda omnibus ꝯsummantur: sed ⁊ vota oīm atq; orationes suscipiunt ab eis ⁊ cum fructu petitionis implent quo etiaz nos dignatus est dominus adducere: ⁊ vota nostra orationesq; complere.

¶ De sancto Dyoscoro.



Uidimus ⁊ alium venerabilem patrem apud Thebaidam Dyoscorū nomine: presbyterū habētem in monasterio suo centum fere monachos: quē tempore eo quo acceditur ad sacramenta summam curam summāq; perspeximus adhibere diligentiā ne quis eoruz qui accedunt in aliquo deferret ꝯsciētie maculam intaniū vt etiā de his eos ꝯmoneret: que accidere p somnia hoībus solent: vel p fantasias mulierū apparētiū: vel etiā p naturalis humoris abundantiā. I... quidē absq; mulierū fantasijs tale aliq... ...niat nō esse peccatū. Ingenitus enim humor in corpore vbi ꝓpria repleuerit receptacula: suis necesse est vt meatibus digerat: ⁊ ideo nō trahit ad peccatū. Ubi vero visus mulierū ⁊ blandimēta carnis occurrūt in hoc iā desijs anime: ⁊ erga huiusmodi cogitatiōes atq; illecebras occupare dari ꝯfirmabat indicia. Debere ergo monachos (aiebat) oī genere a cogitatiōibus suis repellere huiusmodi simulachra indulgere eos oīno l hec blādimēta diaboli sēsus suos: alioquin nihil interesse videbit inter eos ⁊ illos q seculo viuūt. Sz laborādū est monachis vt etiā naturalē humorē p multū longiorē abstinētiā ⁊ frequē tes orationes domēt ac superēt fluxūq; eius labē: orationis ⁊ ieiunij cōmutatione ꝯstringāt. Deniq; (aiebat) ⁊ q delitijs viuunt si forte corporis sui egritudo deposcat: ab oībus q noxia esse iudicauerit medicus abstinebunt: cur non hec multo magis monachus faciat cui anime ⁊ spiritus sanitas expectenda est.

¶ De Nytrie monasterijs.



Uenimus autē ⁊ ad Nytriā famosissimū oībus Egypti monasterijs locuz qui quadraginta fere milibus abest ab Alexādria ex noīe vici adiacētis ī quo nytrū colligit: nytrie vocabulū trahēs ꝓspiciēte hoc credo iam nunc diuina ꝓuidētia: q in illis locis peccata hoīm tanq nytro sordes ablueda essēt ⁊ abolēda. In hoc igitur loco quingēta fere: aut nō multo minus cernūt vicina sibi ⁊ subuna pte posita monasteria: in quibus aliqui plures: alij pauci: nōnulli etiā singulares habitāt: ⁊ mansionibus quidē diuisi: aīo autē ac fide ⁊ charitate valde cōiuncti ⁊ inseparabiles manēt. Huic ergo cū appropinquaremus loco vbi pegrinos fratres aduētare senserūt serui dei: ꝯtinuo velut examē apud singuli quiq; ex suis cellulis ꝓruūt: atq; obuiā nobis leto cursu festina alacritate ꝯtēdūt: portātes secū q plurimi ipsorū vrceos aque ⁊ panes sm q ꝓpheta corripiēs quosdā dicit: qz non existis filij israel in obuiā cū pane ⁊ aqua. Sic deinde susceptos nos adducūt primo cū psalmis ad ecclesiā: lauūt pedes ac singuli quiq; lintheis quibus vtebātur abstergūt quasi vie laborē leuātes: re autē vera vite humane erūnas misticis traditionibus abluētes. Quid ergo nūc de humanitate eorū: quid de officijs: quid de charitate loquar cū oēs gestirent nos ad suū quisq; introducere monasteriū: ⁊ non ea solum que hospitalitati debētur expleri: sed et insuper aut de humanitate qua ipsi pollebāt docere: aut de mansuetudine atq; alijs huiusmodi bonis q apud illos velut ad hoc ipsis de seculo sequestratos: diuersa quidem gratia: vna tamē eademq; doctrina discuntur. Nusq sic vidimus florere charitatem. Nusq sic vidimus opus feruere misericordie: ⁊ studiū hospitalitatis impleri. Scripturarū vero diuinarū meditationes: intellectus atq; sciētie diuine: nusq tāta vidimus exercitia. vt singulos pene eorū oratores credas in diuina esse sapientia.

¶ De loco qui dicitur Cellia.

POst hunc vero alius est locus in deserto interiori: decem fere ab hoc milibus distans: quem locum pro multitudine dispersarum in heremo cellularum: cellia nominauerunt. Ad hunc locum hi qui prius fuerunt imbuti ⁊ secretiorem iam depositis rudimentis ducere volunt vitā secedūt. Heremus eī est vasta ⁊ cellule tāto inter se spatio directe diuidūtur vt neq in cōspectu sibi inuicem, neq in vocis auditu sint posite. Singuli per cellulas cōmanent silentium ingēs ⁊ quies magna inter eos est: die tantum sabbati ⁊ dominica in vnum ad ecclesiā conueniūt: ⁊ ibi semetipsos luce tāꝗ celo redditos vident. Si quis forte in cōuentu illo defuerit: intelligunt statim eum corporis aliqua inequalitate detentum: ⁊ ad visitandum eum non omnes simul: sed diuersitate tēporis omnes adeunt: portantes vnusquisq si quid apud se est: quod ergo possit gratum videri. Aliam vero ob causam nullus audet proximi sui obturbare silentium: nisi si quis forte qui pōt vbo instruere: ⁊ velut athletas in agone positos sermonis consolatione vngere. Multi ipsoꝝ a tribus ⁊ quatuor milib⁹ passuum ad ecclesiā conueniūt: ita longo a semetipsis spatio habitationis eoꝝ cellule dirimuntur: sed charitas in eis tanta est: ⁊ tanto inter semetipsos ⁊ circa oēs fratres ꝯstringunt affectu: vt in ammiratione ⁊ in exemplo sint omnib⁹. Unde ⁊ si quis forte voluerit habitare cum eis: vbi sciet esse perint vnusquisq cellulam suam offert.

De sancto Ammonio abbate.

VIdimus quendam apud eos venerabilem patrem Ammonium nomine: virum in quem dominus omnem plenitudinem spiritualium contulerat gratiarū. Charitatis in eo gratiam si videres: nihil tale vsq vidisse te crederes. Sed ⁊ si humilitatem considerares: longe eū in hoc dono prestantiorem ceteris fatereris. Et rursus si patiētiam: si mansuetudinem: si benignitatem in singulis eum ita precellere iudicares: vt quid cui preferri debeat ignorares. Donum vero sapientie ⁊ scientie tantum ei contulerat dominus vt nullū fere ex omnibus patrib⁹ ita penetrasse aulas totius scientie crederes: nec ita aliquem receptum esse intra cubiculum sapientie dei omnes quicūq eum viderent faterentur. Huic erant duo fratres Eusebius ⁊ Eutimius. Nam dioscorus qui maior natu in eis, fuerat ad episcopatus officiū raptus est. Hi ergo fratres erant ei non solū carne: sed ⁊ vita atq institutione ⁊ tota animi virtute germani. Qui omnes simul eos, qui in illis locis habitabāt fratres tāꝗ si nutrix foueat filios suos: ita vnumquēq instruentes consolabantur ⁊ docētes ad summam perfectionem nitebantur educere. Vidimus ergo supradictum hominē dei Ammoniū habentē monasteriū inter eos muro circūdatū: quod in illis locis ex lateribus crudis fieri facile solet amplū ⁊ omnib⁹ necessarijs instructū: in quo etiā puteū ipse foderat. Uenit autem quidam frater qui saluari apud eos volēs adijt eundē Ammoniū rogans sicubi esset cellula vacans: in qua habitari posset. Tunc ille. ego (inquit) requiram: sed donec inueniā hic esto in hoc monasterio. Ego enim iam nunc egrediar vt requiram. Et relinquens ei oīa pariter cū monasterio ipse procul ab eo loco paruissimam cellulā reperit: atq in ea cōstituit: fratriq qui nuper aduenerat: nec intelligēti ex integro cū oībus que in eo fuerāt recessit monasterio. Sꝫ ⁊ si plures fuissent qui forte venientes ad eos saluari cuperēt: supradictus vir fratribus cōgregatis oībus cum alacritate iuuātibus sub die vna monasteriū cōstruebāt. Et cū singulis quibusq expleuisset numerum monasterioꝝ: inuitabantur hi qui mansuri erant ad ecclesiā: quasi refectionis gratia: quibus nihil occupatis vnusquisq fratrū de cellulis suis preferētes que necessaria erāt singuloꝝ nouas cellulas instruebant: ita vt ex collatione charitatis nihil omnino vel vtensiliū: vel q ad victū requirunt deesset: nec tū manifesta fieret vniuscuiusq oblatio. Regressi ergo ad vesperā hi quibus fuerant cellule preparate inueniebāt posita omnia q ad vsus essent necessaria: ⁊ ita instructa habitacula vt nihil prorsus deesse prospicerent.

De sancto didimo.

VIdimus inter eos quendam ex senioribus virum bonum nomine Didimū: in quo multa erat domini gratia quā in eo etiā vultus ipse indicabat. Hic scorpiones ⁊ cerastas: idest bestias quas cornutas vocant ⁊ angues: que in illis locis ꝓ feruore solis acerrimi habent tanꝗ terre quosdam vermiculos pedibus conculcabat ⁊ ita extinguebat: vt nihil ab eis omnino pateretur.

De sancto Cronio.

VIdimus etiā alium apud eos summe antiquitatis patrem Cronium nomine: in senectute bona et perfecta etate durantem: centum namq et decē agebat etatis annos. Hic ex discipulis adhuc beati Antonij supererat: cui⁹ inter ceteras animi virtutes ⁊ humilitatis grām vidimus immensam.

De sancto Origene.

ERat autem et alius adhuc ex discipulis Antonij Origenes nomine: vir p omnia magnificus: et summe prudentie: cuius sermo et narratio de virtutibus optimi magistri hominis dei edificabat omnes audiētes: ⁊ inflammabat vehementer ita vt oculis cerni que ab eo narrabantur putares.

De sancto Euagrio.

VIdimus ibi ⁊ sapientissimū virū ac p oīa mirabilē Euagriū noīe: cui inter ceteras animi vtutes tāta ꝯcessa est grā discernendoꝝ spirituū ⁊ purgandoꝝ sicut apostolus dicit cogita

tionum vt nullus alius putaretur ex fratribꝰ ad tantum subtilium ⁊ spiritualium rerum scientiã peruenisse. Cui ꝙuis rebus ipsi ⁊ experimentis: ⁊ (quod est super omnia) per gratiam dei magnã collata fuerit intelligentiam: accidit tñ ⁊ hoc vt multo tpe instructus fuerit a beato Machario: quem famosissimũ in dei gratia signisq; ⁊ virtutibus insignem fuisse oĩbus notum est. Hic ergo Euagrius incredibilis erat abstinẽtie: super oĩa tamen monebat fratres si quis forte studium gererent vel humiliandi corporis: vel fantasias ab eo demonum propellendi: ne in bibẽda aqua largiore mensura vterentur: dicebat enim. Quia si aqua multa corpori infundatur maiores fantasias generat ⁊ largiora receptacula demonibus prebet. Sed ⁊ multa alia de abstinentia: summa cum deliberatione edocebat. Ipse autem, non solũ aqua parcissime vtebaẽ: sed ⁊ pane penitus abstinebat. Illi ꝯo q̃ ĩ illis locis morabanẽ fratres: pane solo ⁊ sale cõtenti erãt vt in illa oĩ multitudine: vix inuenires aliquẽ qui oleo saltẽ vtereẽ. Plures aũt ex eis nec iacẽtes somniũ ꝫ sedẽtes: ⁊ (vt ita dicam) in meditatione diuinorum verborum positi capiebant.

¶ Finit vita sancti Euagrij.

¶ De sancto Machario egyptio.



Narrabat autem nobis quidam ex patribꝰ q̃ ibi erant ꝙ ĩ locis illis duo Macharij q̃si duo celi luminaria refulsissent ex q̃bus vnꝰ egyptiꝰ genere: ⁊ discipulꝰ beati Antonij fuit: alius alexãdrinus. Quibus vt vocabula noĩs: ita vt ꝟtutes animi ⁊ celestiũ gratiarũ magnificẽtia concordabat. Vterq; eñ macharius abstinẽtie exercitijs ⁊ virtutibꝰ animi equaliter pollẽs: hoc solo aliꝰ ꝑcellens: ꝙ quasi hereditatẽ gratiarũ ⁊ virtutũ beati Antonij possidebat. Hunc deniq; ferunt: aliqñ cũ homicidiũ in locis vicinis fuisset admissum: ⁊ innocẽti cuidam impingereẽ crimen admissum cõfugisse ad eius cellulam is qui calumniam patiebatur: affuisse etiam eos qui perurgebant allegantes ⁊ dicẽtes periclitari seipsos: nisi cõprehẽsũ legibus traderẽt homicidam. ¶ Is vero cui crimen impingebatur cum sacramentis affirmabat cõscium se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab vtraq; pte certamẽ habereẽ: iterrogabat sanctus Machariꝰ vbi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cũ designasset locũ cũ omnibus qui ad perurgẽdum hominem venerãt pergit ad sepulchrum atq; ibi fixis genibus inuocato christi nomine ait ad eos qui assistebãt. Nunc dñs ostẽdat si vere reus est hic: qui perurgeẽ a vobis. Et eleuata voce ex noĩe clamabat defunctum. Cũq; eo vocatus de sepulchro respõdisset ait ad eũ. Per fidem xp̃i te obtestor: vt dicas si ab hoc hoĩe q̃ calumniã patiẽ occisus es? Tunc ille de sepulchro clara voce rñdit dicẽs. Nõ se ab eo esse iterfectũ. Et cũ obstupefacti oẽs decidissent in terrã ac pedibus eius aduolutereñẽ rogare ceperũt vt interrogaret eũ a quo eẽt occisus. Tũc ille hoc (inq̃t) non interrogabo. Sufficit enim mihi vt innocẽs liberetur: non est autem meũ vt reus prodatur.

¶ Aliud quoq; eius genus miraculi ferebaẽ. Cuiusdã e vicino oppido patrisfamilias virgo filia per fantasias magicas videbaẽ hoĩbus ĩ equinũ animal versa vt putaretur equa esse ⁊ nõ puella. Hãc adduxerunt ad eum. Tunc ille percunctaẽ. Quid sibi vellent. Aiunt parẽtes eius. Equa hec quam vidẽt oculi tui puella virgo ⁊ filia nr̃a fuit ꝫ hoĩes pessimi magicis artibꝰ in aĩal hoc qđ vides eam verterunt. Rogamus ergo vt ores dñm ⁊ cõmutes eam in id qđ fuit. At ille ait. Ego hãc quam ostenditis mihi puellam video nihil in se pecudis habentẽ. Hoc aũt qđ dicitis nõ est in eiꝰ corpore: sed in oculis intuentium. Fantasie enĩ demonũ sunt iste: non veritas rerum. Et cum introduxisset eam cũ parẽtibus suis intra cellulã: fixis genibus orare xp̃m cepit: simulq; ⁊ parentes hortabatur secũ dño supplicare: ⁊ post hec perũgentes eam oleo in nomine dñi: omni fallacia vi sua expulsa virginẽ videri oĩbus vt etiam sibi videbatur efficit. ¶ Alia quoq; iunior puella ad eũ deducta est cuius obscena corpis ita omni ex parte computruerunt: vt consumptis carnibꝰ interiora quoq; ⁊ secreta nature nudareñẽ: ac ꝟmiũ ebulliret inde innumera multitudo: ita vt nec accedere quidẽ quisq; ad eã posset pre fetoris horrore. Hec cum allata a parentibus ⁊ proiecta fuisset ante fores eius miserans virginis cruciatus equo animo ĩquit esto filia: hec tibi ad salutẽ dominus nõ ad interitum dedit vnde prouidẽdum est magis vt sanitas tua nullum tibi periculũ cõferat. Et cum institisset orationibus per septẽ cõtinuos dies: ⁊ oleum benedicẽs in nomine domini perungeret membra eius: ita eam sanã reddidit vt muliebris in ea nature nulla forma: nulla species appareret: sed esset ei inter viros conuersatio absq; feminee suspitionis obstaculo. ¶ Aiebãt ꝑterea ⁊ aliqñ venisse ad eum hereticũ quẽdam hieracytam quod genus hereseos inueniẽ apud egyptum. Hic cum per multam loquẽdi artem plurimos fratrũ qui habitabant in heremo conturbaret ausus esset iam coram ipso fidei sue asserere prauitatẽ. Cui cũ resisteret senior ⁊ contradiceret: ille verba simplicia argumẽtis callidis eludebat. Sed cũ videret sanctus fidẽ fratrũ periclitari q̃d opus est (inquit) nos verbis cõtẽdere ad superuersionẽ audientium. Eamus ad sepulchra fratrũ: qui nos precesserunt in domino: ⁊ cui nostrum ꝯcesserit dominꝰ suscitare mortuum de sepulchro sciant omnes q̃ illiꝰ fides ꝓbatur a deo. Sermo hic omnibus qui aderãt fratribus placuit. Processerũt ad sepulchra hortaẽ Machariꝰ hieracytam: vt euocaret mortuum in nomine domini. At ille. Tu inquit qui proposuisti prior reuoca. Et machariꝰ prosternẽs se in oratione ante dominum vbi sufficiẽter orauit eleuatis sursum oculis suis ait ad deũ. Tu (inquit) domine quis ex duobus nobis rectam fidẽ teneat ostẽde eleuato mortuo hoc. Et cum hec dixisset: fratris cuiusdã nomẽ qui nuper ĩ fuerat sepultus euocauit: cui ille cum de tumulo respondisset: accedentes fratres continuo que superposita erãt auferũt: ⁊ eductum eũ de sepulchro resolutis fasciolis quibꝰ ꝯstrictus erat exhibuerũt viuentẽ. Hieracyta ꝟo vbi hec vidit obstupefactꝰ in fugam

...:quem fratres quoq; omnes insequētes:
extra terminos terre illi⁹ exturbauerūt. Multa
etiam alia ferebant de eo que nimis prolixa sunt
ad scribenduz:sed ex his paucis etiā cetera eius
opera noscuntur.

¶ De virtutibus alterius Macharij
videlicet Alexandrini.



Alius vero sanctus Macha
rius magnificas etiaz ipse
virtutes consūmauit:de qbus ⁊
alij nonnulla scripserūt:que suf-
ficere possunt ad virtutis ei⁹ ma
gnitudinem contuendaz:⁊ ideo
nos ea compendio preterimus.
Ferebant tamen eum amatorez
fuisse heremi super omnes cete-
ros:ita vt etiam vltima ⁊ incessi
bilia deserti perscrutatus sit lo-
ca vsq; quo inueniret (vt ferebatur) locum quen-
dam in vltimis heremi constitutuz:⁊ diuersis ac
pomiferis arboribus consitum:⁊ omnib⁹ bonis
repletum vbi etiam duos fratres inuenisse fereba
tur:quos cum rogaret vt paterētur a se deduci il
luc monachos:vt ibi habitarēt:qm̄ quidā locus
⁊ amenus esset ⁊ abundās in omnib⁹ necessarijs:
Respōderūt. Non posse adhuc illuc plures addu
ci:ne forte venientes per heremū a demonibus
deciperentur. Multos enim dicebant esse demo
nes in deserto ac monstra:quorū molestias ⁊ cal
liditates ferre multitudo insueta nō posset. Re-
gressus tū ad fratres cū indicasset de oportunita-
te loci multoꝝ inflāmati sunt animi vt pgeret il-
luc cū eo. Sȝ vbi patres reliq̄ senserūt a ios iuue-
nū ꝯcitatos:restiterūt eos salubriori ꝯsilio dicen
tes. ¶ Locus ille si vere vt iactat a Jamne:⁊ mā-
bre ꝯstitus est:nō aliud de eo credēdum est nisi q̄
diaboli opere ad deceptionē nostrā pparatus sit.
Si enī vere vt phibēt deliciosus est ⁊ abūdās:qd
sperabim⁹ in futuro seculo:si hic delicijs fruimur.
Et hec atq; alia hmōi dicētes iuuenū feruentes
animos represserūt. Locus autem in quo habita
bat ipse sanctus Macharius Scithiuz appellat.
Est autē in heremo vastissima positus diei ⁊ no-
ctis iter habēs de nytrie monasterijs:⁊ illuc nul
la semita:neq; terrenis aliqbus colligit vel mon
stratur indicijs:sed ⁊ stellarum signis ⁊ cursib⁹ p
gitur. Aqua raro inuenitur ⁊ sicubi inuenta fue-
rit:odoris qdē dirissimi est ⁊ quasi bituminea:sȝ
saporis innoxij. Sunt ergo ibi viri valde perfecti
nec enī patit tam terribilis locus:nisi perfecti ꝓ
positi habitatores:summeq; abstinētie:charitatē
tamē inter se ⁊ erga oēs (si q̄ forte ad eos accesse-
rint) summū studiū gerunt. ¶ Fertur deniq; cuz
sancto Machario vuaz quis aliq̄n detulisset:ille
qui s̄m charitatem nō que sua sunt:sed q̄ alteri⁹
cogitaret ad aliū fratrē detulit eā (qui quasi infir
mior videbat) iubet. Tunc ille gratias egit deo
ꝓ fratris officio:sȝ ⁊ ipse nihilominus plus de ꝓ
ximo q̄ de semetipso cogitās ad aliū pertulit:et
ille iterū ad aliū. Et sic eū p oēs cellulas q̄ lōge a
semetipsis per heremū disperse erāt vua circula-
ta esset:ignorātib⁹ eis quis eā primo misisset ad
vltimū ipsi deferꝰ:qui eā miserat. Gratulatus est
ergo sanctus Macharius q̄ tantā videret in fra-
tribus cōtinētiam:tantāq; charitatē ad actiora
semetipsum spiritalis vite extendit exercitia. Ad
fidē nāq; cōfirmādā nobis affirmatū de eo est ab
his qui ex ore eius audierāt:q̄ quodā tēpore no-
ctis demon ad ostiū cellule eius pulsauit dicēs.
Surge abbas Machari:⁊ eamus ad collectā:vbi
fratres ad vigilias congregant. Sed ille q̄ gratia
dei repletus falli nō poterat itellexit diaboli eē
fallaciā:⁊ ait. O mēdax ⁊ veritatis inimice. Quid
enī tibi cōsortij:qd societatis est cū collecta ⁊ con
gregatione sanctoꝝ? At ille. Latet ergo te inquit
o Machari q̄ sine nobis nulla collecta agit nulla
q; cōgregatio monachoꝝ. Veni deniq;:⁊ videbis
opera nostra. Tunc ille. Imperet inquit tibi dn̄s
demon immunde. Et conuersus ad orationē:pe-
tijt a domino:vt sibi ostenderet si hoc verū eēt:qd
gloriatus est demon. Abijt ergo ad collectā:vbi a
fratribus vigilie celebrabant:⁊ iterū in oratione
dominum deprecatur:vt sibi veritatē verbi hui⁹
ostendat. Et ecce vidit p totā ecclesiā quasi paruu
los quosdam pueros ethyopes tetros discurrere
huc atq; illuc:⁊ velut volitādo deferri. Mos autē
est mihi sedentibus cūctis:ab vno dici psalmū ce
teris vel audiētibus vel respondētibus. Discurrē
tes ergo illi ethyopes pueri:singulis qbusq; sedē
tibus alludebāt:⁊ sic vbi duob⁹ digitulis oculos
cōpressissent statī dormitabat. Si cui vo in os
immersissent digitū:oscitare eū faciebāt. Vbi vo
post psalmū ad orādum ꝓcessissent fratres pcur-
rebāt nihilominus singulos:⁊ ante aliū iacētem
in oratione quasi mulieꝝ specie ferebant an̄ aliū
quasi edificātes:aut portātes aliquid:aut diuer-
sa queq; agētes apparebāt. Et quecūq; demones
quasi ludēdo formassent hec orātes illis i corde
sui cogitatione versabāt. A nōnullis tū vbi aliqd
hoꝝ agere cepissent:quasi vi quadā repulsi pcipi
tes deijciebant:ita vt nec stare quidē prorsus:aut
trāsire iuxta eos auderēt alijs vero etiā infirmis
fratrib⁹ supra ceruices ⁊ dorsa ludebāt qr̄ nō erāt
i sua oratiōe intēti. Hec cū vidisset sctūs Macha
rius igemuit grauiter:⁊ lachrymas pfundēs ad
dn̄m:respice (ait) dn̄e ⁊ ne sileas:neq; mitigeris
de⁹. Exurge vt dissipant inimici tui:⁊ vt fugiāt a
facie tua qm̄ aīa nostra repletur illusionib⁹. Post
orōnē tū examinādē veritatis grā seorsum euoca
tis singulis qbusq; fratrib⁹:ante quoꝝ faciē vide-
rat demones diuerso habitu:⁊ varijs imaginib⁹
ludētes:requirit ab eis si in orōne vl' edificādi co
gitatiōes habuerint:vel iter agēdi:vel alia diuer-
sa:q̄ vnicuiq; imaginata p demones viderat ⁊ sin
guli eoꝝ ita ꝯfitebant in corde suo fuisse vt ille ar
guebat:⁊ tunc intellectū est:q̄ oēs vane ⁊ supflue
cogitatiōes quas vel psalmoꝝ vel orōnū tpe vnus
quisq; cōceperit ex illusiōe demonū fiunt:ab his
autē q̄ omni custodia seruāt cor suū tetri repellū-
tur ethyopes. Deo enī coniuncta mens vt in tpe
precipue tempore orationis intēta:nihil alienū
nihil superfluuz recipit. Aliud quoq; multo terri
bilius addebat qd vidisset eo tempore quo fra-
tres accedebāt ad sacramēta. Vbi porrexissent ad
suscipiendū palmas in nōnulloꝝ manib⁹ preue-
niētes ethyopes carbones deponere:corpus autē
qd tradi manib⁹ sacerdotis redire videbatur ad
altare:alijs vero quos melioꝝ merita iuuabāt:ex
tendentibus manus ad altare longe recedere de
mones ⁊ cū ingenti metu effugere:angelū enī dn̄i

assistere videbat altari q̄ cū sacerdotis manu/suā quoq̄ manū in sacramentorū distributione exponeret. Et ex hoc etiā ꝑmansit ei a deo gratia ista: vt in vigilijs fratrū psalmorū ⁊ orationis tēpore: si quis aliud aliquid scd̄m illusionem demonum in corde cogitasset: agnosceret: ⁊ accidētiū ad altare vel indignitates: vel merita eum nō laterēt. Quodam autē tempore ambo Macharij hoīes dei cū fratris cuiusdā vidēdi gratia iter agerēt ascenderunt nauigiū quo fluuiꝰ trāsiri solet. In quo nauigio erāt simul q̄dam tribuni diuites hoīes ꝓponētes equos plurimos ac pueros: ⁊ multa secū ministeria habētes. Horū vnus cum videret in vltima nauigij parte vilibus indumētis atq̄ ad oīa expeditos iacere mōachos ait ad eos. Beati estis vos q̄ huic seculo illuditis nec q̄cq̄ ex eo inq̄ritis nisi indumētū vilissimū parcissimū victū. Tūc vnus de Macharijs respōdit ad eū. Uere quidem vt dicis q̄ deū sequimꝰ: illudimꝰ mūdo: sz miseremur vestri: q̄ vobis ecōtrario mūdꝰ illudit. Tūc ille cōpūctus sup hunc sermonē: statim vt ꝑuenit ad domū suā: derelictis oībus vel distractis q̄ habebat: et pauperibus datis ipse deū sequi cepit ⁊ ad monachorū exercitia ꝑperauit. Sz ⁊ multa (vt diximꝰ) alia de operibus sctī Macharij Alexādrini mirabilia ferunt: ex q̄bus nōnulla in .xj. libro ecclesiastice hystorie inserta: qui requiret inueniet.

¶ De sctō Ammone primo nytrie monacho.



Nitrium sane habitationis monasteriorū que sunt in nytria sumptum tradebant ab Ammone quodam cuius animam (cum exisset de corpore) vidit ferri ad celū sctūs Antonius sicut refert scriptura illa que vitā describit beati Antonij. Hic igit̄ Ammō locupletibꝰ ⁊ ꝑnobilis parētibꝰ natus est a q̄bꝰ inuitus ad nuptias cogebat̄. Et cū vim parētū nō posset effugere/accepta ꝟgine cū intra nuptiales talamos cōuenissent: ⁊ data eis essent cubiculi secreta silētia: alloq̄ puellā de pudicitia ⁊ cōseruāda virginitate cepit ⁊ hortari dicēs. Quia corruptio sine dubio inueniet corruptionē: incorruptio ꝟo incorruptionē sperat. Multo meliꝰ est si vterq̄ nostrū in ꝟginitate ꝑduret q̄ vt alter corrūpat̄ ex altero. Acquiescit virgo silētio tegit̄ incorruptionis thesaurus. Cūq̄ plurimo tēpore soliꝰ dei cōtēti testimonio deo magis essent q̄ carni ⁊ sanguini cōiūcti: post obitū parētū: ille q̄dē ad hūc vicini deserti secedit locū: virgo vero intra domum residens in breui ⁊ ipsa multitudinē virginum ⁊ ille multitudinem monachorū congregabat. Cūq̄ secretius resideret in heremo adolescens quidā qui morsu canis rabidi in rabiē versus est: multis vinctus cathenis ad eum deducit̄ prosequentibus eū parentibus suis: ⁊ rogantibꝰ pro eo. At ille quid (inq̄t) mihi molesti estis o homines? Supra merita mea est qd̄ expetitis: sz tamē hoc vobis indicare possū: q̄ in manibꝰ vestris est eiꝰ sanitas. Reddite vidue bouē suū quē furati estis: et sanus reddetur vobis filius vester. At illi extimuerūt quidē valde: q̄ ea que ī secreto gesta sunt nō latuerūt hominē dei. Gauisi sūt tamē q̄ hāc eis viā salutis ostendit: ⁊ sine mora vt reddiderūt direptā: orāte hoīe dei etiā iuueni sanitas rediit. Alio quoq̄ tempore cū venissent ad eū quidā probare volens animos ipsorū dicit doliū sibi eē necessariū: vbi aquā pro aduenientibus cōgregaret. Et cū polliciti fuissent allaturos se vnꝰ ex ipsis graue sibi duxit: dicēs ꝑiclitare posse camelū suū si ei tā graue onus imponeret. Et ait ad alterū. Tu si vis aut potes defer: ego camelo meo parcā ne moriat̄. Tūc alter ait. Mihi inquit vt ipsi nosti camelus non est: sed asinus. Nunq̄d qd̄ camelꝰ portare nō pōt: valet asinus portare? At ille facito inquit qd̄ vis tu videbis. Ego enim non interimā camelū meū. Tunc ille ego inquit impono asino meo pōdus: qd̄ tu camelo tuo onerosū dicis: ⁊ merito homini dei satisfaciā qd̄ impossibile est esse possibile. Et ita impositū doliū asino suo ꝑuenit vsq̄ ad monasteriū hominis dei: ⁊ ita vt nec sentiret asinꝰ se aliq̄d oneris portare. Quē vt vidit Ammon: bene fecisti inq̄t in asino deferēs dolium: college enī tui camelus mortuꝰ est. Et regressus inuenit ita gestum vt predixerat famulus dei. Sed ⁊ multa alia ꝑ eū signa dominꝰ ostendit. Nam ⁊ fluuiū nylū cū transire vellet: et exuere se erubesceret ꝟtute dei subito ī alterā ripam translatus dicitur. Beatus autē Antonius in summa ammiratione vite huius iustitiā: atq̄ animi eius virtutes habuisse memoratur.

¶ De sancto pyamone.



Non autem mihi videtur dignum etiam eius heremi habitatores q̄ parthenio mari adiacet ⁊ vicina ē oppido quod dyolcho dicitur silentio preterire. In quo vidimus quēdam presbyterum admirabilē nomine Pyamonē totius hūilitatis ⁊ benignitatis virū habētē etiā reuelationū grām. Deniq̄ cū quodā tp̄e dn̄o sacrificia offerret: vidit āgelū dei stātē iuxta altare: ⁊ vniuscuiusq̄ monachorū accedētiū ad altare: scribētē nomina ī libro quē tenebat in manibꝰ quorūdā tamē nomina nō scribentē. Cumq̄ diligēter obseruasset senior: q̄ essent quorū nomina nō scripsisset postea q̄ sunt cōpleta mysteria: ⁊ vnūquēq̄ eorū seorsū vocans perscrutat̄: q̄d eis in occulto peccati fuisset admissū: ⁊ inuenit ex confessione eorum vnūquēq̄ mortalis peccati obnoxiū. Tūc hortatus est eos agere penitentiā: ⁊ semetipsum cū eis ante dominū prosternens die ac nocte tanq̄ ipse in eorū pctīs esset obnoxius flebat: ⁊ tandiu permāsit cum eis in luctu ⁊ lachrymis ⁊ penitentia: donec iterū videret eundem angelum stantem ⁊ scribentem accedētium nomina. Et postea q̄ omnium scripsit: tunc etiā illos ex nominibꝰ euocantē atq̄ ad recōciliationē altaris inuitantē. Et vbi hec senior vidit: intellexit eorum susceptam esse penitentiā: ⁊ sic eos altari tota cū gratulatione restituit. Hunc etiā quodā tempore ferebant a demonibꝰ ita verberatum: vt stare aut moueri omnino de loco nō posset. Et cum dies adesset dominica: ⁊ res posceret offerri sacrificium iussit se fratrū manibus ad altare portari. Ubi cum in oratiōe iacuisset astantem continuo vidit angelum domini qui stare solebat altari: ⁊ porrigentē sibi manum atq̄ eleuātem se de terra: ⁊ statim dolor omnis ita ab eo discessit: vt solito sanior redderetur.

De sancto Joanne.



ERat in ipis locis vir sctūs ac toti⁹ grē dono repletus Joānes noīe in q̄ tāta erat cōsolatiōis grā: vt quacūq3 mesticia: q̄cūq3 tedio oppressa fuisset aīa paucis eius sermonib⁹ alacritate ⁊ leticia repleret᷑. Sed ⁊ sanitatū grā plurima ei a deo donata est. In aliis quoq3 q̄ plurimis locis egyptii: sparsim vidimus sctōs dei virtutes multas ⁊ mirabilia faciētes ⁊ grā dei plenos: s3 paucos ex multis memorauim⁹. De oīb⁹ em̄ explicare supra vires nr̄as est. Nā de his q̄ ī superiore thebaida .i. circa siem syenē habitare dicūt᷑: auditu solo cōperimus: q̄ his pene oībus quos vidimus: celsiores ⁊ magnificētiores habebantur. Accedere ad ipsos ꝑ itineris periculo nequiuimus: q2 quāuis oīa illarum partiū loca latronibus incursentur: illa tn̄ que vltra ciuitatē syco sunt etia3 barbaros patiūtur. Et ideo null⁹ nobis ad eos accessus fuit: q2 reuera nec eos quos superius memorauimus: absq3 periculo vidimus.

De periculis itineris ad heremos.



SEpties nāq3 in hoc itinere periclitati sum⁹ in octauo autē sicut scriptū est: non obtinuit nos malū: deo nos in oīb⁹ ꝓtegēte. Deniq3 semel ꝑ q̄nq3 dies ac noctes incedētes ꝑ heremū: siti ac lassitudine periclitati sum⁹. Alio q3 tēpore incurrim⁹ loca ī q̄b⁹ est cōuallis q̄dā humorē ex semetipsa gignens salsum: quē cōtinuo calor solis velut hyemalē pruinā ingelat: ita in salē stringit: ⁊ tāq̄ sudes acutas ex ipso sale efficit: atq3 ita oīa illa exasperāt loca: vt nō solū nudos pedes vt habebam⁹ nos: s3 ⁊ calciamētis munitos terebret ac secet. In his ergo inuēte magno cū ꝑiculo vix euasim⁹. Tertio cū nihilomin⁹ ꝑ heremu3 ꝑgerem⁹: incurrim⁹ vallem quādā humorē ex semetipsa similr̄ gignētē s3 infra semetipsam eū seruantē cuius solū lapsū ⁊ ferū dū scenosū reꝑierā trāsire cupientes vsq3 ad latera descēdim⁹. Cūq3 pene ibidē in eadē mergeremur exclamātes ad dn̄m vocē psalmi ꝓtulimus dicentes: Saluum me fac deus qm̄ intrauerunt aque vsq3 ad aīam meam. Infixus su3 in limo ꝓfundi: ⁊ non est substantia. Quartum pertulimus in aquis quibusdam que ex inundatione fluminis nyli remāserāt: in q̄bus triduo cōtinuo afflicti vix euadere potuimus. Quintum periculū fuit nobis a latronibus cum secus mare iter perageremus: qui per decem milia passuum insequentes nos ⁊ quos perimere ferro non potuerant pene exanimes reddiderūt ꝑ fugā. Sextū discrimē nobis in ipso flumine nylo fuit: in quo nauigantes pene submersi sumus. Septimū in stagno qd̄ mareothe vocabulo appellatur vento seuiēte in insulam quādam eiecti sumus hyeme grauissima sup nos ⁊ tempestate fluente. Erat em̄ temp⁹ quo epyphaniorum dies celebrant᷑. Octauum aūt fuit: q̄ cū ad nytrie monasteria venirem⁹: locū quendam incidimus in quo restuātes nyli aqua residēs velut stagnū quoddā effecerat ī quo multe bestie: p̄cipue cocodrilli plurimi erāt. Qui cum ad tēpēriē solis extissent: resoluti circa ora stagni iacebāt: ita vt ignorantib⁹ nobis mortui viderētur. Et cum accederemus ad videndū mirandūq3 magnitudinem bestiaꝝ: quas exanimes putabamus: continuo vt sonum pedum senserunt excitate: irruere ⁊ insectari nos vehementer ceperunt. Nos aūt magno cū clamore ⁊ metu nomē christi inuocauimus: cuius misericordia affuit: ⁊ bestie q̄ cōtra nos insurrexerunt: quasi ab angelo repellerete: in stagnū ꝓtinus proiecte sunt. Nos autem cursu cōcito ad monasteria festinauimus gratias agētes deo nostro qui nos de tātis periculis liberauit: ⁊ tāta nobis ostēdit mirabilia. Ipsi gloria ⁊ honor ⁊ ptās ⁊ imperiū: in secula seculorū. Amē.

Finit vita ⁊ cōuersatio sanctoꝝ patrū egyptiorū: ⁊ q̄ in scithia ⁊ thebaida morabant᷑: quemadmodū bt̄us Hieronym⁹ mlto labore cōperit ⁊ relata a fide dignis audiuit. Et diligēter cōscripsit.

Incipiūt gesta sanctoꝝ patrum egyptiorū scithie ⁊ thebaide: q̄ btūs Hieronymus autētice cōscripta reperit: ⁊ greco fideliter in latinū trāstulit: imo etiā ab aliis translata in vnum collegit.

Prologus beati Hieronymi presbyteri in vitam sancti Pauli primi heremite.



INter multos sepe dubitatū est: a q̄ potissimū monachoꝝ herem⁹ habitari cepta sit. Quidā em̄ alti⁹ repetentes a beato Helya ⁊ Joanne principalia sumpsisse dixerūt q̄rū ⁊ Helias plures nobis videt᷑ fuisse q̄ monachus ⁊ Joannes añ ꝓphetare cepisse q̄ natus esset. Alii autem in quam etia3 opinionē vulgus omne consentit: asserunt Antonium huius propositi caput: qd̄ ex parte verum est. Nō em̄ tā ip̄e ante oēs fuit q̄ ab eo oīm inītata sunt studia. Amathas vero ⁊ macharius discipuli Antonii: e quibus superior corpus magistri sepeliuit: etiam nūc affirmāt Paulū quendā thebeū principē rei istius fuisse: sed non nois quam opinionē nos quoq3 ꝓbamus. Nōnulli ⁊ hec ⁊ alia ꝓut volūtas tulit: iactitāt sub terraneo specu crinitū calcaneo tenus hoīem ⁊ multa alia ꝓsequi ociosum est incredibilia fingentes: quorū q2 impudēs mendaciū fuit repetienda q̄dem eorū īsa videt᷑. Igit᷑ q2 de Antonio tā greco q̄ romano stylo diligēter memorie traditū est: pauca de Pauli primi heremite p̄ncipio: ⁊ fine scribere disposui magis q2 res omissa erat: q̄ fret⁹ ingenio. Quō aūt in media etatē vixerit: aut quas sathane pertulerit insidias nulli hoīm compertum habetur.

Incipit vita sancti Pauli primi heremite.



SVb decio ⁊ valeriano persecutoribus: quo tēpore Cornelius Rome Cyprian⁹ carthagine felici cruore dānati sūt multas apud egyptū ⁊ thebaidā ecclesias tempestas seua populata est. Voti tunc christianis erat ꝓ chr̄i nomine gladio percuti. Verū hostis callidus tarda ad mortem supplicia cōquirens animas q̄rebat iugulare nō corpora. Et vt

ipse qui ab eo passus est. Cyprianꝰ ait volētibus mori nō pmittebat occidi. Cuiꝰ vt crudelitas notior fiat duo memorie causa exempla subijcimus. Perseuerātem in fide martyrē: ⁊ inter eculeū flāmasq; victorem iussit melle perungi ⁊ sub ardentissimo sole ligatis post tergum manibus reponi: scʒ vt muscarū aculeis cederet: q̄ ignitas sartaginꝭ ante superasset. Alium iuuenili etate florentem in amenissimos hortulos pcepit adduci ibiq; inter candentia lilia ⁊ rubentes rosas cum leni murmure iuxta serperet riuulus: ⁊ molli sibilo arborꝫ folia ventus stringeret: sup stratū plumis lectulum resupinari iussit: ⁊ ne se inde posset excutere blandis sertorꝫ nexibus irretitum relinq̄. Quo cum recedentibus cunctis meretrix speciosa venisset: cepit delicatis stringere colla complexibus ⁊ quod dicto quoq; scelus est manibꝰ attractare virilia vt corpore in libidinē cōcitato se victrix impudica superiaceret. Quid ageret miles christi aut quo se cōferret nesciebat quē tormēta nō vincerāt ne superaret abhominata voluptas. Tandē celitꝰ inspiratꝰ: pcisam morditꝰ linguā in osculātis se faciē expuit: ac sic libidinis sensuʒ succidens doloris magnitudo preripuit. ¶ Per idem ergo tp̄s quo talia gerebant̄ apud inferiorē thebaidam cum sorore iā viro tradita post mortem amborum parētum in hereditate locupleti. Paulus relictus est annorū circiter sedecim: literis taʒ grecis q̄ʒ egyptiacis apprime eruditus: mansueti animi deū valde amās. Sed dum persecutionis detonaret pcella: in villā remotioreʒ ⁊ secretiorē recessit. Ueꝝ q̄d pectora humana nō cogis auri sacra fames? Sororis maritꝰ cepit pdere velle quem celare debuerat. Nō illū vt assolet vxoris lachrymę: nō cōmunio sanguinis: non spectans cuncta ex alto deus a scelere suo reuocat. Aderat: instabat: crudelitate quasi pietate vtebatur. Qḋ vbi prudētissimus adolescēs intellexit: ad montium secreta cōfugiens: dum psecutiōis finemꝰ pstolaretur: necessitatem in voluntatē vertit: ac si paulatim pgrediens: rursumq; itidē subsistens: atq; idem sepius faciens reperit saxosum montē: ad cuius radices haud grandis spelunca lapide claudebat̄. Quo remoto vt est cupiditas hoīm auidius occulta cognoscere animaduertit intus nō grande vestibulū. Qḋ apto desup celo: patulis diffusa ramis: vetus palma pterxerat: fontem lucidissimum ostēdens: tantūmodo foras eadem continuo que genuerat terra sorbebat. Erāt preterea per extensum montem non pauca habitacula: ⁊ in quibus scabre iā incudes ⁊ mallei (q̄bus pecunia furtiua signabatur) videbant̄. Hūc locum egyptiorum litere ferunt furtiuam monete officinam fuisse: ea tempestate qua cleopatre iunctus Antonius est. Igitur adamato ⁊ quasi a deo sibi oblato habitaculo: oēm ibidem in orationibus ⁊ solitudine duxit etatem: cibū ⁊ vestimentum palma prebebat. Quod ne cuiq̄ʒ impossibile videatur. Iesum testator ⁊ sanctos angelos eiꝰ in ea parte heremi: que iuxta syriā in sarracenis iungitur: ⁊ vidisse me monachos ⁊ videre e q̄bus vnus triginta iam pannos clausus: ordeaceū panē mādNucabat: ⁊ luculentā aquaʒ bibebat. Alter in cysterna veteri quā gētili sermone syri gubba: alū gypti vocant: quinq; caricis p singulos dies sustentabatur. Hec incredibilia vidētur his qui non crediderint oīa possibilia esse credentibus. Sed vt ad id redeam vnde digressus sum: cū iam centesimo tertiodecimo etatis sue anno beatus Paulus celestē vitā in terris ageret: ⁊ nonagenariꝰ in alia solitudine moraretur. Antoniꝰ vt ipse asserere solebat hec in mētē eius cogitatio incidit nullū vltra se meliorē monachoꝝ in heremo cōcidisse. At illi p noctem q̄escēti reuelatum est esse aliū interius multo se meliorē ad quē vidēdū deberet pperare. Ilico erūpēte luce venerabilis senex infirmos artus baculo regēte sustētās cepit ire velle q̄ nesciebat. Et iā media dies coquēte desuper sole feruebat nec tñ a cepto itinere deducebatur dicens. Credo in deū meū: q̄ seruū suū quē mihi pmisit ostēdet nec plura his interea ꝯspicat̄ hoīem equo mixtū: cui opinio poetaꝝ cētauri vocabulū indidit. Quo viso salutaris impssiōe signi armat frōtē. Et ex tiro (inq̄t) qua nā in parte dei seruꝰ hic habitat. At ille barbarū nescio quid infrendēs ⁊ frangēs potius verba quā ploquens: inter horrentia ora satis blādū q̄siuit alloquiuʒ ⁊ cum dextre manus ptentione cupitum indicat iter: ac si p patentes campos volitando trāsmittens se in fugam: ex oculis mirātis euanuit. Ueꝝ hoc vtrum diabolus ad terrendū eū simulauerit an vt solet heremus monstruosoꝝ ferax aīalium: istam quoq; gignat bestiam incertum habemus. ¶ Stupēs itaq; Antonius ⁊ de eo quod viderat secum voluēs: vlterius progrediebatur. Nec mora inter saxosum cōuallem aut grādem homūculum videt: aduncis naribus frōte cornibus asperata: cuius extrema pars corporis: in caprarū pedes desinebat. Ad hoc spectaculum Antoniꝰ scutum fidei ⁊ loricam spei bonus preliator arripuit nihilominus memoratum animal palmarū fructus eidem ad viaticum quasi pacis obsides offerebat. Quo cognito: gradum pressit Antonius ⁊ quisnam esset interrogans hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego suʒ ⁊ vnus ex accolis heremi: quos vario delusa errore gētilitas faunos et satyros ⁊ incubos colit: legatione fungor gregis mei. Precamur vt p nobis communem dominū deprecceris: quem p salute mūdi olim venisse cognouimus: nā in vniuersam terram exiuit sonus eius. Talia eo loquēte: longeuus viator vbertim lachrymis faciem rigabat: quas magnitudo leticie indices cordis effuderat. Gaudebat q̄ppe de xp̄i gloria: ⁊ de interitu sathane: simulq; ammirās q̄ eius posset intelligere sermonē: ⁊ baculo humuʒ pcutiens: aiebat. Ueh tibi alexādria: que pro deo portenta venerraris: veh tibi ciuitas meretrix in quā totiꝰ orbis demonia ꝯfluxere. Quid nūc dictura es? Bestie xp̄m loquūtur: ⁊ tu p deo portēta veneraris. Nec dum vba compleuerat: ⁊ quasi pānigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cui ad incredulitateʒ scrupulum moueat: sub rege Cōstantio vniuerso mūdo teste defenditur. Nam ad alexandriam istiusmodi homo viuus pductus magnū populo spectaculū prebuit: et post ea ne cadauer examine calore estatis dissiparetur sale infusum ad Antiochiam: vt ab imperatore videret̄ allatum est. ¶ Sed vt ppositum psequar Antonius cepta regione pergebat ferarum tantum vestigia intuēs ⁊ heremi latam vastitatem

quid ageret quo verteret gradu nesciebat. Iam altera illuxerat dies restabat vnum: vt deseri se a christo nõ posse confideret. Perseuerãs secũdas in orationibus exigit tenebras: et sub dubia adhuc luce: nõ longe intuetur lupã sitis ardoribus anhelantem: ad radices mõtis irrepere. Quem secutus est oculis: et iuxta speluncam: cum fera abijsset: accedens cepit introspicere: nihil curiositate proficiente: tenebris aufferentibus visum. Verũ (vt scriptura ait) perfecta dilectio foras mittit timorẽ: suspẽso gradu et anhelitu temperato: callidus explorator ingressus est: ac paulatim progrediẽs sepiusque listens sonum aure captabat. Tandem per cece noctis horrorem procul lumẽ intuitus: dum auidius properat offenso pede lapidem in strepitum concitat. Post cuius sonitũ beatus Paulus ostiũ quod patebat claudẽs sera obfirmauit. Tunc vero Antonius pre foribus corruens: vsque ad sextam amplius horam aditum precabatur dicens. Qui sim: vnde et cur venerim nosti. Scio me nõ mereri cõspectum tuum: tamen nisi videro: nõ recedam. Qui bestias suscipis: hominẽ cur repellis. Quesiui et inueni. Pulso vt aperiatur mihi. Quod si nõ impetro: hic moriar ante postes tuos: certe sepelies vel cadauer meũ. Talia perstabat memorans fixusque manebat. Ad quẽ: responsum Paulus ita reddidit heros. Nemo sic petit vt minetur. Nemo cum lachrymis calũniam facit et miraris si nõ recipiã te: cum moriturus aduenerις. Sic arridẽs patefecit ingressum. Quo aperto: dum in mutuos miscerentur amplexus: proprijs se salutare ceperũt nominibus: gratie domino in commune ab eis referuntur. Et post sanctum osculum: residẽs Paulus cum Antonio: ita exorsus est. Et quẽ tanto labore quesisti putribus senectute membris operit inculta canicies. En vides hominem in puluerẽ mox futurũ. Verũ quia charitas omnia sustinet: narra mihi queso quomodo se hominũ genus habeat. An in antiquis vrbibus noua tecta consurgãt quo mũdus regatur imperio. An supersint aliqui qui demonũ errore decipiãtur. Inter has sermocinationes suspiciunt alitẽ coruum in ramo arboris consedisse. Qui inde leuiter subuolẽs integrũ panẽ ante mirantiũ ora deposuit. Post cuius abscessum eya inquit Paulus: dominus nobis prandiũ misit. Vere pius: vere misericors. Sexaginta iam ãni sunt quod dimidiũ semper panis fragmenta accepi: verum ad aduentum tuum militibus suis christus duplicauit annonam. Igitur in deũ gratiarum actione celebrata: super vitrei fontis marginem vterque consedit. Hic vero quis frãgeret panem orta contentio pene diem duxit in vesperũ. Paulus more cogebat hospitij. Antonius iure refellebat etatis. Tandem consiliũ fuit vt apprehẽso e regione pane: dum ad se quisque nititur: pars sua remansit in manibus. Dehinc paululũ aque proni in fonte ore lamberũt et immolantes deo sacrificium laudis: noctẽ transegere vigilijs. Cumque iam esset terris redditus dies: beatus Paulus ad Antonium sic locutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam: olim cõseruũ meũ mihi promiserat dominus. Sed quia iam dormitionis tẽpus aduenit: et quod semper cupierã dissolui et esse cũ christo peracto cursu superest mihi corona iustitie: tu missus a dño es: qui humo corpusculum tegas imo terram terre reddas. His Antonius auditis flens et gemens ne se desereret: atque vt comitem talis itineris acciperet: precabatur. Et ille. Nõ debes inquit querere que tua sunt: sed que aliena. Expedit quidẽ tibi sarcina carnis abiecta agnum sequi: sed et ceteris expedit fratribus vt tuo adhuc instituantur exẽplo. Quãobrẽ perge queso (nisi molestum est) et palliũ quod tibi Athanasius episcopus dedit: ad obuoluendũ corpusculũ meũ defer huc. Hoc autẽ beatus Paulus rogauit, nõ quod magnopere curaret: verum tectum putresceret cadauer an nudum quippe qui tanti tẽporis spacio cõtectis palmarum folijs vestiebatur: sed vt a se recedenti meror sue mortis alleuiaretur. Stupefactus Antonius quod de Athanasio et de pallio eius audierat quasi christum in Paulo vidẽs: et in pectore eius deũ venerans vltra respõdere nihil ausus est: sed cũ silẽtio lachrymãs: exosculatis eius oculis manibusque ad monasteriũ quod postea a sarracenis occupatũ est regrediebatur. Neque vero gressus sequebãtur animũ: sed cũ corpus inane ieiunijs seniles etiã anni frangerẽt ãio vincebat etatẽ. Tãdẽ defatigatus et anhelãs ad habitaculũ suũ: cõfecto itinere peruenit. Cui cũ duo discipuli: qui ei iã longeuo ministrare ceperãt: occurrissent dicẽtes. Vbi tãdiu morat9 es pater: respõdit. Ve mihi peccatori: qui falsum monachi nomẽ fero. Vidi helyam et Ioãnẽ in deserto: et vere in paradiso Paulũ vidi. Ac si ore compresso: et manu verberãs pectus a cellula pallium protulit. Rogantibusque discipulis vt plenius quid nam esset rei exponeret ait. Tẽpus loquẽdi et tẽpus tacẽdi. Tũc egressus foras: et nec modicũ quidẽ cibi sumẽs per viã qua venerat: regrediebatur. Illum sitiens: illũ videre desiderãs: illũ oculis ac mente cõplectẽs: timebat enim quod euenit ne se absente debitum christo spiritũ redderet. Cumque iã dies illuxisset alia et trium horarũ spacio iter remaneret: vidit inter angelorum cateruas: et inter prophetarũ et apostolorũ choros: niueo Paulũ cãdore fulgentẽ in sublime cõscendere. Et statim in faciẽ procidẽs sabulum capiti suo superiaciebat: plorans atque eiulãs. Cur me inquit paule dimittis. Cur abis insalutatus. Tã tarde notus quã cito recedis. Referebat postea beatus Antonius tanta se velocitate quod reliquum erat vie cucurrisse: instar auis peruolaret. Nec immerito. Nam introgressus speluncã vidit genibus complicatis erecta ceruice: extensisque manibus in altum corpus exanimũ: ac primum et ipse viuere eum credens pariter et orabat: Postquam vero nulla vt solebat suspiria: precantis audiuit in flebile osculum ruens intellexit quod etiã cadauer sancti viri deum (cui omnia viuunt) officio gestus precaretur. ¶ Igitur obuoluto et prolato foras corpore psalmis quoque ex christiana traditiõe cantatis cõtristabatur Antonius: quod sarculum: quo terram foderet nõ habebat. Fluctuans vario mẽtis estu: et secũ multa replicãs: si ad monasteriũ reuertar quatriduani iter est: si hic maneã: nihil vltra proficiã. Moriar quod vt dignũ est et iuxta bellatorẽ tuũ christe ruẽs extremũ alitũ fundã. Talia eo aio voluẽte: ecce leones duo ex interioris heremi parte concurrẽtes volãtibus per colla iubis ferebãtur. Quibus aspectis primo exhorruit: rursusque ad deũ mẽtẽ referẽs: quasi columbas videret: mansit intrepidus. Et illi quidẽ directo cursu ad cadauer beati senis substiterunt adulãn-

tibusque caudis circa eius pedes accubuere fremitusque ingenti rugientes: prorsus vt intelligeret eos plangere quomodo poterant. Deinde haud procul ceperunt humum pedibus scabere arenamque certatim egerentes: vnius hominis capacem locum effodere; et statim quasi mercedem pro opere postulaturi cum motu aurium ceruice deiecta ad Antonium perrexerunt: manus eius pedesque lingentes vt ille animaduerteret benedictionem eos a se deposcere. Nec mora in laudatione Christi effusus: quod cum muta quoque animalia sentirent ait. Domine sine cuius nutu nec folium arboris defluit nec vnus passer ad terram cadit: da illis sicut tu scis. Et manu annuens vt abirent imperauit. Cumque illi recessissent sancti corporis oneri seniles curauit humeros et deposito eo in fossam desuper humum congregans tumulum ex more composuit. Postquam autem dies illuxerat alia: ne quid pius heres ex intestatis bonis non possideret tunicam eius sibi vendicauit: quam in sportarum modum de palme foliis sibi ipse contexuerat. Ac sic ad monasterium reuersus discipulis ex ordine cuncta replicauit: diebusque solennibus pasche vel penthecostes semper Pauli tunica vestitus est. ¶ Libet in fine opusculi interrogare eos qui patrimonia sua ignorant qui domos marmoribus vestiunt qui vno lino villarum insuunt precia huic seni nudo quid vnquam defuerit. Vos ex gemma bibitis ille Christo cauis manibus satisfecit nature. Vos in tunicis aurum texitis: ille nec vilissimi quidem vestri mancipii indumentum habuit. Sed econtrario illi pauperculo paradisus patet: vos auratos gehenna suscipiet. Ille Christi vestem licet nudus seruauit: vos vestiti sericis indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissimo opertus puluere iacet resurrecturus in gloriam: vos operosis saxis sepulchra premunt: cum vestris opibus fortassis arsuros. Parcite queso vos parcite saltem diuitiis quas amatis. Cur mortuos vestros auratis obuoluitis vestibus? Cur ambitio inter luctus lachrymasque non cessat? An cadauera diuitum nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro quicunque hec legeris: vt Hieronymi peccatoris memineris cui si dominus optionem daret: multo magis eligere tunicam Pauli cum meritis eius quam regum purpuram cum regnis suis.

¶ Finit vita beati Pauli primi heremite.

¶ Incipit prologus Euagrii presbyteri ad Innocentium episcopum in vitam beati Antonii abbatis.



Presbyter Euagrius Innocentio carissimo filio in domino salutem. Ex alia in aliam linguam ad verbum expressa translatio sensus operit et veluti leto gramine sata strangulabat. Dum enim casibus et figuris seruit oratio: quod breui poterat indicari sermone longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans vitam beati Antonii te petente transposui: ita vt nihil desit ex sensu cum aliquid desit ex verbis. Alii syllabas aucupentur et literas tu quere sententias.

¶ Incipit prefatio Athanasii episcopi in vitam sancti Antonii monachi.



Athanasius episcopus ad peregrinos monachos. Optimum fratres inijstis certamen. Aut equari egyptiis monachis: aut superare nitentes virtutes instantia. Etenim apud vos iam plurima sunt monasteria: monachorum quorum nomen est celebre. Et hanc voluntatem vestram iuste quisque mirabitur: orationibusque vobis optatum deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis a me vt vobis scriberem de conuersatione beati Antonii volentibus discere quemadmodum ceperit quiue fuerit ante sanctum propositum: qualem etiam habuerit terminum vite: et si vera sunt ea que de ipso fama dispersit: vt ad eius emulationem atque exemplum vos instituere possitis magna cum leticia suscepi vestre charitatis imperium. Mihi etenim imperium ingens lucrum est atque vtilitas hoc ipsum quod recordor Antonii. Et vos cum ammiratione audientes scio eius propositum cupere sectari: perfecta est siquidem ad virtutem via Antonii scire quis fuerit. Ergo vt breuiter dicam ex omnibus que de eo referentium sermo iactauit credite: et minima vos existimate audisse de maximis: quia non ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere cum et ego rogatus a vobis quantacunque per epistolam significauero: non equalia sim eius meritis narraturus. Sed et vos omnes huic nauigantes studiose percontamini: quo singulis que norunt referentibus: congrua dignaque tanti hominis relatio compleatur. Disponebam itaque post lectionem literarum vestrarum aliquos ad me monachos inuitare et maxime eos qui crebro ad eum ire consueuerant: vt plenius aliquid addiscens: munera vobis maiora transmitterem. ¶ Sed quoniam et nauigationis tempora labebantur: et literarum portitor vehementissime festinabat: ideo ea que et ipse noueram (frequenter enim eum visitaui) et que ab eo didici qui ad prebendam ei aquam non paululum temporis cum eo fui: dilectioni vestre indicare propero virorumque curam veritatis habens vt neque plus aliquis audiens miraculorum congestionem non credat: nec rursus meritis eius inferiora cognoscens non putet dignum esse miraculo pro tanti nominis viro.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit vita sancti Antonii abbatis ab Athanasio episcopo alexandrino conscripta: et ab Euagrio presbytero e greco in latinum translata: atque a beato Hieronymo huic libro inserta.



Igitur sanctus Antonius nobilibus religiosisque parentibus natus in egypto oriundus fuit tanta suorum et sua nutritus cura: vt nihil aliud preter parentes domumque cognosceret. Et cum iam puer esset non se literis erudiri non ineptiis infantium iungi passus est fabulis: sed dei desiderio flagrans: secundum quod scriptum est: innocenter habitabat domi. Ad ecclesiam quoque cum parentibus sepe conueniens nec infantum lasciuias: nec puerorum negligentiam sectabatur: sed tantum ea que legebantur auscultans: vtilitatem preceptorum vite institutione seruabat: non fuit: vt solet illa etas incuriosus pro variis et delicatis cibis vnquam tedio fuit: non esce mollioris blandimenta sectatus est: his solum que dabantur contentus: nihil amplius requisiuit. ¶ Post mortem autem parentum annorum circiter decem et octo seu viginti cum sorore admodum paruula derelictus est: et domus et sororis honestam curam gerebat. Necdum vero sex fluxerant menses quibus ad ecclesiam vt solebat accurrens recordabatur quomodo et apostoli omnibus spretis secuti fuissent saluatorem et multi (vt legitur in actibus apostolorum) facultatibus suis venditis: precia ad pedes eorum detulissent

egētibus partiēda queue aut quāta spes ijsdē re-
posita esset in celo. Talia secū voluēs intrauit ec-
clesiā: et accidit vt tūc euāgeliū legeret: in quo do
minus dicit ad diuitē. Si vis pfect⁹ esse: vade vē
de oīa tua q̄cūq̄ habes et da pauperibus: et veni et
sequere me et habebis thesaurū in celo. Quo au-
dito quasi diuinit⁹ hmōi iā memoriā ɔcepisset: et
veluti ppter se hec esset scriptura recitata. Ad se
dnicū trazit imperiū: statimq̄ egressus possessio-
[illegible]em quā habebat dimisit. Arure aūt erāt ei trecē
[illegible]iugeres: et valde optimi: qs vicinis largitus est
[illegible]e aliquo aut sibi aut sorori molestia gigneret.
[illegible]etera vo q̄ immobilib⁹ possidebat: vniuersa vē
[illegible]lit et aggregato nō exiguo pcio indigētibus de
[illegible]:paruo ob sororē reseruatis: q̄ sexu et etate vi-
[illegible]er infirmior. Rursus aūt ecclesiā igressus
[illegible]udisset dnm in euāgelio dicentē. Nolite co-
[illegible]re de crastino relictā quoq̄ portionē paupe-
[illegible]is distribuit neq̄ se versari passus est domi:
[illegible]orore fidelib⁹ ac notis vginibus cōmendata
[illegible]d eaꝝ nutriret exēplū vt ipse iā oīb⁹ secul vtm
[illegible] liber asperū atq̄ arduū arripuit institutū.
[illegible]ecdū aūt tā crebra erāt in egypto monasteria:
[illegible]eq̄ olno quisq̄ aliquā solitudinē nouerat: et q̄s
cūq̄ in xpi seruitute sibimetipsi pdesse cupiebat:
non longe a sua villula separatus instituebatur.
Erat igitur in agello vicino senex q̄dā vitā so
litariā a prima sectatus etate: hūc Antonius cū
vidisset emulatus est ad bonum. Et primo q̄dem
incipiēs etiā ipse in locis paululū a villa remo-
tiorib⁹ manebat: exinde aūt si quē vigilātē i hoc
studio ɔpererat: pcedēs q̄rebat vt apis prudētis
sima nec ad habitaculū suum aū remanebat nisi
eius quē cupiebat: frueret aspectib⁹: et sic tāq̄ mu
nere mellis accepto abibat ad sua: tali ibidē isti-
tutus exordio. Cūq̄ p dies singulos ita animum
roboraret: vt nec opum paternarum: nec suoꝝ me
minisset affinium: oēm etiā desideriū et sollicitudi
nem erga id qd ceperat: vt exerceret: operabatur
manibus suis sciēs scriptū esse: q̄ nō operat non
māducet. Mercedē sane opis sui pcio panis exce
pto egētibus largiebat. Orabat frequēter: qppe
q̄ didicerat q̄ oportebat sine intermissione dnm
rogare. Auditioni etiā scripturarū ita studiū
ɔmēdabat: vt nihil ex ei⁹ aīo laberet: sed vniuer-
sa dni pcepta custodiēs memoriā p libris habe-
ret. Sic suā vitā instituēs ab vniuersis fratribus
puro diligebat affectu: et oībus ad quos spiritali
studio discēdi pgebat obediēs pprias singuloꝝ
gratias hauriebat: huius ɔtinētiā: iocūditatē il
lius sectabat: istius lenitatē: illius vigilias: alte-
rius legēdi emulabat industriā. Istū ieiunantē.
illum humi quiescentē mirabat. Alterius patiē
tiā: alterius māsuetudinē pdicabat. Oīm quoq̄
vicariā erga se retinēs charitatē: atq̄ vniuersis
virtutum partibus irrigatus ad sedem ppriam re
grediebatur. Ibi secū vniuersa pertractās: oīm in
se bona nitebatur exprimere. Nec q̄ vo aduersus
coeuos aliq̄n mouebat: sz ea tm̄ flāma egregio vi
ro crescebat in pectore: ne secūs cuiq̄ in predictis
operibus inueniret. Et hoc ita faciebat vt cū oēs
gl̄ia anteiret: oībus tñ charus esset. Naz et vicini
monachi: ad quos sepe veniebat Antoniū viden
tes deicolam nuncupabant: indutisq̄ nature vo
cabulis q̄dam vt filium alij vt fratrē diligebant.

Dū hec gereret Antonius: q̄bus oīm in se pro-
uocaret affectum: inimicus nois xpiani diabol⁹
impatiēter ferēs tātas in adolescēte virtutes vete
ranis eū aggressus est fraudibus et primo quidez
[illegible]ntans: si quo modo posset ab arrepto eū institu
to detrahere. Immittebat ei memoriam possessio
num: sororis defensionē: gñis nobilitatē: amorē
rerū fluxā seculi gloriā: esce variā delectationē: et
reliqua vite remissioris blādimēta: postremo vir
tutis arduum finē et maximū perueniendi laborē
necnon corporis fragilitatē: suggerebat et etatis
spacia plixa: prorsus maximā ei cogitationū ca-
liginē suscitabat: volēs eū a recto pposito reuo-
care. Postq̄ aūt diabolus oronibus ei⁹ ad dei
ɔpassionis fidem se intellexit elidi: ɔsueta aduer-
sum oēs adolescētes arma arripiens: nocturnis
eū inquietabat illecebris. Per dies etiā tā aptis
in eū telis irruebat: vt nullus ambigeret: q̄n An-
toni⁹ ɔtra diabolū dimicaret. Nam et ille cogita-
tiōes sordidas conabat inserere: et hic eas oratu
submouebat assiduo. Ille titillabat sens⁹ naturali
carnis ardore: hic vigilijs ieiunijs corpus omne
vallabat. Ille p noctes in pulchre mulieris vte-
bat ornatū: nulla omittēs figmēta lasciuie: hic
vltrices gehēne flāmas: et dolorem vermis recor
dās ingeste sibi libidini opponebat. Ille lubricū
adolescentie iter et ad ruinā facile pponebat: hic
eterna futuri iudicij tormenta ɔsiderās: illesam
aīe puritatē p tētamēta seruabat. Ista aūt oīa ad
ɔfusionē diaboli fiebāt. Qui eñ similē se deo fie-
ri posse existimabat: nūc ab adolescēte miserrim⁹
vincebat et q̄ cōtra carnē et sanguinē seuiebat: ab
hoīe q̄ carnē portabat: elisus est. Adiuuabat eñ
seruū suū dñs: q̄ nr̄i gr̄a carnē suscipiēs victoriaz
corpi ɔtra diabolū largit⁹ est: vt singulis ita cer-
tātib⁹ apl̄icū liceret pferre sermonē: nō ego autez
sz gratia dei mecū. Postremo cū nec hoc argu
mento destruere posset Antonium draco teterri
mus: et videret se semper ab eius cogitationibus
superari: scḋm qd scriptū est: stridēs dentibus et
vlulans: qualis est merito: talis apparebat et vul
tu: puer horridus atq̄ niger: ad eius se genua p-
uoluēs: humana voce deflebat dicēs. Multos se
duxi, plurimos decepi: nūc aūt vt a ceteris sctiso
ita et tuo labore sum pstrat⁹. Quē cū interrogas
set Antoni⁹ q̄snā esset q̄ talia loqueret. Ego sum
fornicationis amicus: ego multimoda turpitudi
nis aduersuz adolescēte sarma suscepi: hinc et spi
ritus fornicatiōis vocor. Quātos pudice viuere
disponētes fefelli quot tenuiter incipientes ad
sordes pristinas redire persuasi. Ego sum ppter
quē ppheta lapsos increpat dicēs. Spiritu forni-
catiōis seducti estis: et reuera p me illi fuerāt sup
plātati. Ego sum q̄ teipm sepe tentaui: et semp re-
pulsus sum: cum hoc christi miles audisset gr̄as
agens deo: et largiore aduersus inimicum con-
fortatus audacia ait. Multum ergo despicabilis
multumq̄ contēptus es: nam et obscuritas tua: et
etas infirma: signa sunt rerum. Nulla mihi iam
de te cura est. Dñs mihi auxiliator est: et ego expul-
tabo super inimicos meos. Et statim ad vocē ca-
nētis fantasma quod videbatur: euanuit. Hec
autem Antonij cōtra diabolum fuit prima victo
ria: imo virtus in Antonio saluatoris: qui pecca-
tum in carne cōdemnauit: vt iustificatio legis in

nobis cōpleref: qr nō ſm carnē ambulamus: ſed
ſcōm ſpm. Sed neqȝ Antonio vincēdi ſecuritatē
dedit vnus triūphus nec diaboli ſemel fracte de-
fecere vires. Nā ⁊ iſte vt leo rugiēs querebat adi
tum p quē poſſet irrumpere: ⁊ ille ſcripturaꝝ do-
ctus eloquio: nō ignorabat multas eſſe demonū
captiōes. Propter qđ ſolerti ꝓpoſitū labore ſer-
uabat: ɔſiderās: qr poſſet ſathanas in carnis col-
luctatiōe ſuperat⁹: nouaꝝ aduerſus ſe artiū ma-
chinas cōmouere. Idcirco magis ac magis ſubiu
gabat corp⁹ ſuū ne vincēs alia in aliis vinceref.
Diſponēs igit̄ duriori ſe vite lege cōſtringere: cū
oēs īfatigabilē adoleſcētis mirarēf inſtātiā cun
ctū tolerāter ferebat laborē: qr volūtarie ſeruitu
tis: lōgo in dei ope ſtudio ɔſuetudinē in naturaȝ
verterat. Inedie aūt vigiliaꝝ tantū patiēs erat: vt
plus faceret ꝙ ab vllo p illū poſſe fieri crederef.
Pernoctabat in orone ſepiſſime: edebat ſemel in
die: poſt ſolis occaſum. Nōnunꝙ biduo triduoqȝ
ſic pmanēs: vt vix q̄rta demū die cibū vellet acci-
pere. Sumebat vo panē ⁊ ſalē: potūqȝ aq̄ paruulū
de carnib⁹ vo ⁊ vino tacere meli⁹ puto qꝫ dice-
re: qr nec apđ plurimos q̄dē monachoꝝ iſtiuſmo
di eſce in vſu habebāf. Quin et aūt ſic mēbra cōce
dēs vt ſtico ɔtexto atqȝ cilicio vteref. Nōnūꝙ etiā
ſup nudū humi iacens: ſine ſtramine pmanebat:
vnguēta penitus repudiās. Dicebat eñ minime
poſſe vtētiū: ⁊ pcipue iuuenum corpora roborari:
ſi olei eſſent perunctione mollita: oportere vero
aſperos carni labores impare: ſcōm apoſtoli pce
ptum dicēs: qñ infirmor: tūc fortior ſum. Aſſere-
batqȝ ſenſuȝ animi ſic poſſe reuiuiſcere: ſi corpis
fuiſſent impetus fatigati. Unde nec temporū lō
gitudine laborum merita pēſabat: ſed amore ⁊ ſi
mulatu ſpōtaneo ſemp tanꝙ in principiis conſti-
tutus: ad profectus metus deſideriū concitabat.
Nouiſqȝ cupiēs augere pterita: ſupra memorati
doctoris ſermonum recordabaf: qui ait. Preteri
ta obliuiſcens: ⁊ in futurum cōualeſcens. Memi
nerat quoqȝ Helye ꝓphete dicētis: viuit dñs cui
adſto hodie añ ipm: ⁊ diſſerebat cur hodie eēt ap
poſitū qr nō cōputabat helyas pteritum temp⁹:
ſed tanꝙ quotidie in certamine conſtitutus: ta-
lem ſe pbere cupiebat qualem ſciebat dignū dei
eſſe cōſpectibus purū corde: ⁊ paratū obedire vo
luntati eius. ¶ Igitur ſanctus Antonius ſecuꝫ
reputās oportere dei famulū ex inſtituto magni
helye exēplum capere: ⁊ ad illud ſpeculū vitā ſuā
debere componere ad ſepulcra lōge a villa cōſti-
tuta receſſit: vni de cognatis mādans vt ſtatutis
dieb⁹ ſibi alimēta referret. Et cū in vna memoria
ſupradict⁹ frater eū clauſiſſet: ſol⁹ ibidē morabā
tur. ¶ Metuēs ergo diabolus ne acceſſu tempo-
ris heremū quoqȝ habitare faceret: iā eū aggre-
gatis ſatellitib⁹ ſuis varia cede lacerauit: vt do-
loris magnitudo ⁊ motum auferret ⁊ vocē. Nā ⁊
ipſe poſtea referebat vulnera fuiſſe tā grauia: vt
vniuerſa hoīȝ tormēta ſupatēt: ſed dei ꝓuidētia
q̄ nūꝙ in ſe ſperātib⁹ deeſt: ɔſeruauit eū. Alio die
ts quē ſupradiximus frater aduenit: cibos defe-
rēs quos ei deferre cōſueuerat: atqȝ eū iacentē in
terra ſemimortuū: fractis foribus inuenit. Quē
impoſitū humeris ad villule domiciliū reportā-
uit. Quo audito ingēs vicinoꝝ atqȝ affiniū mul-
titudo ɔcurrēs: triſti in medio poſito funeri debi
tū reddebat officiū: ⁊ iā in media noctis pte trāſ-
greſſa cū iā opportunus ⁊ gratus puigiles oīum
oculos vicerat ſopor. Antonius (aīa paululū re
deunte) ſuſpirans eleuauit caput: ceteris vo al-
ta quiete ꝓſtratis: cum a quo delatus fuerat vigi
lare ɔſpexit: eūqȝ nutu aduocās obſecrauit vt nul
lo penitus excitato ad priſtinū ſe referret habita
culum. Relatus ergo iuxta conſuetudineȝ ſolus
iterum permanebat ⁊ ſtare q̄dem ꝓpter recētes
plagas non poterat: orās vero ꝓſtratus poſt ora
tionem clara voce dicebat. Ecce adſum ego An-
tonius nō fugio veſtra certamina etiam ſi maio
ra faciatis: nullus me ſeparabit a charitate xpi:
Pſallebatqȝ dicēs. Si cōſiſtant aduerſum me ca
ſtra: non timebit cor meum. Talia eo docēte bo-
norum hoſtis diabolus ammirat⁹ ꝙ poſt tot ver
bera auſus fuiſſet reuerti: ɔgregatis canib⁹ ſuis
⁊ ꝓprio furore ſe laniens: videtis (ait) qr nec ſpi
ritu fornicationis: nec corporis doloribus ſupe-
ratus: tam audacter laceſſit: Oīa arma corripite
acrius nobis impugnandus eſt ſentienſqȝ debet
ſcire quos ꝓuocet. Dixit ⁊ adhortātis vocem au
dientiū turba cōſenſit: qr innumeras ⁊ diuerſas
habet diabol⁹ artes nocēdi. Sonit⁹ igit̄ repenti
nus increpuit: ita vt loco funditus agitato ⁊ pa-
rietibus patefactis multifaria demonuȝ exinde
turba ſe funderet: nā ⁊ beſtiarum ⁊ ſerpentiū for
mas induētes oēm ꝓtinus locū replenere fanta
ſiis: leonū: taurorū: lupoꝝ: aſpidū: ſerpentū: ſcor-
pionū: nec nō ⁊ pardorū atqȝ vrſorū. Hec ſingula
ſm ſuā fremebant naturā. Rugiebat leo occide-
re volēs thaur⁹ mugitu ⁊ cornib⁹ minabaf. Ser-
pētes ſibilo pſonabant. Lupoꝝ impet⁹ inhiabat.
Pard⁹ diſcolor auctoris ſui calliditates varias
īdicabat. Truces omniū vultus ⁊ vocis horride
dirus auditus Antonius flagellat⁹ atqȝ ɔfoſſus
ſentiebat q̄dē aſperiores corporis dolores: ſȝ ſte-
rius durabat mēte peruigili. Et lȝ gemitū vulne
ra carnis exprimerēt: Senſu tñ idē manēs quaſi
de inimicis luderet: loquebaf ſi viriū aliquid ha
beretis: ſufficeret vn⁹ ad preliū. Sed qm dñs vos
eneruante frangimini: multitudine tentatis in-
ferre terrores: cū hoc ipm infirmitatis indicium
ſit ꝙ irrationabiliū formas induitis beſtiarum.
Rurſumqȝ ɔfidēs aiebat: ſi q̄d valetis. Si vobis i
me ptātē dñs dedit: ecce pſto ſum: deuorate ſi vo
nō poteſtis: cur fruſtra nitimini. ¶ Signū ei cru
cis ⁊ fides ad dñm inexpugnabilis nobis murus
eſt. ¶ Multa ɔtra ſcm̄ Antoniū minātes freme
bāt dētib⁹ ſuis: ꝙ nullus coꝝ tētamēta ſequeref
effectus. Sed maxime ecōtrario gigneref illuſio.
Nō oblit⁹ Jeſus colluctationis ſerui ſui eiuſdeȝ
ꝓtector fact⁹ eſt. Deniqȝ cū eleuaret oculos: vidit
deſup culmē apiri ⁊ deductis tenebris radiū ad
ſe lucis illucere. ¶ Poſt cuius ſplēdoris aduētū
nec demonum aliqs apparuit ⁊ corporis dolor ex
templo deletus eſt. Edificiū qꝫ qđ pauloante diſ
ſolutū fuerat: inſtauratū eſt. Illico pñtiā dñi ītel-
lexit Antonius: ⁊ ex imo pectore trahens longa
ſuſpiria ad viſionē: que ei apparuerat: loquebaf
ſic. Ubi eras bone Jeſu: vbi eras. Et quare non a
pīcipio affuiſti hic vt ſanares oīa vulnera mea:
Et vox ad ſcm̄ Antonium facta eſt. Antoni hic
erā: ſed expectabā videre certamē tuū. Nunc aūt
qr dimicādo viriliter nō ceſſiſti: ſemp ero auxiliator

lõgiꝰ ꝙ cõsideramꝰ in alterã nos exponente ripã
vt vestigiũ sequētes ꝑderēt. Sȝ inter hec madefa-
cte carnes ⁊ ex ꝑte lapse vix tridui cibũ pollicebã-
tur. Bibimꝰ vsqꝫ ad satietatē: future nos siti ꝑpa
rãtes: Currimus post tergũ semp respicimꝰ, ⁊ ma
gis noctibꝰ ꝓmouemur vel ꝓpter ardorē solis ni
mium. Pauco miser et referēs ⁊ iam securus: to-
to tñ corpore ꝑhorresco. Post diē tertiuȝ dubio
aspectu ꝓcul respicimꝰ duos camelos sedētes: ve
nire cõcite: stansqꝫ mens mali ꝑsaga putare dñm
meditari mortē: solē cernere nigrescēteȝ. Dumqꝫ
timemꝰ ⁊ vestigiũ ꝑ arenas: nos ꝓditos intellexi
mꝰ: offēdit ad dexterã specꝰ lõge sub terra pene-
trãs. ¶ Igitur timentes venenata aĩalia (solent
qppe vipere reguli ⁊ scorpiones: ceteraqꝫ huiusce
modi feruorē solis declinãtia vmbras petere) in
trauimꝰ quidem speluncam: sed statim in ipso in
troitu sinistre nos fouee credidimus: nequaꝙ vl
tra ꝓgrediētes: ne dum mortem fugimus incur-
reremus in mortem: illudqꝫ nobiscuȝ reputãtes:
si iuuat miseros dominꝰ habemꝰ saluteȝ: si despi
cit peccatores habemus sepulchrum. Quid pu-
tas nobis fuisse animi qđ terroris: cũ ante specũ
haud ꝓcul starent dominus ⁊ ꝯseruus ⁊ vestigio
indice iaȝ ad latebras peruenissent. O multo gra
uior expectata quam illata mors. ¶ Rursũ ⁊ cũ la
bore ⁊ timore lingua balbutit: ⁊ quasi clamãte do
mino loqui vel mutire nõ audeo: mittit seruũ vt
nos de specu ꝓtrahat: ipse camelos tenet et eua-
ginato gladio nostrum expectat aduētũ. Interea
tribus ferme vel quattuor cubitis introgresso fa-
mulo: nobis ex occulto tergũ eius vidētibꝰ. Nam
oculorum istiusmodi natura est: vt post soleȝ vmb

…s intrantibus ceca ſint omnia: vox per antrū ſonat exite furciferi. Exite miſeri. Exite morituri. Quid ſtatis: quid moramini? Exite: dominꝰ vocat. Adhuc loquebatur: ⁊ ecce per tenebras aſpicimus leenam inuaſiſſe hominē: ⁊ gutture ſuffocato: cruentum intro trahere. Jeſu bone. Quid tunc nobis terroris quid gaudij fuit. Spectabamus hoſtem noſtrum perire domino neſciente. Qui cū videret illū moras facere ſuſpicatꝰ duos vni reſiſtere: ſed ⁊ iram differre non valens ſicut tenet gladium ad ſpeluncā venit ⁊ clamore rabido ſerui increpās ſecordiam prius a fera tempꝰ eſt quā noſtras latebras ꝑtetiret. Quis hoc vnq̄ crederet vt ante os noſtrum ꝓ nobis beſtia dimicaret. Sublato ergo illo metu: ſimilis añ oculos noſtros verſabatur interitꝰ: niſi q̄ tutius eſſet leonis rabiem quā iram hominū ſuſtinere. Pauemus intrinſecus ⁊ ne mouere quidē nos auſi: preſtolamur euētum rei inter tanta pericula: pudicitie tantum cōſcientia pro muro ſepti. Leena inſidia carēs: ⁊ viſam ſe eſſe ſentiens: apprehēſum morſibus catulū matutina. Affert: nobiſq̄ cedit hoſpitio. ¶ Neq̄ tū ſatis creduli ſtatim erupimꝰ ſed expectātes diu ⁊ egredi cogitantes: illius nobis ſemꝑ figurabamꝰ occurſū. Sub tali ergo terrore ⁊ illa trāſacta die exiuimus ad veſperam camelos (quos ob nimiā velocitatē dromedarios vocāt) preteritos cibos in ore voluere: ⁊ in aluū miſſos iterū retrahere. Quibus aſcenſis: ⁊ noua ſiſtertia refocillati: decima tādē die ad romana ꝑ deſertū caſtra peruenimꝰ oblatiq̄ tribuno rei ordinem pandimꝰ. Inde ad ſabaudianū meſopotamie ducē tranſmiſſi camelorum accepimus precium. Et q2 iam abbas ille meus dormierat ī domino: ad hec delatꝰ loca: me mōachis reddo: hāc trado virginibꝰ: diligens eam vt ſororem non tū me ei credens vt ſorori. ¶ Hec mihi ſenex malchꝰ adoleſcētulo retulit. Hec ego vobis narraui ſenex Caſtis hyſtoriā caſtitatis expono virginibꝰ virginē cuſtodire exhortor: vos narrate poſteris, vt ſciāt inter gladios ⁊ deſerta ⁊ beſtias pudicitiā nunq̄ eſſe captiuam: ⁊ hominē Chriſto deditum poſſe mori non poſſe ſuperari.

¶ Finit vita beati Malchi monachi captiui.

¶ Incipit vita ſancti Pauli ſimplicis.



Fuit quidam inter diſcipulos ſancti Antonij Paulꝰ nomine cognomento ſimplex. Hic initiū ꝯuerſionis ſue huiuſmodi habuit. Cū vxorē ſuā cum altero concubitantē vidiſſet nulli quicq̄ dicens egreſſus eſt domū ⁊ meſtici animi factus: in heremū ſemetipſum dedit. Ubi cū anxiꝰ oberraret: ad monaſteriū venit Antonij: ibi ex loci amenitate ⁊ oportunitate cōſiliū capit. Cumq̄ adijſſet Antoniū: vt iter ſalutis ab eo inquireret: ille intuēs hominē ſimplicis nature: reſpōdit ei ita demum eū poſſe ſaluari: ſi his que a ſe dicerent obediret. Tunc illa oīa quecūq̄ preceperat facturū ſe eſſe reſpōdit. At ergo ꝓmiſſionē eius ꝓbaret Antonius ante fores celluie ſtanti: hic inquit: expecta me orās donec egrediar. Et ingreſſus manſit itrinſecꝰ ꝑ totū diē ⁊ noctē: ꝑ feneſtrā tū ex alto frequētiꝰ reſpiciēs videbat eū indeſinēter orātē: ⁊ nuſq̄ prorſus ſe mouētē: ſꝫ ſtare ī eſtu diei et rore noctis: ⁊ ita eſſe mādati memorē vt ne parū quidē a loco ſe moueret. Egreſſꝰ aūt die poſtera Antoniꝰ inſtruere eū ⁊ docere de ſingulis cepit quomodo opere manuū ſolitudinē ſolaret ⁊ digitis quidē corporis opus carnale: cogitatione vero mētis ⁊ animi intētione oparet q̄ dei ſunt. Cibū quoq̄ in veſꝑa ſumere ⁊ ꝑcipue in potu: ꝯfirmās non minꝰ ꝑ aque abūdantiā fantaſias aīe fieri: q̄ ꝑ vinū calorē corporis increſcere. Et vbi plene eū qualiter in ſingulis agere deberet inſtruxit: in vicino: hoc eſt in tribus a ſe milibꝰ cellulā ꝯſtituit: ibiq̄ eū exercere qui didicerat iubet. Ipſe tū frequentiꝰ viſitās eū gratulabat: deꝑhendēs illū in his que ſibi tradita fuerant: tota intentione ⁊ oī ſollicitudine permanētem. ¶ Quadam aūt die cū veniſſent ad ſctm̄ antoniū fratres magni q̄dē ⁊ ꝑfecti viri accidit etiā paulū adeſſe pariter cū eis. Et cū ſermo de profundis rebus ⁊ myſticis haberetur: cūq̄ de prophetis ⁊ ſaluatore plurima tractarētur: paulꝰ ex ſimplicitate animi īterrogat ſi xp̄s prius fuerit aut ꝓphete. Ubi vero Antoniꝰ cum pro eo q̄ tam abſurde interrogaret quaſi erubuiſſꝫ blādo motu (vt erga ſimpliciores ſolebat) ſilere atq̄ abire eū iubet. Ille autem qui oē quodcūq̄ ab eo dictū fuiſſet tanq̄ preceptū dei ſeruare inſtituerat: abſcedens ad cellulā ſuam tanq̄ mādato accepto: ſilentiū gerere īſtituit: nec omnino aliquid loq̄. Qđ cū cōperiſſet Antonius: mirari admodum cepit vnde hoc illi obſilentia placuiſſet: quam a ſe ſciebat non eſſe ei iniunctam. Cūq̄ iuſſiſſet eū loqui: ⁊ cur ſiluerit interrogaret: dicit ei Paulus. Tu pater dixiſti mihi: vt irem ⁊ ſilerem. Et obſtupefactus Antonius ita ab eo ſermonem quem ille negligenter protulerat obſeruatum: omnes inquit nos ille cōdemnat. Cum enī nos de celo dominum nobis nō audiamꝰ loquētem: ab iſto qualiſcūq̄ ſit ſermo: qui ex ore noſtro ecciderit: obſeruat. Multa tamen ⁊ ſanctus Antonius docere eum volens: de obediētia precipere ei ſolitus erat: etiā que rō ⁊ cauſa nō poſceret: in quibus eius animus erga obedientiam ꝓbaretur. Haurire namq̄ aliqñ eum aquam iuſſit ex puteo ⁊ in terrā tota die effundere ⁊ ꝯtexta ſportas reſoluere: ac denuo texere: ⁊ veſtimentū diſſuere: ⁊ iterū reſuere ⁊ rurſus reſoluere ⁊ in pluribus huiuſmodi exercitijs ab eo memorat imbuꝰ vt ī nullo prorſus etiā q̄ ꝯtra rōnē impari videbāt diſceret cōtradicere: ⁊ ita per hec oīa informatus tpe breui ad perfectionē venit. Ex cuius exēplo docebat beatus Antonius: q̄ ſi quis vellet velociter ad ꝑfectionē venire: nō ſibijpſi magiſter fieret: nec ꝓprijs voluntatibꝰ obediret: et ſi rectū videret eſſe qđ vellet: ſed ſcđm mādatū ſaluatoris obſeruādū eſſe: vt ante oīa vnuſq̄ſq̄ abnegaret ſemetipſum ſibi: ⁊ renūciet ꝓprijs volūtatibus: q2 ⁊ ipſe ſaluator dixit: ego veni nō vt faciā voluntatem meam: ſꝫ eius qui miſit me. Et vtiq̄ volūtas xp̄i nō erat cōtraria volūtati patris: ſed neq̄ q̄ venerat obediētiā docere inueniret nō obediēs: ſi ꝓpriam faceret volūtatem: quo magis ergo nos iudicabimur obediētes: ſi ꝓprias nō faciamus. Denique ſupradictus Paulus exēplo nobis eſt q̄ obedientie ⁊ ſimplicitatis merito in tantū ſpiritalū

gratiarū culmen ascēdit: vt multo plures ⁊ potē tiores virtutes per ipsum: ꝙ per sanctum Antonium dñs fecerit. Et qm̄ ꝓ affluentia gratiaꝝ ad eum multi ex omnibus terre ptibus cōfluebāt vt curarētur ab eo verens beatus Antoniꝰ ne molestia multitudinis fugaret in interiori heremo quo accedi facile ab aliquo nō possit: ꝯmanere eū fecit: vt venientes magis ipse susciperet Antoniꝰ Si quos vo ipse nō potuisset curare: hos ad Paulum tanꝙ pleniorem sanitatum gratiam habētē mittebat: ⁊ ab illo curabant. Tantum autem simplicitatis fuisse apud eū ⁊ fiduciā tradunt: vt quodam tpe cum quidā rabiē patiens in modū canis laniaret omnē qui ausus fuisset ad se accedere: et perductus ad eum fuisset instabat orationi: vt demonē qui eum vrgebat fugaret. Et cum mora fieret nec celer sequeret effectus quasi infantiū more indignatus dixisse fertur ad dñm. Uere nō mā ducabo hodie: si eum nō curaueris. Ec continuo quasi delicioso domino satisfactū est a deo: et statim curatus est rabidus.

Finit vita beati Pauli simplicis.

Incipit vita sancte Paule edita a sancto Hieronymo presbytero.



SI cuncta mei corporis mēbra verterent in linguas et os artus hūana voce resonarēt nihil dignū sancte ac venerabilis Paule virtutibꝰ dicerē. Nobilis genere sed nobilior sanctitate: potens quondā sed nūc xp̄i paupertate insignior. Gracchorū stirps: soboles scipionū: pauli heres cuius vocabulū trahit mecie papyrie mris affricani vo ac germana progenies Rome ptulit bethleē ⁊ auro tecta fulgentia: informis luti vilitate mutauit. Nō meremꝰ ꝙ talē amisimus: sed gratias agimꝰ ꝙ habuimus: imo habemus. Deo eñ viuunt oīa ⁊ quicquid refertur ad dñm in familie nūero computatur: ꝙꝙ amissio illius celestis domus habitatio sit. Que ꝙdiu in corpe fuit: pegrinata est a dño voce semp flebili querebat dicēs. Heu mihi qr peregrinatio mea ꝓlongata est: habitaui cū habitātibus cedar: multū pegrinata est aīa mea Nec mirū si planxerat se versari in tenebris. Hoc eñ cedar interptat eū mundus in maligno positus sit: ⁊ sicut tenebre eius ita ⁊ lumē eius. Luxq in tenebris luceat: ⁊ tentare eam non comprehēderūt. Unū ⁊ illud crebrius referebat: aduena ego sum ⁊ peregrina sicut omnes patres mei. Et iterū Cupio dissolui: ⁊ esse cum christo. Quoties aūt infirmitate corpusculi (quam incredibili abstinētia: ⁊ duplicatis cōtraxerat ieiunijs) vexabat: dicebat: corpus meū subijcio ⁊ in seruitutē redigo ne alijs predicans ipsa reproba inueniar: ⁊ bonū est mihi vinū non bibere ⁊ carnē nō māducare: ⁊ humiliaui i ieiunio animā meā ⁊ totū lectū meū versasti in infirmitate mea: ⁊ vsata sū i miseria: dū mihi infigit spina: atq inter doloris aculeos quos mira patiētia sustinebat quasi apros sibi celos aspiceret: loquebat. Quis dabit mihi pēnas sicut columbe ⁊ volabo ⁊ requiescā: Testor Iesū ⁊ sanctos angelos eiꝰ ipsumq ꝓpriū angelū q custos fuit comes admirabilis femine: me nihil in gratiā nihil in ore laudantiū: sed ꝙcquid dicturꝰ sum pro testimonio dicere: ⁊ minus eius esse meritis: ꝙ ꝙ totꝰ orbis canit. Sacerdotes mirant: virginū chori desiderāt: monachoꝝ ⁊ pauperū turba deplangit. Uis lector eiꝰ breuiter scire virtutes. Oēs suos pauperes: paupior ipa dimisit. Nec mirum de proximis ⁊ familiola quam vtroq sexu de suis ⁊ ancillis i fratres sororesq mutauerat ista proferre: cum eustochium virginem et deuotam christo filiam: in cuius consolationē libellus hic cuditur: procul a nobili genere sola fide ⁊ gratia diuitem dereliquerit. Carpamus igitur narrādi ordinem. Alij altius repetiāt ⁊ a cunabulis eiꝰ ipsisq (vt ita dicam) repondijs matrem blesillam ⁊ rogatum preferam patrem quorū altera sciptonum gracchorūq progenies est: alter per omnes grecias vsq hodie ⁊ stematibus ⁊ diuitijs: ac nobilitate agamēnonis fertur sanguinem trahere qui decennali troiam obsidiōe deleuit: nos nihil aliud laudamꝰ nisi quod propriū est: ⁊ purissimo sctē mētis fonte pfert: ꝙꝙ dñs ac saluator in euāgelio doceat aplos sciscitantes qd illis redditurus sit: q oīs sua ꝓ nomine eius dimiserant: cētuplū in p̄sentiarū recepturos: ⁊ in futuro vitā eternam respōdit. Ex quo itelligimꝰ nō laudis esse possidere diuitias: sꝫ ꝓ xp̄o eas ꝯtēnere: nō tumere ad honores: sed ꝓ fide eos paruipendere. Uere qꝺ pollicitꝰ est seruis suis ⁊ ancillis: saluator reddit in presenti. Nāq vniꝰ cōtempsit gloriā vrbis totius orbis opinione celebrat. Quā rome habitātē nullꝰ extra romā agnouerat latērē i bethleē ⁊ barbara ⁊ roma terra miratur: cuius eñ gentis hoīes ad sancta loca nō veniāt. Quis aūt in sanctis locis preter Paulā: qꝺ plus iter hoīes miraretur: inuenit. Et sicut inter mltas gēmas preciosissima gēma micat ⁊ iubar solis paruos stellarū igniculos obruit: ⁊ obscurat: ita cūctorū virtutes ⁊ potētiā sua hūilitate superauit: minimaq fuit inter oēs: vt oīm maior esset ⁊ quāto plus se deijciebat: tāto magi a xp̄o subleuabat. Latebat ⁊ nō latebat: fugiēdo gloriā: gloriā merebat: ꝙ vtutes quasi vmbra sequūtur ⁊ appetitores sui deserēs: appetit ꝯtēptores. Sed quid ago narrādi ordinē pretermittens. Dum in singulis tenore nō seruo precepta dicendi. Tali igitur stirpe genita est: iūctumq viro toxotio qui enee ⁊ iuliorū altissimū sanguinem trahit. Unde etiā xp̄i virgo filia eiꝰ eustochium iulia nūcupatur: ⁊ ipse iuliꝰ a magno demissum nomē iulo. Et hoc dicimꝰ nō quo habitātibus grādia sint: sed quo cōtēnentibꝰ mirabilia. Seculi hoīes suspiciunt eos q his pollent priuilegijs nos laudamꝰ qui habētes paruipēdāt hec si habere noluerint predicamꝰ. His inꝙ orta maioribꝰ ⁊ fecūditate ac pudicitia ꝓbata: primū vo deinde ꝓpinquis ⁊ totiꝰ vrbis testimonio: cū qnq liberos edidisset: blesillā sup cuiꝰ morte eā rome cōsolatus sum paulinā (que sanctū ⁊ admirabilem virum: ⁊ ꝓpositi ⁊ rerū suarum pāmachiū reliquit heredem: ad quē super obitu eiꝰ paruū libellum edidimꝰ) eustochium q nūc sanctis locis virginitatis ⁊ ecclesie monile preciosū est: rufinā que immaturo funere pium matris animū ꝯsternauit: ⁊ toxotiū: post quē parere desinit: vt itelligeres eā nō diu seruire voluisse officio cōiugalis sꝫ mariti desiderio (q mares optabat liberos) obe

Postq̄ vir mortu⁹ est: ita eū planxit: vt ꝓ[illegible]a moreretur: ⁊ ita se cōuertit ad domini seruitutē vt mortem ei⁹ videretur optasse. Quid ergo referam ample ⁊ nobilis domus quondā opulentissime omnes pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clemētissimum animū ⁊ bonitatē: etiam in eos quos nunq̄ viderat euagantem? Quis inopum moriens non illius vestibus obuolutus est? Quis clinicorum nō eius facultatibus sustentatus est: quos studiosissime tota vrbe ꝑquirens dānū putabat si quisq̄ debilis ⁊ esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios ⁊ inter obiurgantes ꝓpinquos maiorez se eis hereditatez xp̄i misam dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelsi apō seculū generis ⁊ nobilissime familie: visitationis frequentiam sustinere. Merebat honore suo ⁊ ora laudantium declinare ⁊ fugere festinabat. Cūq̄ orientis ⁊ occidentis ep̄os ob quasdam ecclesiarum dissensiōes romam imperiales litere cōtraxissent: vidit admirabiles viros christiq̄ pontifices paulinū antiochene vrbis ep̄m ⁊ epyphanium salamine cypri que nunc cōstantia dr̄: quoꝝ epyphanium etiam hospitem habuit. Paulinum in alia manentem domo quasi proprium humanitate possedit quorum accensa ꝟtutibus per momenta patriā deserere cogitabat. Non domos non liberorum non familie non possessionum: non alicuius rei q̄ ad seculum pertinent memor: sola (si dici pōt) ⁊ incomitata: ad heremū antoniorū ⁊ paulorum ꝑgere gestiebat: tandē exacta hyeme apto mari redeūtibus ad ecclesias suas ep̄is: ipsa voto cum eis ⁊ desiderio nauigabat. Quid vltra differo? Descēdit ad portū fratre cognatis affinibus ⁊ (qḋ his maius est) liberis ꝓsequentibus ⁊ clemētissimā matrem vincere pietate cupientibus. Jam carbasa tendebant ⁊ remorū ductu nauis in altū ꝓtrahebatur. Paruus toxotius: supplices man⁹ tendebat in littore: rufina iā nubilis vt suas expectaret nuptias tacens fletibus obsecrabat ⁊ tn̄ illa siccos tenebat oculos ad celū pietate in filios pietate in deū suspirās. Nesciebat se matrē vt xp̄i probaret ancillā. Torquebant viscera: ⁊ q̄si a suis mēbris distraheret cū dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior: q magnā vinceret charitatez. Inter hostiū man⁹ ⁊ captiuitatis durā necessitatē: nihil crudeli⁹ est q̄ parētes a filijs separi. Hoc cōtra iura natura plena fide patiebatur imo gaudēs appetebat amorē filioꝝ: maiore i deū amore ɔtēdēs i sola eustochio (q̄ ⁊ ꝓpositi ⁊ nauigationis ei⁹ comes erat) ꝗescebat. Sulcabat interim nauis mare ⁊ cūctis q̄ eā vehebant littora respicientib⁹ illa auersos tenebat oculos ne videret quos sine tormēto videre nō poterat. Fateor nulla sic amauit filios quib⁹ antequā ꝓficisceretur cuncta largita est exheredās se i terra vt hereditatē inueniret in celo. Delata ad insulas pontias (quas clarissime quondā feminarū sub domitiano principe pro ɔfessione noīs christiani: flauie domicille nobilitauit exiliū) vidensq̄ cellulas in quib⁹ illa lōgum duxerat martyriū sumptis alijs hierosolymā ⁊ sancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti: ⁊ oīs pigra velocitas. Inter scillā ⁊ caribdim adriatico se credēs pelago quasi ꝑ stagnum venit methonem: vbi q̄ refocillato paululum corpusculo: ⁊ salo tabētes artus in littore ponens ꝑ maleā ⁊ citheram: sparsasq̄ per equor cycladas ⁊ crebris freta cōcita terris post rhodum ⁊ liciā tandem venit cyprum: vbi sancti ⁊ venerabilis epyphanij pedibus obuoluta decē ab eo diebus detēta est: non in refectionem (vt ille arbitrabat) sed in opus dei vt res probata est. Nam oīa illius regionis lustrās monasteria prout habere poterat refrigeria sumptū fratribus reliquit quos amor sancti viri de toto illuc orbe conduxerat. ¶ Inde breui cursu trāsfretauit seleutiā de qua ascēdens antiochiam sanctiq̄ confessoris paulini modicū charitate detēta media hyeme calente ardore fidei: femina nobilis que prius eunuchorū manibus portabatur: asello sedēs ꝓfecta est. Omitto cyrie colles ⁊ fenicis iter: neq̄ enī odeporicū ei⁹ disposui scribere ea tm̄ loca nomīo q̄ sacris voluminibus cōtinētur. Berito romana colonia ⁊ antiqua vrbe sydone derelicta: in sarepte littore helye ingressa est turriculā in qua adorato dn̄o saluatore per arenas tyri in quibus paulus genua fixerat peruenit ad achoum q̄ nūc ptolomais dr̄: ⁊ per campos magedo iosie necis concio intrauit in terrā philistym: mirata ruinas dor vrbis quōdam potissime ⁊ versa dic stratōis turrim ab herode rege iudee in amore cesaris augusti cesareā nuncupatam in qua cornelij domum xp̄i vidit ecclesiam ⁊ philippi ediculas ⁊ cubiculū quatuor ꝟginum prophetissarum: deinde antipatrida semirutum oppidulum qḋ ex patris noīe herodes vocauerat ⁊ lyppā ꝟsam in diospolim: dorcadis atq̄ enee resurrectiōe ⁊ sanitate inclytam. Haud ꝓcul ab ea arimathiam viculū ioseph q̄ dn̄m sepeliuit: ⁊ nobe vrbe quōdā sacerdotū: nunc tumul⁹ occisorū: ioppen quoq̄ fugiētis portum ione: ⁊ (vt aliq̄d ꝑstringā de fabulis poetaꝝ) religate ad saxum ādromede spectatricē: repetitoq̄ itinere nicopolim q̄ prius emaus vocabat apud quā in fractione panis dn̄s cognitus cleophe domū i ecclesiam dedicauit atq̄ inde ꝓficiscēs ascēdit bethoron inferiorem ⁊ superiorē vrbes a salomone rege cōditas: ⁊ varia post hec a belloꝝ tēpestate deletas ad dexterā respiciēs aylō ⁊ gabaon vbi iesus fili⁹ naue cōtra q̄nq̄ reges dimicans soli imperauit ⁊ lune ⁊ gabaonitas ob dolum ⁊ insidias federis impetrati in aquarios lignariosq̄ damnauit. In gabaa vrbe vsq̄ ad solū diruta paululū substitit recordata peccati ei⁹ ⁊ cōcubine in frusta diuise: ⁊ tribus beniamin in sexcētis viris ꝓpē pauꝟi reseruate. Quid diu moror? Ad leuā mausoleo helene derelicto q̄ a dyabenoꝝ regina i fame populū frumēto iuuerat. ingressa est hierosolymā vrbē trinonomā iebus salē hierusalē que ab helio postea adriano de ruinis ⁊ cinerib⁹ ciuitatis i helia suscitata est. Cūq̄ ꝓcōsul palestine (q̄ familiā eius optime nouerat) p̄missis apparitoribus iussisset parari pretoriū: elegit humilē cellulā ⁊ cūcta loca tāto ardore ac studio circuiuit vt nisi ad reliq̄ festinaret: a primis nō posset abduci: ꝓstrataq̄ an̄ crucem quasi pendentē dn̄m cerneret adorabat. Ingressa sepulchrū resurrectiōis osculabat lapidē quem ab ostio sepulchri remouerat angelus ⁊ ipm corpori locū in quo dn̄s iacuerat quasi sitiēs desideratas aquas fidei ore lābebat. Quid ibi lachrymarū: quantū gemituū: q̄d doloris effu-

derit: testis est cuncta hierosolyma: testis est ipse dñs quē rogabat. Unde egrediēs ascēdit syō que in arcē vel speculā vertitur. Hāc vrbē expugnauit quondam ⁊ edificauit dauid: vñ de expugnata dr. Ueh tibi ciuitas ariel .i. leo dei ⁊ quondā fortissima: quā expugnauit dauid. De ea q̄ edificata est. Fundamēta eius in mōtibus sanctis diligit dñs portas syon sup oīa tabernacula iacob: nō in eas portas quas hodie cernim⁹ in fauillas ⁊ cineres dissolutas: sed portas quib⁹ infernus nō p̄ualet: ⁊ per quas credētiū ad xp̄m ingredit̃ multitudo. Ostēdebatur illic colūna ecclesie porticū sustinēs infecta cruore dñi: ad quā vinctus ducit̃ ⁊ flagellatus. ¶ Mōstrabat̃ locus vbi sup cētum viginti credentium animas sp̄ūssanctus descenderat: vt Johelis vaticinium compleretur. ¶ Deinde pro facultatula sua pauperibus atq; ɔseruis pecunia distributa: p̄rexit bethleē: ⁊ in dextera parte itineris stetit ad sepulchrū rachel: in q̄ beniamin non vt mater vocauerat moriēs benoni: hoc est filius doloris mei: sʒ vt pr̄ p̄phetauit ī sp̄ū: filiū dextre ꝓcreauit: atq; inde speculū saluatoris introiens postq̄ vidit sacrū vginis diuersoriū vbi cognouit bos possessorē suū: ⁊ asin⁹ p̄sepe dñi sui: vt impleret̃ illō qð in eodē ꝓpheta scriptū est. ¶ Beat⁹ q̄ seminat sup aquas: vbi bos ⁊ asin⁹ calcāt: me audiēte iurabat cernere se fidei oculis infantē pannis inuolutū: vagiētē in p̄sepio: deū magos adorātes: stellā fulgentē desup: matrē vginē: nutritiū sedulū: pastores nocte veniētes: vt viderēt vbum qð factum erat: ⁊ iam tunc euangeliste Joānis principium dedicarēt. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum et deus erat verbum ⁊ verbum caro factum est: paruulos interfectos herodem seuientē: Mariam ⁊ Joseph fugiētes in egyptū mixtisq; gaudio lachrymis loquebatur. Salue bethleem domus panis: in qua natus est ille panis q̄ de celo descēdit. Salue effrata regio liberrima atq; carpofora cui⁹ fertilitas deus est: ex te mihi egredict̃ q̄ sit princeps israel: ⁊ egressus eius ab initio a dieb⁹ eternitatis. De te quondam micheas propheta vaticinatus est: tu Bethleem domus effrata: non minima es in millibus iuda. ¶ Propterea dabis eos vsq; ad tēpus parientis partum: ⁊ reliquie fratrum ei⁹ cōuertentur ad filios israel. In te eñi natus est princeps: qui ante luciferum genitus est: cuius de patre natiuitas omnem excedit etatem: ⁊ tandiu in te dauitici germinis origo permansit: donec virgo pareret: ⁊ reliquie populi credētes in christū conuerterentur ad filios israel: ⁊ libere p̄dicarēt. Uobis oportebat loqui primum verbum dei: sed quoniam repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Dixerat enim dominus. Non veni nisi ad oues pditas domus israel. Et eo tp̄e Jacob super eo verba cōpleta sunt. Non deficiet princeps ex iuda: neq; dux de femore eius: donec veniat cui repositū est: ⁊ ipse erit expectatio gentium. Bene enim dauid iurabat: bene vota faciebat dicens. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis ⁊ palpebris meis dormitationem. Et requiē temporibus meis donec inueniam locum dño tabernaculum deo Jacob. Et statim quid desideraret exposuit atq; oculis prophetalibus quē nos iam venisse credimus ille venturū esse cernebat. Ecce audiuimus eum in effrata inuenimus eū in campis silue zoḣ quippe sermo hebraicus: vt te docēte didici. nō Mariā matrē dñi hoc est astin sʒ iþʒ id est aston significat. vnde loquitur confidēter. Introiuimus in tabernaculum eius adorauim⁹ in loco vbi steterunt pedes eius. Et ego misera atq; peccatrix: digna sum iudicata deosculari presepe: in quo dominus paruulus vagijt: orare etiā in spelunca in qua virgo puerpera deum fudit infantē. Hec requies mea q̄ domini patria est: hic habitabo: quoniam saluator elegit eā: paraui lucernam christo meo: anima mea illi viuet: ⁊ semē meum seruiet ipsi. ¶ Haud ꝓcul inde descendit ad turrim ader: idest gregis: iuxta quā Jacob pauit greges suos: ⁊ pastores nocte vigilantes audire meruerūt: gloria in excelsis deo: ⁊ super terrā pax hoib⁹ bone voluntatis. Dumq; seruāt oues inuenerunt agnum dei puro ⁊ mundissimo vellere: quod in ariditate totius terre celesti rore completū est: cuius sanguis tulit peccata mundi: ⁊ exterminatorē egypti militis fugauit in postibus. Statimq; ɔcito gradu cepit p viam veterē pgere que ducit gazam ad potētias vel diuitias dei: et tacita secū voluere quō eunuchus ethiops gētiū populum p̄figurans mutauerit pellē suam: ⁊ dux vetus relegit instrm fontes reperit euāgelij: atq; inde ad dexteram transijt ad bethsur: ⁊ venit erchol: que in botrum vertitur. Uñ in testimonium terre fertilissime et in typum eius qui dicit. Torcular calcaui solus: ⁊ de gentibus non est vir mecū: exploratores botrum mire magnitudinis portauerūt. Nō est longū spaciū: intrauit sarre cellulam videns in cunabulis Jsaac ⁊ vestigia: querc⁹ Abraā sub qua vidit diē christi ⁊ letatus est atq; inde cōsurgens ascēdit hebron: hec est cariathharbe id est oppidū viroꝝ quatuor: vʒ Abraā Jsaac ⁊ Jacob: ⁊ Adam magni: quem ibi conditū iuxta librū Jesu naue: hebrei autumo: lʒ plerisq; caleph quartum putent: cuius ex latere memoria demōstratur. Noluit pgere cariathsepher. id est viculū literarum: q2 contemnens occidētem literam reparat sp̄m viuificantē: magisq; mirabat̃ superiores ⁊ inferiores aquas quas othoniel fili⁹ iepho necenem ꝓ australi ⁊ arida possessione susceperat: et quaꝝ ductu sicco s priores instrumēti agros fecerat irriguos vt redemptionem veterū peccatoꝝ aquis baptismi reperiret. Altero die orto iam sole stetit ī supercilio capharberuch: id est ville benedictionis: quem ad locum Abraam dñs persecutus ē. Uñ latā despiciēs solitudinē: ⁊ terrā quōdā sodome ⁊ gomorre adame ⁊ seboim ɔtemplata est balsami vineas in engaddi: ⁊ segor vitulam consternātē: q̄ prius bale vocabat̃: ⁊ zoaram: hoc est paruulā syro sermone translata est. Recordabat̃ spelunce loth: ⁊ versa in lachrymas: virgines socias admonebat: cauendū esse a vino in quo est luxuria: ⁊ cuius opus moabite sunt ⁊ āmonite. Diu herens in meridie: vbi sponsa cubantē reperit spōsum: ioseph inebriatus est cū fratribus suis. Reuertit̃ hierosolymā: ⁊ per tecuā atq; amos rutilātem montis oliueti lucē aspiciāt: de quo saluator ascēdit ad patrē: in quo pannos singulos vacca rufa in holocaustum dñi cremebat̃: ⁊ cuius cinis

expiabat ppl'm israel: in quo iuxta Ezechielē che
rubin de tēplo trāsmigrātes: ecclesiā, dn̄i funda-
uerūt. ¶ Ingressaq; sepulchrum lazari Marie ⁊
Marthe vidit hospitiū: ⁊ bethfage villā sacerdo
taliū maxillariū ⁊ locū in quo pullus lasciuiens
gētiū dn̄i frena suscepit: apostolorūq; stratus ve
stibus: mollia terga ꝓbuit ad sedēdū. Rectoq; iti
nere descendebat hierico: cogitās illum de euan
gelio vulneratū: ⁊ sacerdotib' ⁊ leuitis mētis fe
ritate ꝑtereūtibus: clementiā samaritani. i. custo
dis: qui semineceȝ suo imperio imposito iumēto
ad stabulū ecclesie reportauit: ⁊ locū adōmim: qđ
interpretatur sanguinū (q2 multus i eo sanguis
crebris latronum fundebat incursibus) ⁊ arbo-
res sicomorum zachei. i. bone pn̄ie opera quibus
cruenta dudū ⁊ noxia rapinis ꝑtā calcabat: ex-
celsumq; dn̄m de excelso virtutum intuebat: ⁊ iu
xta viā cecoꝝ loca q̄ receptis luminibus vtriusq;
ppl'i credentis in dn̄m sacramēta premiserat. In
gressa hierico vidit vrbem: quaȝ fundauit ayel in
abyram primogenito suo ⁊ cui' portas posuit in
segub nouissimo filioꝝ. Intuita est castra galga-
le ⁊ aceruum preputioꝝ: ⁊ secūde circūcisionis my
sterium: ⁊ duodecim lapides qui de iordanis alueo
illuc translati duodeciȝ apostoloꝝ fundamēta fir
mauerant: ⁊ fontē quōdā legis amarissimū ⁊ ste-
rilem: quem verus heliseus sua ꝯcludit sapiētia
⁊ in dulcorē vbertatēq; ꝯuertit. ¶ Vix nox trāsie
rat feruētissimo estu venit ad iordanē: ⁊ stetit in
ripa fluminis: ⁊ orto sole solis iustitie recordata
est: q̄ꝺ in medio iordanis alueo sicca sacerdotes
posuerint vestigia: ⁊ ad helie atq; helisei impe-
rium stātibus ex vtroq; latere aquis: iter vnda ꝑ
buerit: pollutasq; diluuio aquas: ⁊ totius huma
ni generis īterfectione maculatas: suo dn̄s mū-
dauerit baptismate. ¶ Lōgū est si velim de valle
achor dicere. i. tumulti atq; turbarū: in qua furtū
⁊ auaritia condemnata est: ⁊ de bethel domo dei
in qua super nudam humū: nudus ⁊ pauper dor-
miuit Jacob ⁊ posito subtus caput lapide: in za-
charia septē oculos habere describitur: ⁊ i Esaia
lapis dicitur angularis. Vidit scalaȝ ad celū vsq;
tendētem: in qua dn̄s desuper innitebat: ⁊ ascen-
dentib' porrigens manum ⁊ negligentes de sub
limi ꝑcipitans. Sepulchraq; in monte effraim ie
su filij naue: ⁊ eleazari filij Aarō sacerdotis: e re-
gione venerata est: quoꝝ vnus cōditus est in tan
nata septētrionali parte mōtis gazaz: alter in ga-
baath filij finees: satisq; mirata est: q' distributor
possessionum sibi montana ⁊ aspera delegisset.
¶ Quid narreȝ de sylo in qua altare dirutū ho
dieq; monstratur: ⁊ raptum sabinarum a tumulo
tribus biniaminaca ꝑcurrit. Trāsiuit sichē (non
vt plerique errāter legunt sychar q̄ nunc neapolis
appellat) ⁊ ex latere montis garizim extructam:
circa puteum Jacob intrauit ecclesiam: sup quaȝ
dn̄s residens sitiensq; ⁊ esuriēs: samaritane fidei
sanctus est: que quinq; mosaicoꝝ voluminum vi
ris: ⁊ sexto quē se habere iactabat errore dosithei
derelicto veruȝ messiam ⁊ verum reperit saluato
rem. Atq; inde diuertēs vidit duodecim patriar-
charum sepulchra ⁊ sebastem. i. samariam: que in
honorem augusti ab herode rege greco sermone
augusta est noīata. Ibi siti sunt helise' ⁊ abdias
ꝓpheta: ⁊ (quo maior īter natos mulieꝝ nō fuit)
baptista Joānes vbi multis incrculit mirabilib'
Nāq; cernebat demones varijs rugire cruciatib'
⁊ ante sepulchra sanctoꝝ vlulare hoīes lupoꝝ vo
cibus: latrare canū: fremere leonū: sibilare serpē
tiuȝ: mugire tauroꝝ: alios rotare caput: ⁊ post ter
gum terram vertice tangere: suspēsisq; pede femi
nis vestes non defluere in faciem. Miserebat oīȝ
⁊ ꝑ singulos effusis lachrymis: christi clemētiaȝ
precabat: ⁊ sicut erat inualida ascendit pedibus
montem: in cuius duabus speluncis ꝑsecutionis
⁊ famis tempore abdias propheta centum ꝓphe
tas aluit pane ⁊ aq̄. Hinc cito itinere ꝑcucurrit
nazarā nutriculā dn̄i: chanaā ⁊ capharnaū signo
rum eius familiares: lacū thiberiadis nauigāte
dn̄o sanctificatū ⁊ solitudinē in qua mltoꝝ popu
loꝝ milia paucis saturati sunt panib' ⁊ reliquijs
nascentiū repleti sunt cophini duodecim tribuū
israel ascendebatq; montem thabor: in quo trās-
figuratus est dn̄s: aspiciebat procul montes here
mum ⁊ hermoniim: ⁊ cāpos latissimos galilee: in
quib' sisara ⁊ oīs eius exercitus barach vincēte
prostratus est torrens cyson qui mediaȝ planiciē
diuidebat ⁊ oppidū iuxta naym: in quo vidue su-
scitatus est filius mōstrabat. Dies me prius q̄ ser
mo deficiet: si voluero cūcta percurrere: que pau
la venerabilis fide īcredibili peruagata est. Trāsi
bo in egyptuȝ ⁊ in sochot atq; apud fontē sanson
(quem de molari maxille dente produxit) subsistā
parūper: ⁊ arentia ora colluam vt refocillatus vi
deam morastim sepulchrum quondam michee ꝓ
phete nunc ecclesiam: ⁊ ex latere derelinquā cho
reos / getheos / maresa / idumeaȝ ⁊ lachis: ⁊ ꝑ are
nas mollissimas per gentium vestigia subtrahē
tes latamq; heremi vastitatem veniaȝ ad egyptū
fluuium syor: qui interpretatur turbid': ⁊ quinq;
egypti transeam ciuitates: que loquūtur lingua
canadithidi: ⁊ terrā gessen ⁊ chananeos: in q̄bus
fecit deus mirabilia: ⁊ vrbem no. que postea versa
est in alexādriam ⁊ oppidum domini nytriam in
quo purissimo virtutuȝ nytro: sordes lauant quo
tidie plurimorum. Quod cum vidisset occurrēte
sibi sancto ⁊ venerabili episcopo Isidoro confesso
re ⁊ turbis innumerabilibus monachoruȝ ⁊ q̄b'
multos sacerdotalis ⁊ leuiticus sublimabat gra-
dus letabat ad gloriam dn̄i: sed se indignam tan
to honore fatebat. Quid ergo narreȝ macharios
arsenios: serapiones: ⁊ reliqua columnaruȝ chri
sti nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorū
nō pedibus aduoluta est? Per singulos sanctos
christum se videre credebat: ⁊ q̄cquid in illos cō
tulerat contulisse se in dn̄o letabatur. Mirus ar-
dor ⁊ vix in femina credibilis fortitudo oblita se
xus ⁊ fragilitatis corꝑe īter tot milia monacho-
rum cum puellis suis habitare cupiebat: ⁊ forsitā
a cunctis eam suscipiētibus impetrasset: nisi ma-
ius sanctoꝝ locoꝝ traxisse desiderium: atq; ꝓpter
feruentissimos estus de pelusio maynmam naui-
gatione ꝑueniens: tanta volocitate reuersa est: vt
auem putares. Nec multo post in sanctā bethleē
mansura veniens perpetuo augusto per trienniū
māsit hospitio donec extrueret cellulas ac mona
steria ac diuersoriū peregrinoꝝ iuxta viam cōde-
rat: in qua Maria ⁊ ioseph hospitium nō īuene
rant. Hucusq; iter eius descriptum est: qđ mltis
virginibus ⁊ filia comite peragrauit. ¶ Nunc vit

tus eius latius describat: que ipsius propria est
exponenda deo iudice ac teste: profiteor me nihil
addere nihil in maius extollere more laudantiũ
sed (ne rerum excedant fidez) multa retrahere: ne
apud detractores: et genuino semper dente roden
tes fingere putet et cornicem esopi alienis colori-
bus adornare: q̄ prima xp̄ianoꝝ virtus est tãta se
humilitate deiecit: vt qui eam videret: et pro cele-
britate nominis videre gestiret ipsam esse nõ cre
deret sed ancillarum vltimam. Et cuz frequentiꝰ
choris virginum cingeretur: et veste et voce et habi
tu et incessu minima omnium erat. Nunq̄ post vi
ri mortem vsq̄ ad diem dormitionis sue cuz vllo
comedit viro q̄uis eum sanctum et in pontificali
sciret culmine positũ. Balnea nisi periclitãs nõ
adijt: mollia etiã i grauissima febre lectuli strata
nõ habuit sed super durissimam humum stratis
cilicioliis quiescebat (si tñ illa quies dicẽda est) q̄
iugibus pene orationibus dies noctesq̄ iũgebat
illud implens de psalterio. Lauabo per singulas
noctes lectuz meũ lachrymis meis stratũ meum
rigabo. In qua vt fontes crederes lachrymaruz:
ita leuia peccata plangebat vt illaz grauissimoꝝ
criminum crederes ream. Cũq̄ a nobis crebrius
moneretur vt parceret oculis: vt eos suaret euã-
gelice lectioni: aiebat turpanda est facies: quam
contra dei preceptum purpuris et cerusa et stiblo
depinxi: affligendum est corpus quod multis va-
cauit delitijs: longus risus perpeti compensandꝰ
est fletu: mollia lintheamina et serica p̄ciosissima
asperitate cilitij commutanda. Que viro et seculo
placui: nunc xp̄o placere desidero. Si inter tales
tantasq̄ virtutes castitatem in illa voluero p̄dica
re superfluus videar: in qua (etiã cũ secularis eẽt)
olim rome matronarũ exẽplum fuit: que ita se ges
sit vt nunq̄ de illa etiã maledicoꝝ quisq̄ auderet
fame confingere. Nihil animo eius clemẽtius: ni
hil erga humiles blandiꝰ fuit. Nõ appetebat po
tentes nec tamẽ superbos et gloriolam querẽtes
studio despiciebat. Si pauperem viderat sustẽta
bat si diuitem ad bene faciendum cohortabatur.
Liberalitas sola excedebat modum et vsuras tri-
buens euersuram quoq̄ sepe faciebat vt nulli sti-
pem rogantium denegaret. Fateor errorem meũ
cur in largiẽdo esset profusior arguebam illud p
ferens de apostolo: non vt alijs refrigeriuz vt vo
bis aũt tribulatio: sz ex qualitate in hoc tempore
vt abundãtia vestra sit ad illoꝝ inopiam. Et hoc
de euangelio saluatoris qui habet duas tunicas
det alteram non habenti: et prouidendum esse ne
qđ libenter faceret semper facere nõ posset: mul-
taq̄ hmõi que illa mira verecũdia et s̄mone par-
cissimo dissoluebat testẽ inuocans dñm se pro il-
lius noĩe cuncta facere: et hoc habente voti vt mẽ
dicans ipsa moreretur: vt vnũ nũmum filie non
dimitteret: et i funere suo alieno syndone inuolue
retur. Ad extremuz inferebat. Ego si petiero mul
tos inueniam qui mihi tribuãt: mendicãs si a me
non acceperit (que ei possum etiam ite alieno tri
buere et mortuus fuerit.) A quo aĩa eius require
tur? Ego cautior in re familiari esse cupiebaz sed
illa ardẽtior fide toto saluatori animo iũgebatur
et pauperez dñm pauper spiritu sequebať: reddẽs
ei qđ acceperat: p ipso pauper facta. Deniq̄ cõse-
cuta est qđ optabat et in grandi ere alieno filiã, de
reliquit: qđ hucusq̄ debẽs nõ suis viribꝰ sed chri
sti se fidit misericordia redditurã. Solẽt plereq̄
matronarum buccinatoribus suis dona cõferre:
et in paucos largitate profusa manuz a ceteris re
trahere: quo illa oĩno carebat vitio. Ita cũ sin-
gulis suam pecuniã diuidebat vt singulis neces-
sarium erat: nõ ad luxuriam sed ad necessitatem.
Nemo pauperuz vacuus reuersus est. Qđ obtine
bat non diuitiarum magnitudinem sz prudẽtia
dispensandi illud semper replicans: beati miseri
cordes: qm̃ ipsi misericordiam ɔsequẽtur et sicut
aqua extiguit ignẽ: ita eleemosyna extinguit pec
cata: et facite vobis amicos de iniquo mãmona q̄
vos recipiãt i eterna tabernacula et date eleemo
synam: et ecce oĩa munda sunt vobis et verba Da-
nielis regẽ nabuchodonosor premonẽtis: vt elee
mosynis redimeret peccã sua. Nolebat in his lapi
dibus pecuniam effundere: qui cum terra et seclo
transituri sunt: sed in viuis lapidibꝰ qui voluunť
sup terrã: de q̄bus in Apoca. Joã. Ciuitas regis
magni extruitur: quos in saphirũ smaragdum et
ceteras gemmas esse vertendos scriptura cõme-
morat. Uerum hec cõia possunt esse cum paucis:
et scit diabolus in summo culmine virtutuz posita
vnde loquiť ad dominum post amissam Job sub-
stantiã: post euersam domuz: post liberos interfe
ctos: corium pro corio: et oĩa q̄ habuerit homo da
bit pro aĩa sua: sed extende manum tuam et tange
ossa et carnes eius nisi in faciem benedixerit tibi.
Scimꝰ plerosq̄ dedisse eleemosynã sed de pprio
corpore nihil dedisse/porrexisse egentibꝰ manuz
sed carnis voluptatem superatos: dealbasse ea q̄
foris erãt: et intus plenos fuisse de ossibꝰ mortuo
rum. At nõ Paula talis que tãte ɔtinẽtie fuit vt
ppe mensuram excederet et debilitatẽ corporis
nimijs ieiunijs ac labore ɔtraheret q̄ exceptis fe
stis diebus vix oleũ in cibo caperet: vt ex hoc vno
estimaretur. Quid de vino et liquamine et piscibꝰ
et lacte ac melle et ouis et reliq̃s q̄ gustu suauia sũt
indicarit: in q̄bus sumendis q̄dam se abstinẽtissi
mos putãt: et si his ventrez ingurgitauerint: tutã
pudicitiã suspicanť. Semper virtutes sequiť in-
uidia: feriuntq̄ summos fulgura mõtes. Nec mi-
rum si hoc de hoĩbus loquar cum etiam dominꝰ
noster phariseorum zelo sit crucifixus: et oẽs san
cti emulos habuerint: in paradiso quoq̄ serpens
fuerit cuiꝰ inuidia mors introiuit in orbẽ terraꝝ.
Suscitarat ei dñs adam qui eã colaphizaret: ne se
extolleret et quasi quodam stimulo carnis septus
admonebat ne magnitudine virtutũ altius sape-
ret alterisq̄ vitijs feminaꝝ se in excelso crederet
constitutam. Ergo aiebam liuori esse credẽduz et
dãdum in fante locũ qđ fecisset iacob in fratre suo
Esau et dauid in ptinacissimo inimicorum Saul:
quoꝝ alter i mesopotamiã fugerit alter se alophi
lis tradiderit: mallẽs hostibꝰ q̄ inuidis subiace-
re. At illa iuste rñdebat hoc dicẽs. Si diabolꝰ cõ-
tra seruos dei: et ancillas nõ vbiq̄ pugnaret: et ad
oĩa loca fugiẽtes p̄cederet si nõ sanctorũ locorũ
amore retineret et bethleẽ meã i altera reperire
possem parte terraꝝ. Cur enĩ nõ patiẽtia liuorem
superẽ? Cur nõ humilitate frangã supbiã et per-
cutienti maxillã alterã nõ offerã dicẽte apostolo
Paulo: vincite in bono malũ: Nõne apostoli glo
riabanť: qm̃ p dño passi sunt ɔtumelias? Nõne ipse

saluator humiliauit se formã serui accipiẽs fact⁹
obediẽs patri vsqz ad mortẽ: mortẽ aũt crucis vt
nos sua passione saluaret. Iob nisi certasset et vi-
cisset in ꝑlio nõ accepisset coronã iustitie: nec au-
diuisset a dño: putasne me tibi aliter locutũ ꝙ vt
appareres iustus. Beati dicunt in euãgelio q ꝑse-
cutionẽ patiuntur ꝓpter iustitiã. Secura sit ꝯsciẽ-
tia ꝙ nõ ꝓpter pctã patiamur: ꝛ afflictio in seculo
materiã ꝑmiorũ est. Si qñ ꝑctor fuisset inimi-
cus ꝛ vsqz ad ꝟboꝝ iurgia ꝓsiluisset illud psalterij
decãtabat. Cum ꝯsisteret peccator aduersum me
obmutui ꝛ silui a bonis. Et rursuz. Ego eñi quasi
surdus nõ audiebã: ꝛ q̃si mut⁹ nõ aperiẽs os suũ:
ꝛ factus suz quasi hõ nõ audiẽs nec habẽs in ore
suo increpationes. In tẽtationibus ꝟbo deutero-
nomii ꝟba voluebat. Tentat vos deus vester: vt
sciat si diligitis dñm deũ vestrũ ex toto corde vr̃o
ꝛ ex tota aĩa vestra. In tribulationibus ꝛ angu-
stiis Esaie replicabat eloq̃a. Qui ablactati estis a
lacte: qui abstracti ab vbere tribulationẽ sup tri-
bulationẽ expectare: spem super spẽ adhuc pusil-
lũ ꝓpter maliciã labioꝝ ꝓpter linguã malignaz.
Et scripture testioniũ in ꝯsolatiõẽ suã differe-
bat ablactatoꝝ esse ꝛ coꝝ q ad virilem etatẽ pue-
nissent: tribulationẽ sup tribulationẽ sustinere:
vt spẽ sup spẽ mererẽt accipe: sciẽtes qm̃ tribula-
tio patiẽtiã opat: patiẽtia ꝓbationẽ: ꝓbatio spẽ:
spes aũt nõ confundit: ꝛ ꝙ is q foris est noster hõ
corrumpit: ille q intus est innouet ꝛ in ꝑsentiaꝝ
momentaneũ ꝛ leue tribulationis noster eterne
glorie põdus operet in nobis nõ aspiciẽtib⁹ q vi-
dẽtur sed q nõ vidẽtur. Que eñi vident tẽporalia
sunt q aũt nõ videt eterna. Nec longũ fore temp⁹
etiã si humane impatiẽtie tardũ ꝯ videat: qñ dei
statim sequat auxiliũ dicentis. Tpe oportuno ex
audiui te: ꝛ in die salutis auxiliatus sum tui. Nec
dolosa labia ꝛ linguas iniquoꝝ eẽ metuẽdas: cũ
dño adiutore letemur ꝛ ipm audire debeam⁹ mo
nentẽ ꝑ patientiã vestrã possidebitis aĩas vr̃as:
ꝛ nõ sunt condigne passiones huius tpis ad futu
ram gloriam q reuelabitur in nobis: ꝛ alibi. Pa
tiẽter agamus in oĩbus q accidũt nobis. Patiẽs
eñi vir multus in prudẽtia: q eñi pusillanimis est
vehemẽter insipiẽs est. Itẽ in laboribus ꝛ crebra
infirmitate dicebat. Qñ infirmor tũc fortior suz:
ꝛ habemus thesaurũ istũ in vasis fictilib⁹ donec
mortale hoc induat immortalitatem ꝛ corrupti-
uum hoc vestiat incorruptionẽ. Et iterum: sicut
abundãt passiones xp̃i in nobis: ita ꝑ xp̃m abun
dat ꝯsolatio. Ac deinde vt socij passionũ estis: ita
ꝛ cõsolationis eritis. In merore cãtabat. Quare
tristis es aĩa mea: ꝛ quare conturbas me. Spera
in deo qm̃ adhuc ꝯfitebor illi salutare vult⁹ mei ꝛ
deus me⁹. In ꝑiculis loquebat. Qui vult venire
post me: abneget semetipm ꝛ tollat crucẽ suã qt̃i
die: ꝛ sequatur me. Et iteꝝ q voluerit aĩam suam
saluã facere perdet eã: ꝛ q ꝑdiderit aĩam suã pro-
pter me saluã eã faciet. Qñ dispẽdia rei familia-
ris ꝛ auersio toti⁹ patrimonij ei nũciabat aiebat.
Quid eñi ꝓdest hoĩ si totum mundũ lucrifecerit:
ꝛ anime sue dãnum habuerit? Aut quam dabit
homo commutationem ꝓ aĩa sua? Nudus exiui
de vtero matris mee: nudus ꝛ redeam. Sicut pla
cuit dño ita factum est: sit nomẽ dñi benedictum.
Et illud. Nolite diligere mundum: neqz ea que in

mundo sunt: qm̃ omne quod in mundo est deside
rium carnis est: ꝛ cõcupiscẽtia oculoꝝ et supbia
vite huius que non est ex patre: sed de mundo est
ꝛ mundus transibit ꝛ concupiscentia eius. Scio
eñi scriptas infirmitates grauissimas liberorũ
ꝛ maxime toxotij sui quẽ plurimũ diligebat cũqz
illud virtute complesset: turbata sum et non sum
locuta: in hec ꝟba prorupit. Qui amat filiuz aut
filiã sup me non est me dignus. Exorans ad dñm
loquebatur possidẽ filios mortificatorum qui ꝓ
te quotidie mortificãt corpora sua. Noui susurra-
tionem quandã (quod genus hoim vel pernicio-
sum est) quasi beniuolum nũciasse: ꝙ ꝓ nimio fer
uore ꝟtutũ quibusdã videretur insana: ꝛ cerebrum
illius dicerent ꝯfouẽdũ. Cui illa rñdit. Theatrũ
facti sumus mundo ꝛ angelis ꝛ hoĩbus. Nos stul
ti ꝓpter xp̃m sed stultum dei sapientius est homi
nibus. Unde ꝛ saluator loquitur ad patrẽ tu scis
insipientiam meã quã in euãgelio et ꝓpinqui q̃si
mentis impotẽ ligare cupiebant ꝛ aduersarij su-
gillabãt dicentes demoniũ hz ꝛ samaritanus est:
ꝛ i belzebub principe demonioꝝ eijcit demonia.
Sed nos audiam⁹ apostolũ cohortantem: hec est
gloria nr̃a testimonium ꝯsciẽ nr̃e: qm̃ in sanctita-
te ꝛ sinceritate ꝛ gratia dei conuersati sumus in
hoc mũdo. Et dñm dicẽtẽ ad apostolos. Ideo mũ
dus vos odit: qr nõ estis de mũdo. Si eñi essetis
de mũdo amaret vtiqz mũdus qd̃ suũ erat. Et ad
ipm dñm ꝟba vertebat dicẽs. Tu nosti cordis ab
scõdita ꝛ hec oĩa venerũt sup nos: ꝛ nõ sum⁹ obli
ti tui: nec inique egimus in testm̃ tuũ nec auersũ
est retrorsum cor nr̃m. Et ꝓpter te mortificamur
tota die: ꝛ reputati sumus vt oues occisionis: sz
dñs auxiliator me⁹ nõ timebo qd faciat mihi hõ.
Legi eñi. Fili honora dñm: ꝛ ꝯfortaberis: ꝛ extra
deum nullum metueris. His ꝛ talib⁹ testimonijs
quasi armatura xp̃i: ꝛ aduersus quidẽ oĩa vitia sz
ꝑcipue instruebat se cõtra inuidiã seuientẽ: ꝛ pa-
tiendo iniurias furorem rabidi pectoris mitiga
bat. Deniqz vsqz ad diẽ mortis ꝛ huius patiẽtia
ꝛ aliorum zelus oĩbus patuit: q suum rodit auto-
rẽ: ꝛ dum emulũ ledere nitit: in semetipm ꝓprio
furore bachatur. Dicã ꝛ de ordine monasterij quõ
sanctorum continentiam in suum cõuerteret lu-
crum. Seminabat carnalia: vt meteret spiritua-
lia: dabat terrena: vt celestia tolleret: ꝑdita conce
debat vt ꝓ his eterna mutaret. Post viroꝝ mo-
nasteriuz qd̃ viris tradiderat gubernãdũ plures
ꝟgines quas e diuersis ꝓuincijs congregarat: tã
nobiles ꝙ medij et infimi generis i tres turmas
monachoꝝ diuisit ita dũtaxat: vt in opere et cibo
separate: in psalmis ꝛ orationibus iungerentur.
Post alleluya cantatum quo signo vocabantur
ad collectaz nulli residere licitũ erat sed primas
vel inter ꝑmas veniẽs: ceteras operiebat: pudore
ꝛ exẽplo ad laborẽ eas ꝓuocãs nõ terrore. Ma-
ne hora tertia: sexta nona vespa: noctis media: ꝑ
ordinẽ psalteriũ canebat: nec licebat cuiqz soroꝝ
psalmos ignorare nec nõ de scripturis sanctis aliqd quo-
tidie discernere. Die tñ dñico ad ecclesiam ꝓcede
bãt ex cui⁹ habitabãt latere: ꝛ vnãqqz agmẽ ma-
trẽ ꝓpriã sequebat. Atqz inde pariter reuertẽtes:
instabãt opi distributo: ꝛ vel sibi vel ceteris indu-
mẽta faciebant. Si q erat nobilis: nõ ꝑmittebat
nec de domo sua habere comitẽ: ne veterũ actuũ

vt doceat te regulam ⁊ cōuersationem monacho
rum. Dicit abbati. Sicuti iubes dñe mi pater: sic
faciam: ⁊ ꝓtulit q̄ngentos solidos deditq̧ in ma
nu abbatis dicens. Accipe pater interim istos si
videro q̄ꝛ possum sufferre hic: veniāt et illa reliq̄.
Uocauit autem abbas vnū fratrē Agapitū noīe:
virum sctm̄ ⁊ compassibilem: ⁊ tradidit in manu
eius Smaragdū ⁊ dicit ei. Ecce mō hic erit filius
tuus ⁊ discipulus talem eū cōsigna: vt exuperet
magistrum: ⁊ flexis genibus facta oratione consi-
gnauit eum: ⁊ r̄ndentes oēs dixerūt. Amen. Su-
scepit eum agapitus in cellam suaꝫ ⁊ q̄ꝛ habebat
vultū decorū smaragd⁹: dū veniebat in ecclesiaꝫ
ad dep̄candum dñm multos illoꝝ diabolus exci
tabat aduersus decorē vultus ꝑeius malas cogi
tationes: ita vt omnes molesti essent abbati: qui
talem pulchritudinem duxisset in monasterium.
Hec audiēs abbas: vocauit smaragdum: ⁊ dixit
ei. Fili pulchra est facies tua: timeo ne sit ruina
īfirmis fratribus: placeat nobis: vt sedeas solus
in cella tua: ⁊ ibi conueniet tibi mādūcare ⁊ psalle-
re ⁊ nō īde te egressuꝫ alicubi: ⁊ p̄cepit Agapito:
vt prepararet cellam solitariā: vt in ea solus de-
geret smaragdus. Fecit autē agapitus oīa que a
parte monasterij fuerāt impetrata: ⁊ introduxit
smaragdū in cellam solitariā. ⁊ erat ibi orationi-
bus vacans ieiunijs ⁊ vigilijs nocte ac die operā
dabat seruiēs domino in simplicitate cordis ita
vt miraretur p̄dictus frater: q̄ eum susceperat: et
oībus fratribus retulit eius cōstantiam ⁊ omes
collaudabāt deū qui in infirma etate talia opera
batur. ¶ Paphūcius aūt pater eius cū reuersus
fuisset de monasterio ad domū ꝓpriam festinans
ingressus est cubiculū: in quo filia eius manere so
lita erat. Et nō inuēta tristis tremēsq̧ effectus.
cepit exquirere anxius seruos ⁊ āncillas. quid de
eufrosina filia eius actum esset. Pueris aūt dicē-
tibus q̄ꝛ nocte vidimus eā mane autē facto nō cō
paruit: putauimus eñ qđ pater illius q̄ eā despō
sauit venisset ⁊ tulisset eā. Misit igr̄ seruos suos
ad domum illius ⁊ nō inuenerunt eā. Audiēs au
tē sponsus ⁊ pater contristati sunt valde. Et ve-
niētes ad paphūcium inuenerunt illū vehemen-
ter afflictum iacentē in terra: ⁊ dixerūt ei forsitā
aliq̄s seduxit eā: ⁊ fugit cum illo. Statimq̧ serui
cū eq̄s ꝑ totam alexandriam ⁊ egyptū missi sunt.
Erāt aūt ibi ⁊ nauem intrātesq̧ in eas reqrebant
ꝑ viam ⁊ scrutātes monasteria puellarū heremū
speluncas: ꝑ domosq̧ amicorum ⁊ vicinorum: et
nusq̄ repertam lugebant eam quasi mortuā. So-
cer nurum sponsus spōsam flebat: pater lugebat
filiam dicēs. Heu heu filia dulcissima: heu me lu
men oculoꝝ meorum consolatio vite mee. Quis
meā inuasit facultatem. Quis meā possessionem
sparsit. Quis meā venā exiccauit. Quis lucer-
nā meā extinxit. Quis meā spem fraudauit. Quis
pulchritudinē filie mee violauit. Quis puteus lu

pus aguam meā dissipauit. Qualis locus talem
vultum tegit. Quale pelagus captiuā duxit illā
imperialē faciem. Illa generositatis constitutio:
illa male habētium cōsolatrix: illa laborātium re
quies gemētium portus erat. Terra ne celes san
guinē meuꝫ: donec videā quid eufrosine filie mee
cōtigerit. Hec ⁊ his similia Paphūcio ꝓsequēte
eleuauerūt oēs qui aderant vocē ⁊ flebant: ita vt
oīs ciuitas lamētaretur eam. Nō sufferens autē
Paphūcius nec inueniens cōsolationē: perrexit
ad memoratū senē de quo supra diximꝰ: ⁊ ꝓcidit
ad pedes ei⁹ dicēs. Peto ne cesses orare: vt inue
niat labor orationū tuarum. Nescio eñ quid ac
ciderit eufrosine filie mee. Audiēs autē venera-
bilis pater ꝯtristatus est valde: ⁊ iussit adesse oēs
fratres: ⁊ dixit eis. Ostēdite charitatem fratres ⁊
postulate a dño: vt dignetur nobis ostēdere: quid
factum sit de filia amici nostri Paphuncij. Et ie-
iunantibus omnibus ⁊ orantibus in tota hebdo
mada nihil eis reuelatum est de eufrosina: sicut
solebat q̄n aliunde rogabant dñm. Oratio enim
eufrosine erat ad dñm die noctuq̧: ne manifestaꝫ
eam faceret in vita sua. Cum autem nec seni: nec
alicui fratrum reuelatum esset cepit abbas cōso-
lari eū dicens. Fili noli deficere a disciplina dñi:
q̄ꝛ quem diligit deus corripit: ⁊ hoc scias: q̄ꝛ sine
voluntate dñi: nec vnus passerū cadet in terram:
quanto magis filie tue absq̧ illius nutu nihil ꝑ
uenit. Scio eñ q̄ꝛ bonam partē elegit sibi: ꝓpter
ea nobis nihil de ea reuelatum est. Si eñ (qđ ab
sit) in malis operibus incidisset nūq̄ despexisset
deus tantorum fratrū laborem. Habeo fiduciam
in dño: q̄ꝛ in hac vita ostendet tibi dominus eam.
Audiens hoc Paphuncius recepit cōsolationē:
⁊ osculatus senem: ⁊ omnes fratres remeauit ad
sua gratias agēs deo ⁊ orās quotidie bonis ope-
ribus: ⁊ eleemosynis intentus erat. Post aliquā
tos vero dies: visitabat monasteriū cōmēdans se
orationibus fratrū. Una aūt die veniēs ad abba-
tem: proiecit se ad pedes eius dicēs. Ora pro me
pater: non possum ferre dolorem de filia mea: sed
magis ac magis renouatur ac crescit vulnus de
die in diem: ⁊ tribulatur anima mea. Uidens aūt
eum senex nimium afflictum dicit ei. Uis collo-
quium habere cū vno fratre spirituali: q̄ venit de
palatio theodosij: ignorans q̄ ipsa eēt eufrosina
filia eius. Paphūcius dixit. Uolo: ⁊ vocauit ab-
bas Agapitum dixitq̧ ei. Tolle paphuncium et
introduc eū in cellam smaragdi: ⁊ introduxit eū
in cellam eius: nihil ei antea innotescens. Cū au
tem subito vidisset patrem suū: ⁊ cognoscens euꝫ
tota lachrymis repleta est. Paphuncius aūt spe
rabat compunctum esse fratrem illum: nō enim
cognouit eā: q̄ꝛ species vultus eius emarcuit: pre
nimia abstinentia vigilijs ⁊ lachrymis. Cuculla
autem operuit faciem suā: ne aliquo modo agno-
sceret eam: facta autem oratione sederunt. Cepit
autem ei loqui de futura regni beatitudine ⁊ glo
ria sempiterna: quomodo per eleemosynam ⁊ ca
stā vitā bonāq̧ cōuersationem ⁊ ꝑ humilitateꝫ ⁊
charitatem ad eā q̄s posset pertingere: ⁊ de cōtem-
ptu seculi: nec plus diligēdū esse filiū q̄ deuꝫ nec
patrem super eū q̄ hꝫ p̄rātem. Apostolicam quoq̧
scripturam interpretans quō tribulatio patiētiā
operatur: patientia aūt ꝓbationem. Uidēs autē
patrem

patrem suum in graui merore depressum compatiebatur ei. Sed timens ne agnosceretur ⁊ impedimentum ei faceret volens autem eū consolari dixit ei: crede mihi: q̄r non despicit te deus: ⁊ si in perditionem isset filia tua manifestaret eā tibi de⁹ vt nec illa a diabolo retenta inferret tibi: ⁊ sibi luctum perpetuum. Sed crede in deum: q̄r bonum consilium elegit: sicut dixit scđm vocem euāgelij que dr̄: qui diligit patrem ⁊ matrem sup mē: non est me dignus: ⁊ si q̄s nō abrenūciauerit oīb⁹ que possidet: non pōt meus eē discipulus. Potēs est deus: ⁊ in hoc seculo manifestare eā tibi. Sine ēt sine quid temetipm̄ cōtristando perdis. Age gratias deo nihil desperās: nā ⁊ Agapitus magister meus multoties nimis tristis dicebat mihi. Q̄r venit q̄dā hōnoie Paphūcius operibus bonis intentus: qui filiam suam tanq̄ mortuam luget nesciens q̄d ei acciderit: ⁊ nimia lamētatiōe affligitur: ⁊ maxime q̄r vnica erat illi: cū lachrymis ꝓiecit se ad pedes abbatis: vt p eius ořones ⁊ oīm fratrū posset inuenire eā. Et cōpatiēs dicebat mihi. Quō ⁊ oēs fratres: ita ⁊ tu roga pro eo deū. Et ego quasi indignus ⁊ conscius maloꝝ scelerū deꝓcabar dn̄m vt dignetur tibi sufficientiā tribuere longanimitatē: ⁊ quō expedit adimpleat tā de te q̄ de filia tua. Pro hoc ⁊ frequenter videre te volui ⁊ colloqui tecū: vt aliquam consolationē per me humilem forsitan inuenires: vt aūt nō cognosceref per multa colloquia dicit ad Paphūcium. Uade dn̄e mi. Dū recedere vellet Paphūcius aīa illius compatiebatur illi. Facies aūt eius pallebat ⁊ replebař lachrymis: p nimio aūt ieiunio et diutina tedia sanguinē eufrosina vomebat. Multū eñ cōfortatus Paphuncius in ammonitione eius discessit ab ea: ⁊ veniēs ad abbatē dixit: edificata est aīa mea ab isto fratre: ⁊ ita sum let⁹ effectus in gratia dei ⁊ consolatione eius tanq̄ si inuenissem filiā meam. Cōmēdāsq; se orōnibus abbatis ⁊ oīm fratrū reuersus est in domū suā magnificās deū. Cōpletis aūt smaragdus intra cellā suā triginta octo annis incidit in infirmitatē qua mortuus est. Quadā ꝟo die fm̄ ꝯsuetudinē venit Paphūcius ad visitandū monasterium. Et post ořonē ⁊ salutationē fratrū dixit seni. Si iubes pr̄ ꝑmitte me smaragduz videre: q̄r valde desiderat eū aīa mea. Uocatoq; agapito ꝑcepit ei de paphūcio ad visitādū smaragdū. Introiēs aūt Paphūci⁹ vbi eger iacebat cepit deosculari eū cū lachrymis dicēs. Heu me: vbi sunt ꝓmissiones tue: vbi ꝟba dulcia q̄bus mihi filiā meā videndaꝫ oculis meis ꝓmittebas? Ecce nō solū illā nō videbo: sꝫ ⁊ te per quē ꝯsolationē nō modicā habebā relinquis nos. Heu me: quisnā cōsolabitur senectutē meam? Ad quē ibo? Quis mihi erit adiutor? Duplex malū modo lugeo. Triginta ⁊ octo anni sūt q̄ ꝑdidi filiā meā nihil mihi actū est: sed ⁊ die noctuq; orabā ꝓ ea: ⁊ similis illius detinet me incōparabilis dolor. Quid sperē ammodo? Ubi cōsolationē meā inueniā? Jā descēdo lugēns in infernū. Uidēs aūt smaragdus eum vehemēter plorātem ⁊ nullā consolationē recipientē ait ad eum. Quid turbaris ⁊ teipsuꝫ interficis? Nūquid inualida est manus domini: aut deo quicq̄ est difficile? Jam pone fineꝫ tristitie tue ⁊ recordare quomodo patriarche Jacob manifestauerit deus Joseph quē quasi mortuū lugebat. Sed obsecro te ne p tres dies me deseras neq; derelinquas. Hesitans aūt Paphūcius intra semetipꝫ dixit. Forsitan de⁹ reuelabit ei aliq̄d de me. Tertio autē die dicit ad Smaragduꝫ. Expectaui sicut rogasti me dn̄e meus frater ⁊ nō discessi alicubi per tres continuos dies. Cognoscēs autē Smaragdus (qui ⁊ Eufrosina) q̄r instabat dies dormitionis ei⁹: vocauit Paphūciū ⁊ dixit ad eū. Quia de⁹ oīpotēs bene disposuit miseriā meā ⁊ impleuit desideriū: neq; vsq; in finē viriliter certādo ꝑduxit: nō mea virtute: sed ei⁹ adiutorio q̄ me custodiuit ab insidijs inimici: pacto cursu supest mihi corona iustitie: nolo te sollicitū relinq̄re ꝓ filia tua Eufrosina. Ego sum illa misera: ⁊ tu es pater me⁹ Paphuncius. Ecce iā vidisti me: ⁊ satisfactū est tibi. Sed nemo hoc sciat ⁊ nō ꝑmittas ab alio corpus meū nudari ⁊ lauari: sed p temetipm̄ hoc facies. Et q̄r ꝓmisi abbati habere me possessiōes multas: et si potuissem sustinere ⁊ ꝑdurare in loco isto adducere eas huc: imple ergo pater qđ promisi. Et scio q̄ venerabilis est locus iste: ⁊ ora ꝓ me: ⁊ hec dicens tradidit spiritum. Dū audisset Paphūcius pater eius talia verba ⁊ vidisset quod obdormiuit cōmota sunt omnia viscera eius: ceciditq; in terram: ⁊ factus est velut mortuus. Accurrēs autē Agapitus vidit q̄r defunctus esset Smaragdus ⁊ Paphuncium iacētem in terra semiuiuum iactauit aquā in faciem eius. Et leuauit eū dicens. Quid habes dn̄e mi Paphunci? Ait autem Paphūcius. Dimitte me vt hic moriar. Uidi eñ mirabilia hodie. Surgēs autem irruit in faciē eius multitudinē lachrymarum effundēs: clamauitq; dicens. Heu me dulcissima filia quare antea nō manifestasti mihi: vt ⁊ ego morerer tecū spōtanea volūtate. Ueh mihi quomodo latuisti: quomodo transisti insidias aduersarioꝝ ⁊ nequitias spiritales vite hui⁹ ⁊ introisti vitā eternā. Hec Agapit⁹ audiēs ⁊ cognoscēs tā admirabilē causam stupefact⁹ est: ⁊ currēs nūciauit oīa abbati. Ueniēs aūt abbas cecidit sup eā: ⁊ eiulās dicebat. Eufrosina spōsa christi ⁊ filia sanctoꝝ ne obliuiscaris seruoꝝ tuoꝝ ⁊ huius monasterij: sed ora ꝓ nobis ad dn̄m nr̄m Jesum xp̄m vt faciat viriliter certādo venire ad portū salutis ⁊ portionē tecū habere cū oīb⁹ sctīs suis. Et iussit abbas vt ꝯgregarentur oēs fratres ⁊ cū honore debito sanctū corpus illius sepulture daref. Dū aūt ꝯgregati adessent ⁊ vidissent tā stupēdū miraculū glorificabāt deū: qui etiā in femineo sexu ⁊ fragili tanta mirabilia operaf. Quidā aūt frater vnū habēs oculū osculatus est vultū ei⁹ cū lachrymis: statimq; vt eā tetigit oculus eius ei restitutus est. Et vidētes oēs fratres q̄ aderāt benedixerunt deū gratias agentes ei cuius sunt oīa bona q̄ sunt. Multiq; confortati ⁊ edificati sepelierūt eā cū maxima deuotione in sepulchro patrū. Pater ꝟo eius omnia q̄ habuit in ecclesias ⁊ monasteria offerēs cōuersatus est in eodem monasterio: plurimā partē substantie sue ibidē offerēs in eodem statu dormiēs ⁊ in eadem cella demoratus est: in qua ⁊ filia sua Eufrosina. Uixit autē Paphūcius pater sancte Eufrosine in sancto ꝓposito annos decē: et migrauit ad dominū: et iuxta filiam suam sepultus est: glorificante deum abbate: cum omni congre-

gatione sua. Dies autẽ migrationis eorũ ad do-
minũ celebratur in eodẽ monasterio vsqȝ in pre-
sentem diem glorificantes deum patrem et filiũ
cum sancto spiritu. Amen.

¶ Explicit vita sancte Eufrosine virginis.

¶ Incipit vita sancti Frontonij abbatis.



Q Uonĩã sepe desideratis au-
dire que sancta sunt: ⁊ ego
placide disposui operari: iã non
in pellibus capriarũ neqȝ carsidẽ
pilis: sed auro ⁊ argẽto gẽmisqȝ
preciosis decrevi ↄstruere tẽplũ
dei: vt ⁊ nos tanq̃ lapides viui
edificemur in domũ spũalez: ex
opibꝰ mediorũ ꝓficiẽtes in xp̃o
Jesu dño nostro q̃d nũc apud ny
triã gestũ sit referã ⁊ nõ preteri-
bo veritatẽ vllo mõ: qm̃ satis edificat monachos
ꝓsens opusculũ. ¶ Igit̃ Frõtoniꝰ verꝰ dei seruus
studio dei timoris de die in diẽ ꝓficiẽs publicã
ↄmunẽqȝ vitã ꝑhorrẽs: viã desiderãs solitudinis
conuocatis ad se fratribꝰ dixit (erãt eñ cũ eo viri
circiter septuaginta.) En q̃d nobis ⁊ mũdo dãnabi
le: cuius operibus renũciare oĩmodo cõdecet: vt
celestẽ ↄsequamur salutẽ. Quapropter pgamꝰ ad
heremũ nihil nobiscũ ferẽtes: ad acquirendũ ce
lestẽ gloriã: ⁊ superiorẽ inuestigemus ex virtuti-
bus disciplinã. His dictis vniuersi ↄsensere: defe-
rentesqȝ ad heremũ secũ paruã holerũ semina: et
bisacutas paucosqȝ sarculos (vñ humũ foderẽt) ꝓfe
cti sunt. Venerũt ergo ad heremũ: rursusqȝ Frõto
nius ait. Dñs in euãgelio dixit. Nolite cogitare
q̃d mãducetis aut q̃d bibatis: aut quo opimini.
Hec eñ oĩa gẽtes mũdi querũt. Querite primũ
regnũ dei ⁊ iustitiã eius ⁊ hec oĩa adijcient vobis
Tenea[illegible] ꝓmissum ⁊ inueniemus in nobis opꝰ
dñi cõseruarũ. Omnes ergo habitabant in here-
mo in opere dñi iugiter laborãtes: ⁊ in agone spi
rituali ꝓficiẽtes. Adiuuabat eñ seruos suos dñs
Ipse autem Frontonius nõ ꝓ se tantũ: sed pro
cunctis orabat: sciens scriptũ esse nõ querens q̃d
mihi vtile sit: sed quod multis: vt salui fiãt. Cũqȝ
in eadem heremo longo tempore morarentur tẽ-
tare eos aduersarius Christianorum cepit q̃ de-
buissent in seculo demorari q: Anachoritarũ vi-
ta durissima est ⁊ nemo eam potest sufferre: mur-
murauerũtqȝ in cordibus suis dicentes. Quid
est q̃d voluit pater noster Frõtonius vt habitemꝰ
in heremo: Nunq̃d illi q̃ in vrbibꝰ ⁊ castellis ha-
bitant deũ videre nõ possunt: ⁊ q̃ in heremo ha-
bitãt celos vidẽt: Nõne eos boni actus cõmẽdãt.
Quis nã poterit cibo vincere angelos: Ecce mori-
mur fame defectꝰ vigiliarum nõ capit labor: sz acrio
ra frangunt ieiunia: fiunt debilia genua: vt vnus
quisqȝ nostrũ nõ possit stare. Audiẽs quoqȝ Fron
toniꝰ eorũ murmurationẽ anteq̃ ad eũ cõuenirẽt
dicẽtes aliq̃d: ipse preueniẽs eos ait. Quousqȝ ir
ritatis deũ murmurãtes in cordibꝰ vestris ⁊ dicẽ
tes. Nunquid q̃ heremũ inhabitãt hi tantũ sunt
dei serui: ⁊ quis ex cibo poterit vincere angelorũ: Cõ
ueniamꝰ ad abbatẽ ⁊ loquamur ad eũ vt habite-
mus in ciuitate: q: si q̃ nos illic viderũt opportu-
nas nobis iuxta dei votum dirigent escas: prout
eniqȝ dñs dederit facere. Illud autẽ scitote: q: nõ
necabit dñs fame animã iustã. Ecce oculi dñi sup
timẽtes eũ: vt alat eos in fame ⁊ illud non memo
ramini scriptũ: quod ait apostolus in fame ⁊ siti:
sed in heremo nũq̃ defuerũt radices herbarũ nec
mãsiftj aliq̃ ieiuni. Recordamini q̃ ãtea locutꝰ
sum vobis. Nolite cogitare q̃d mãducatis aut q̃d
bibatis aut quo operamini: hec eñ oĩa gẽtes mũ
di querũt. Nouit dñs cibũ dare timẽtibꝰ se. Que-
rite primũ regnũ dei ⁊ iustitiã eius ⁊ hec oĩa adij-
cient vobis. Si eñ deus volatilia pascit ⁊ coruos
nõ deserit: quomodo nos derelinq̃re poterit q̃ ipsum
iugiter in mẽte hñt ẽtes: eumqȝ assidue orantes:
Certe si fame defecerimꝰ in heremo: nos dñm ac
cusemus ⁊ improperemus ei cum ad ipsum vene-
rimus dicẽtes. Credidimus euãgelio tuo: vbi di
xisti q̃ vniuersos ĩ te credẽtes celi pabulo pascis
fecimus cuncta que precepisti: sperauimꝰ in te: ⁊
tu nos despexisti. Sz q: tibi nos ꝓbasti: hic magis
vt ꝓbes veritatẽ redde q̃d ꝓmisisti. Nolite ergo
murmurare aduersum deũ: ne murmurãtes sicut
patres nostri in hoc deserto a serpẽtibꝰ pereatis
Quod si expectaueritis dñz q̃ñ voluerit dabit bo-
na timẽtibus se. Quo dicto siluerũt oẽs paululũ
a murmuratiõe sua: erãt eñ in merore positi. Ego
igit̃ ꝓposui vniuersa breuitate exequi: ⁊ cũcta ser
mone rustico cõprehẽdere: q̃cũqȝ sui ꝓsequi titu-
li fas est: ⁊ ꝑ huiꝰ libelli sententias ac syllogismos
dulci eloquio currere ꝓut põt vnusquisqȝ lector
audire. Redeamꝰ ad ordinẽ cepti opusculi vt nõ
cura videamur asserere. Venit itaqȝ ãgelꝰ missus
a dño ad quẽdã diuitẽ nocte: ⁊ dixit illi. Tu epu-
laris ĩ diuitijs splẽdide: ⁊ serui mei in heremo in-
digent pane. Surge ergo diluculo ⁊ mitte seruis
meis escas ex oĩbꝰ q̃ tibi dedi: q: ꝓcuratorẽ te po
sui gregis mei q̃ te celo iactante iugiter paui: nec
vnq̃ dimisi. Ita ergo placuit mihi ex eleemosyna
tua degere paupes meos q̃ in deserto spũaliter vi
uunt ⁊ se mihi suo dño crediderũt ⁊ idcirco fac ser
monem quẽ modo missus a dño loquor ad te. Q̃d
nisi feceris dissipabis fedus pacificum dñi dei tui.
At ille tãto errore cõuẽtꝰ: ex illo somno expgiscẽs
consurgẽsqȝ mane: aduocatis necessarijs amicis
seruisqȝ suis fidelibꝰ locutꝰ est ad eos dicens. Ja-
centi mihi nocte in lecto: quippiã soporis cepetã
⁊ ecce subito nũciꝰ mihi assistit dicẽs. En tu epula
ris in diuitijs tuis splẽdide: serui vero mei in de-
serto indigẽt panibꝰ. Surge ergo diluculo ⁊ mit-
te seruis meis escas ex oĩbus que dedi tibi: q: ꝓ-
curatorẽ te posui gregis mei. Ecce mittere quero
sed vbi morent̃ serui dei ignoro. Cupio preceptuz
implere admonitꝰ: sed quis mihi ad quẽ dirigam
locũ ostẽdet. Angelus precepit et deus qui scrito-
res estis ostẽdite locum. Et nemo valuit illi indi
care locũ: q: in abdito mõtis manebant ⁊ nemo
vbi morarẽtur agnouerat. Igit̃ altera nocte du-
riore cõminatione conuentꝰ: plagis confossus di-
ues ille corripit̃ ⁊ vrgetur vt seruis dei dirigeret
escas. Iterum diluculo cõsurgẽs a prioribus ami
cis querebat consiliũ vt sibi dicerẽt: aut certe ab
alijs inquirerẽt: vbi serui dei morarẽtur. Vrebat
ista cum magno fletu plagas ostẽdens quibus de
manu angeli fuerat nocte correptꝰ. Sed cum ne-
mo posset locum habitationis ostẽdere: vnus pre
ceteris qui maioris erat cõsilij respõdit ⁊ ait. Si
volueris accipere consiliũ meũ charissime forsitã
erit tibi hoc salubre. Sũt tibi cameli septuagin-

onera eos⁊ ex omnibus bonis quibus frelligis
et famulos posce vesci: ⁊ dirige camelos ꝑ vias
cetertine ducēre: ⁊ si ex deo hoc factū est imperiuꝫ
animalia tua salua regredientur ad te: si vero tibi
a diabolo iactura iminet: libēter tolera flagella
temporis: ꝙ acriori forte cede corripiaris. Nō si
hoc tibi consilium displicet quere aliū ꝙ dare po
terit meliꝰ ꝯsilium. Hec dicens conticuit: sꝫ ipsi di
uiti: ⁊ qui cū eo erāt huiuscemodi consilium bene
placuit. Onerauit ergo sexaginta quos camelos
ex his ꝙ dei serui comedere possent: quos vero ca
melorū cibaria facta īposuit escā cūctorū aīaliuꝫ
in maximo dolore dicēs: Si quis inuenerit eos ⁊
eorū exposuerit onera visis cibarijs miserebitur eis
⁊ dabit eis mādućare. Et cū ingēti fletu vno ordi
ne innectēs cordas: direxit eos per viam commē
dans domino vt si ex deo esset imperiū remearēt
celeriter cū salute. Nullus vero ductor cū anima
libus abijt. Et quando egressi sunt tanuā dimisit
seruulus primū cameluꝫ cuius ducalem tenebat
quē ceteri sequebātur: ⁊ abierunt per viam iuxta
ꝑcincrorū mōtis eūtes soli. Sed nescio an soli ca
meli ꝑgere potuerāt: ꝙ domini nūcio ꝑeūte: viaꝫ
directā: vt intellectū est postea abierunt: ⁊ quar
to die cōfecto itinere hora nona agētibꝰ opꝰ dei
fratribus: sicut quidam postea retulit nobis: ecce
primus excubauit ante fores camelus: sꝫ campa
ne sonituꝫ audire nō potuit ꝑstrepēs sonos hym
norū abbas tamē ipse: qm̄ prope ostium erat prior
vidit ⁊ gauisus est valde. Angustus eīn erat introi
tus monasterij ⁊ solus abbas fores suo statu clau
debat: ceteris intro positis fratribꝰ tacuit nihil re
spōdēs donec hymni cōplerent. Tūc ꝯpleto hym
norū ordine aduocatis fratribꝰ pene improperās
ait. Ubi sunt murmurationes vestre? Ecce dñs im
perio forti nobis escas ex alto misit, cui voluit vi
ro prudēti imperās: adduxit nobis camelos onu
stos. Uenite deponamꝰ onera vt possint refici ani
malia lassa. Tūc oēs mira gratulatiōe leti cōmu
niter gratiarū actionē deo reddiderunt ⁊ gauden
tes deponebāt onera camelorū: supra quos vero ca
melos reseratis sarcinis cibaria reperiūt. Abluē
tes igit animaliū pedes de stratu eorū fecerūt ꝑse
sepia ⁊ apposuerūt eis escas quas sibi ipsi porta
uerūt: necnō ipsi ēt discurrebāt ꝑ omnes montes
anfractꝰ notas īquirere herbas: vt laborātia ani
malia escis pluribꝰ reficerent. Mane autē facto
abbas cōsiliū vtile eligēs ⁊ auaritiā oīno spernens
medietatē sumpsit escarū: aliā vero ꝑtē diuidēs
sup camelos oēs ne alij viderent portare et fieret
alijs iniuria oibꝰ medium imposuit onus: velut
eulogia reuocās domino rerū vt auaritie legē sci
deret: ⁊ medietatē oblationis ꝓprio dño camelorū
cōsolās cū de animalibꝰ tātorū periculo: simulqꝫ dñꝫ
deprecans: ne accideret innocenti viro tanta ia
ctura. Octaua aūt die cū essent oēs in vnū colle
cti ieiunijs vnus ꝙ leues ac tynulas aureas habe
bat ꝑ flamina ventorū cāpanule rapiēs sonitū pau
lulū reticuit: ⁊ cū bene tādē sonātes cōphēderet
ait. Puto ex altitudine mōtiū campane sonātis
motus auditur. Tūc oēs egressi senserūt camelo
rum aduētus gratulatio mirabilis accedit: leti
cia facta sit de cōsolatione viri: naꝫ ꝙ defuncta
animalia aut perdita iā lugebat gaudēs de ꝑce
ptis animalibꝰ letabatur. Uenerūt oēs illesi nō
tristes vultu nec maciē necessitatis habētes. Su
scepit ergo camelos suos homo ille cū magna gra
tiarū actiōe: ⁊ visis onerbus multo amplius re
creatꝰ. Tunc ⁊ ille amicos ⁊ pauperes plures ad
prādiū nobile vocat: easdēqꝫ eulogias indigētibꝰ
distribuit ꝙs acceperat: sed ⁊ amicis ꝙ aderant ex
eis largitꝰ est: ⁊ ipse quoqꝫ bñdictionē sancte io
cūditatis accipiēs gaudebat i dño: ex illo igit tē
pore vsqꝫ ad mortē frōtonij: sic diues ipso notato
tēpe qn̄ primū miserat escas necessarias ipsis di
rigebat: ⁊ alijs sic diuitibꝰ dñs imperabat: vt ex
oībus dapibus irrigati nihil dei serui cū sancto
frontonio minus haberēt. Uigilabāt in operibꝰ
dei filij cū patre ⁊ spiritualibꝰ eos adimplēs da
pibꝰ āmonebat quotidie sermone celesti exultās
letabat in dño: ꝙ sibi talē dederat lecticerum: vt
auiū solitudinis loca digne ꝯsisteret: legēdūqꝫ hoc
tradidit multorū ad edificationē monachorū. Il
le ergo magis erit melior i ꝯspectu dei: nō ꝙcūqꝫ
legerit: sꝫ ꝙ credēdo dñi iussis sic fecerit. Mercedē
autem a christo iesu domino nostro recipiet: qui
eleemosynā pauperibus erogauerit: ⁊ seruos dei
recto corde intuitus fuerit in gloria domini no
stri iesu christi, cui est honor ⁊ gloria i secula secu
lorum amē. Hec tempore Antonij imperatoris
gesta sunt tertiodecimo anno imperij eius.

Finit vita sancti Frontonij.

Incipit vita sancti Symeonis heremi
te qui in col. stetit.

SAnctꝰ symeon ex vtero ma
tris sue electus est a dño et
meditabat placere illi. Erat aūt
iste filius susociō noie: ⁊ nutrie
batur a parentibus suis. Qui cū
factꝰ fuisset annorū tredeciꝫ pa
scebat oues patris sui: ⁊ videns
ecclesiam relictis pecoribꝰ īgres
sus ē: audiuitqꝫ ꝑpsm ibi legi in
terrogansqꝫ vnū seniorē ait: dñe
ꝙd est istud qd legit: senex respō
dit ei ꝓ substantia anime: vt discat homo timere
deū ex toto corde: ⁊ ex tota mēte sua. Dixit beatꝰ
Symeon. Quid est timere deum? Dicit ei senior.
Quare me flagitas fili? Et ille quasi deum inquit
interrogo te. Ista enim que a te audio discere vo
lo: quia ignarus sum ⁊ stultꝰ. Respōdit ei senior.
Fili si quis ieiunauerit iugiter ⁊ obseruationes fe
cerit per momenta: ⁊ humiliauerit seipsum om
ni homini: ⁊ non dilexerit auruꝫ neqꝫ parentes
neqꝫ vestimenta neqꝫ possessiones: ⁊ honorat pa
trem ⁊ matrem: ⁊ sacerdotes dei ꝓsequitur: hic
hereditabit regnum eternum: ⁊ qui econtrario
ista non custodit: hic hereditabit tenebras exte
riores: quas parauit deus diabolo ⁊ angelis eiꝰ.
Ista omnia fili i mōasterio exaggerant. Audiēs
hec beatus Symeon cecidit ad pedes eius dicēs.
Tu es pater meus ⁊ mater mea ⁊ doctor operum
bonorum ⁊ dux ad regna celorum. Tu eīn acqui
sisti animā meā que iam mergebatur in ꝑditionē
dominus reddat tibi vicissitudinē ꝓ anima mea
ista sunt enim que edificant: ego autem iam nūc
vadam sicut docuisti in monasterium vbi deꝰ vo
luerit: ⁊ fiat volūtas eius in me: dixit illi senior
fili priusqꝫ īgrediaris monasteriū: audi que dico
Tribulationem habiturus es: necesse est enim te

seruire ꝛ vigilare in nuditate: ꝛ idesinēter subire
mala ꝛ iterū ꝯformandus eo: vas preciosum deo: ꝛ
statim exiēs beatus Symeon de ecclesia ibat in
monasteriū sancti Tymothei magnifici viri: ꝛ p
cidens ante fores monasterij iacebat p dies q̄nq̄
nō mādūcās neq̄ bibēs ꝛ die quinta egrediēs ab
bas Tymothe⁹ īterrogauit eū dicēs. Vñ es fili:
aut quos parētes habes: qui sic affliger⁹ es: aut qd̄
est nomē tuū ne forte aliqd̄ mali gesseris: aut, for
sitā seruus sis ꝛ dn̄m tuū fugis. Tūc beat⁹ symeō
cū la hrymis dixit. Nequaq̄ dn̄e sed opto vt sim
seruus dei si ipse voluerit: quia volo saluare aīaȝ
meam perditam. Jube ergo introire in monaste
rium, ꝛ omnibus deseruire: noli me foris diutius
dimittere. Tūc apprehēsa manu eius introduxit
eum Abbas in monasterium: dicēs fratrib⁹. Fi
lioli mei ecce trado vobis istum fratrem: docete
eū canones monasterij: stetit aūt in monasterio
q̄si mēses quatuor seruiens oībus sine q̄uerela i
quibus psalterium ex integro memorie commen
dauit: quotidie percipiens cibum diuinuȝ. Cibū
vero quem simul cuȝ fratribus accipiebat tacite
pauperibus erogabat: non solicitus de crastino
fratres ergo ad vesperam: ille vero septimo die ci
bum sumebat. Una autem dieruȝ egressus ad pu
teū aquam haurire sumpsit funeȝ de situla: vnde
fratres aquam hauriebāt: ꝛ inuoluit eū toto cor⸗
pore suo nudo a renibus vsq̄ ad collū: ꝛ ingressus
dixit fratribus. Exiui haurire aquā ꝛ nō inueni
funeȝ in situla ꝛ illi dixerūt. Tace frater ne forte
agnoscat abbas quousq̄ hoc pretereat. Putrefa
ctū est autem corpus ei⁹ de ligatiōe: ꝛ asperitate
funis: quia secabat eum vsq̄ ad ossa: ingressus est
enim in carnem ita vt vix appareret. Quadā au⸗
tem die exeūtes aliqui de fratribus inuenerunt
eum cibum suum dantem pauperibus ꝛ regressi
dixerūt abbati vnde nobis adduxisti hoīem istū
Nō possumus abstinere sicut ille: de dn̄ica ein in
dn̄icam ieiunat cibos quos accipit pauperibus
erogat: sed ꝛ fetor grauissim⁹ exit de corpe eius:
ita vt null⁹ iuxta eū stare possit: ꝛ cū ambulat ver
mes de corpe ei⁹ cadūt: lectusq̄ eius plen⁹ est ver
mibus: ꝛ sic exiēs abbas inuenit sicut illi dixerūt
cui ait: fili qd̄ est q̄ dicunt fratres de te: non tibi
sufficit ieiunare sicut nos audisti euangelium de
doctoribus, dicens: quia nō est discipulus super
magistrū: erit aūt omnis pfect⁹ vt sit sicut doctor
eius dic mihi fili: fetor iste vñ pcedit: stās beatus
Symeō: nihil rn̄dit. Et irat⁹ abbas iussit eū spo
liari ꝛ inuenerūt funē circa corp⁹ ei⁹: ita vt nihil
pareret de eo nisi summitas tm̄: exclamās aūt ab
bas voce magna dixit. Unde nobis aduenit iste
hō destruere volēs regulā monasterij. Rogo ergo
te discede hinc ꝛ pge quo vis: cū multo tn̄ dolore
ꝛ labore tulerūt a corpe ei⁹ funē de quo erat iuo⸗
lut⁹ vna cū carne ei⁹ putrida: facientes aūt illi stu
diū p multos dies sanauerūt eū. Sanat⁹ aūt post
hec exiuit d̄ monasterio nullo sciēte: ꝛ ingressus ē
puteū desertū vbi nō erat aqua nō lōge a monaste
rio vbi imūdi spirit⁹ inhabitabant. Et ipsa nocte
reuelatū est abbati q̄ multitudo populoꝝ circun
dabāt mōasteriū suū cū fustib⁹ ꝛ gladijs dicētes.
Da nobis seruū dei Symeonē tymothee: sin autē
incēdim⁹ te cū monasterio tuo quoniā exasperasti
hominem iustum. Qui euigilans ait fratrib⁹. Fi

lioli mei visionem vidi: ꝛ multū turbatus sum in
ea. Et in alia nocte vidit multitudinem viroꝝ for
tium astantium ꝛ dicentium ei. Da nobis seruuȝ
dei Symeonem: dilect⁹ est enim deo ꝛ angelis:
quare illum vexasti maior te est apud deū: omnes
em̄ angeli cōtristant̄ propter illū: ipsum aūt pro
nere habet deus in mundo talem per illuȝ multa si
gna fiāt: qualia nemo fecit. Tūc exurgens abbas
cum magno timore dixit fratrib⁹. Requirite mi
hi hominē illum ꝛ adducite in hūc locū ne forte
omnes moriamur propter illum. Uere enim san
ctus dei est: mirabilia enim magna vidi ꝛ audiui
de illo. Tūc oēs monachi exierūt eum querere ꝛ
oīa pustrātes ꝛ nō inuenientes renunciauerūt ab
bati dicētes. Nullū locū relinq̄mus vbi eū nō q̄s
iuissemus: nisi tm̄ in deserto puteo. Rn̄dit abbas
Rogo vos fr̄es ite ad pquirēdū eū: sed ꝛ ego vadā
vobiscū: vere sanct⁹ ꝛ seru⁹ dei ē. Et sumēs secuȝ
quinq̄ ex illis: venit ad puteū. Et faciēs oratio⸗
nē descēdit cum fratrib⁹ in puteū. Uidēsq̄ illum
beat⁹ Symeon cepit rogare dicēs. Rogo vos ser
ui dei dimittite me vna hora vt reddā spiritum
meū: adhuc em̄ modicū deficiēs ē valde aūt fati⸗
gat aīa mea: qm̄ exasperaui dominū. dixitq̄ ad illū ab
bas veni serue dei: vt deducam⁹ te in monasteriū
cognoui em̄ de te q̄ seru⁹ dei es. Illo vero nolen
te adducunt eū ad monasteriuȝ: ꝛ omnes proster
nūt se ad pedes ei⁹ flētes ꝛ dicētes. Peccauimus
in te famule dei: idulge nobis. Beatus autē Sy
meon gemebat dicēs. Quare grauatis infeliceȝ
ꝛ peccatorē. Uos aūt estis serui dei ꝛ pres. Stetit
aūt ibi quasi annū vnū. ¶ Post hec egressus oc⸗
culte nō longe a monasterio: ibiq̄ multo tpe fuit.
Edificauitq̄ sibi clausuram ex lapide sicco: ibiq̄
fuit ānos tres: ꝛ veniebāt ad eū multi ad oratio⸗
nē. Deīde fecit colūnellā cubitoꝝ q̄tuor: ꝛ stetit i
ea annos q̄tuor: crescebat aūt de eo fama facta p
orbē terre: ꝛ faciūt ei colūnam habentē cubitos
duodecim: ꝛ stetit in ea ānos duodecim. Rursum
q̄ fecerūt colūnam cubitorū viginti stetitq̄ i ea
annos duodeciȝ. Tūc ꝯgregati sunt oēs habita⸗
tores loci illi⁹ ꝛ edificauerūt iuxta ipsam colūnā
basilicas duas: ꝛ colūnā cubitoꝝ triginta: ꝛ sup
ipsam stetit ānos q̄tuor: ꝛ cepit virtutes facere
Multi languidi veniebāt ad eū ꝛ demonia habē
tes: ꝛ curabat eos: ceci visum recipiebāt debiliū
manus restituebant̄: surdi auditū recipiebāt: le⸗
prosi mūdabantur. Multas gētes inclinauit ad
fidē christianā: idem saracenos, persas, armace⸗
nos ꝛ laotos: similiter ꝛ alophilos: audiētesq̄ de
eo de virtutib⁹ eius conueniebant ꝛ adorabant
deū. Tūc inuidus diabolus transformauit se in
speciē angeli: fulgēs in splēdore cū equis igneis.
ꝛ curr⁹ igneus apparuit iuxta colūnā vbi stabat
beat⁹ Symeō illuxitq̄ eū fulgore ꝛ splendore q̄si
in specie angeli fulgēs. Et dixit diabolus blādis
sermonibus. Symeon audi verba mea que tibi
dn̄s mandauit. Misit me angeluȝ suū cum curru
igneo ꝛ equis igneis vt rapiā te q̄uo rapuit Hely
am. Tēp⁹ tuū iā est: ꝛ tu similiter ascēde iā mecuȝ
in currū q̄ dn̄s celi ꝛ terre me trāsmisit huc: ascē
damus pariter in celos, ꝛ videāt te angeli ꝛ archā
geli cū maria matre dn̄i: cū apostolis ꝛ martyri⸗
bus: confessorib⁹ ꝛ prophetis: q̄ gaudent videre
te vt orēs dn̄m q̄ te fecit ad imaginē suam. Etiam

locutus sum tibi ne tardes ascẽdere. Sic symeõ cõplera oroñe dixit: Dñe vis rapere me pctõrez in celũ? Et eleuauit dextrũ pedẽ vt ascẽderet ĩ currũ: leuauit q3 dexterã manũ ⁊ fecit signaculũ xp̄i. Cũ signũ crucis fecisset continuo diabol⁹ nusq̃ cõparuit: s3 cũ argumẽto suo euanuit sicut puluis añ faciẽ venti. Tũc intellexit symeõ artẽ eẽ diaboli. Reuersus ergo in se dixit pedi suo: nõ reuerteris retrorsum hinc: sed stabis hic vsq3 ad obitũ meũ. Donec accersiat dñs me pctõrem. Interea diabol⁹ in frigore apposuit vulnus super femur eius ⁊ putrefactum est ita vt multitudo vermiũ scatescẽs de eo descẽderẽt de corpore eius: decurrebant q3 de pedib⁹ eius in colũnã: ⁊ de colũna in terrã. Anno añt ĩtegro stetit in colũna sup vnũ pedẽ. Quidã añt iuuenis astitit et Antonius noĩe q̃ vidit et scripsit hec. Iuxta pce ptũ ill⁹ colligebat xmes q̃ cadebãt ad terrã: ⁊ porrigebat illi sursum. At ille ponebat eos sibi in ipso vulnere ad similitudinẽ iusti Iob dicẽs. Manducate qd vobis dñs dedit.

¶ Audiẽs añt basilicus rex sarracenoꝝ famã ei⁹ venit ad eũ. Uidẽs añt illũ stantẽ sursum ⁊ orãtẽ subito cecidit vermis de corpe ei⁹. At ille currẽs apprehẽdit eũ in fide ⁊ posuit super oculos suos. Et videns symeon ait. Quare hoc fecisti vir illustris a me ⁊ me grauasti? Xmis eẽ il de corpe meo putrido: ⁊ cũ audisset rex basilic⁹ aperiẽs manu3 suã inuenit margaritã pciosissimã: ⁊ dixit ad beatu3 symeonẽ. Nõ est xmis putridus s3 margarita pciosissima. Cui ille rñdit. Homo fm fidem tua3 data est tibi: ⁊ benedicetur in manibus tuis oĩb⁹ dieb⁹ vite tue. Et ita regressus est homo ille plenus fide: post multũ xo tẽporis audiẽs mater ei⁹ famã de eo venit videre eũ: sed phibita est videre eum: q2 locum illũ mulier nõ ingrediebatur. Cũ autem audisset beatus symeõ vocem matris sue dixit ei. Sustine mater modicum tempus ⁊ simul nos videbim⁹ si de⁹ voluerit. At illa hec audiẽs flere cepit et rogare vt eum videret: ⁊ solutis crinibus increpabat eum dicens. Fili quare hoc fecisti p vtero quo te portaui satiasti me luctu: pro lactatione qua te lactaui dedisti mihi lachrymas p osculo quo te osculata su3: dedisti mihi amaras lachrymas: p dolore ⁊ labore quẽ passa sum: inposuisti mihi seuissimas plagas. Et tãdiu locuta est vt nos oẽs faceret flere. Audiens beatus symeon vocẽ genitricis sue posuit faciem suã in manus suas ⁊ plorauit amare: mandauit q3 illi dicẽs. Domina mater quiesce modicũ tempus ⁊ videbim⁹ nos in eterna requie. At illa cepit dicere p xp̄m q̃ te plasmauit si est possibile videãt te in tãto tẽpore alienũ a me permitte me videre te: aut si non vel vocem tuã audia3 ⁊ statim moriar: quia pater tuus in tristicia ppter te mortuus est. Et nũc ne me in ipsa amaritudine perdas fili. Hec dicẽs pre tristicia ⁊ planctu in somnum cõuersa est: stabat autem tres dies et tres noctes non cessans precari eum. Tũc beatus symeon orauit ad dñm pro illa ⁊ statim reddidit spm. Colligẽtes xo corpusculum eius adduxerunt in cõspectu eius. Et ille flens ait. Dñs suscipiat te in gaudio q2 tribulata es ppter me: ⁊ portasti me in vtero mẽsibus nouẽ atq3 lactasti simul etiã nutristi cũ labore. Hec eo dicente matri vultu sudabat ⁊ corpus eius cum motum est nobis oĩbus inspiciẽtibus. Ille autẽ eleuãs oculos ad celũ dixit. Dñe de⁹ virtutũ q̃ sedes sup cherubin ⁊ scrutaris fundamẽta abyssi: q̃ cognouisti Adã anteq̃ esset: q̃ pmisisti regni celorum diuitias diligẽtib⁹ te: q̃ locut⁹ es Moysi in rubo igneo: q̃ bñdixisti Abraã patrẽ nostrũ: q̃ introducis in paradisum aĩas iustoꝝ: ⁊ aĩas impiorum mergis in perditionẽ: q̃ duos leones humiliasti: ⁊ fortia Chaldeoꝝ incẽdia mitigasti seruis tuis: q̃ Heliã coruis deferẽtibus escã pauisti: suscipe animam ei⁹ in pace ⁊ colloca eam in locum patrũ sanctoꝝ: quia tibi est potestas in secula seculorum. Post hos vero dies rursum fecerunt ei colũnam habentem cubitos. xl. ⁊ stetit sup ipsam annorum. xvj. vsq3 ad obitum suum.

¶ In quo tẽpore draco grandis nimis habitabat iuxta eum in partibus Aquilonis: vnde nec herba ibidẽ nascebatur: cui etiã intrauit lignũ in oculo dextro. Et ecce quadam die veniebat cecus ille draco: et trahẽs se applicuit ad habitaculũ in quo vir dei morabatur totus in girũ se complicans quasi veniam poscens: humiliatoq3 capite iacebat. Quẽ bt̃o Symeone intuẽte statim exiuit de oculo eius lignum habens cubitũ vnũ. Uidentes autẽ oẽs glorificauerunt deum: tamen ab eo fugerũt propter metũ. Sed bestia ipsa inuoluit se ⁊ mansit in vno loco immobilis q̃diu omnis populus prãsiret. Deinde surgẽs adorauit ostium monasterij fere p duas horas: ⁊ sic reuersa est in cubile suũ: ⁊ nemini lesit. Mulier quedam sitiẽs nocte venit ad hydriã aquã bibere in qua erat paruulus serpens: ⁊ bibẽs degluciuit illũ ⁊ creuit in vtero ei⁹ Sed multi medici ⁊ incãtatores ⁊ magi adhibentes studiũ nihil profecerunt. Post aliquod vero tẽpus adducitur ad sanctũ Symeonẽ. At ille iussit eam poni in terrã: ⁊ de aqua monasterij in os eius mitti: tũc exclamauit fortiter ⁊ statĩ exiuit de ore eius serpẽs cuius longitudo erat cubitoꝝ triũ. Eadẽ hora crepuit serpẽs q̃ etiã ad multoꝝ testimoniũ suspẽsus est ibi septẽ diebus. Et sana facta est mulier ex illa hora. Uirtutes eius q̃uis alicui⁹ facũdia enserare vix valeat tñ pur sunt vires oĩno silẽtio eas tegi minime patiar.

¶ Factũ est añt vt aqua in loco illo nõ inueniret ⁊ tot⁹ popul⁹ periclitabat: ⁊ oĩa aĩalia pre aque penuria. Uidẽs xo sctũs Symeon ɔtritionẽ eoꝝ stetit ad oronẽ. Circa decimã añt diei horã subito drupta est terra ⁊ factũ est chaos magnũ ab orĩtali parte ipsi⁹ monasterij: ⁊ inuẽta est quasi spelũca inestimabilẽ ⁊ multã habẽs aquã. Tũc iussit fodi septẽ cubitis: ⁊ ex eo tpe supabũdauit aqua in illo loco vsq3 in psẽtẽ diẽ. Quo in tpe expectãtes q̃dã de lõge oroñe ipsius ⁊ opa meridiana hora diuerterũt paulisũ ad vmbraculũ arboris ppter estũ ad repausandũ. Cũq3 sederẽt ecce subito pregnãs cerua preteribat sec⁹ illos: ⁊ dixerũt ad illã. Per oronẽ scti Symeonis te cõiuram⁹ modicũ sta vt te ɔprehendamus q̃ stetit eadẽ hora. Apprehẽdẽtesq3 eã occiderũt ⁊ comederũt partẽ aliquã ex ea statimq3 obmutuerũt: ⁊ sic veniebãt sicut ⁊ cerua illa. Currẽtes añt venerũt ad sctũ Symeonẽ portantes coriũ eius: ⁊ vixerũt ibi duos annos: ⁊ vix aliquãdo sanitatẽ recipere potuerũt. Iniquũ est eũ peccatum coriũ recitare. Coriũ autẽ cerue suspenderũt ibi ad testimoniũ multorum. ¶ Sed ⁊ pard⁹ immanis erat in locis illis qui ⁊ homines

et animalia interficiebat: et in giro oīa vastabat. Uenientes autẽ homines loci illius ad sanctum Symeonẽ nunciauerũt ei: q̃ tanta ac talia mala pardus operaretur. Tũc sctũs Symeon iussit de terra vel de aqua monasterij aspergi in illa loca. Et factum est. Exquirentes vero postmodum inuenerunt ipsum pardum iacentem mortuũ ⁊ oẽs glorificauerunt deũ Symeonis. Quẽcũq; tamen sanabat precipiebat illi dicẽs. Uade in domum tuã ⁊ honorifica deũ qui te sanauit: ⁊ ne audeas dicere q̃ te Symeon curauerit: ne tibi subito deterius contingat: ⁊ ne presumas iurare per nomẽ domini quia graue peccatum est: sed in me humili ⁊ peccatore iura siue iuste siue iniuste quam ob causam oẽs orientales ⁊ barbare gẽtes q̄ sunt in illis regionibus per eum iurãt. ¶ Latro quidã de Antiochia q̄ nominabatur Jonathas multa mala faciẽs cum a multis persequeretur: nec posset se tã ab illis abscõdere: quasi leo a facie multorũ ꝯsequẽtiũ fugiẽs subito ingressus est monasteriũ ⁊ amplexus colũnã sci Symeonis cepit amarissime flere. At ille dixit ei. Quis es: aut vñ venisti hõ: aut cur huc introisti? At ille. Ego sum Jonathas latro q̄ oĩa mala feci: veni huc penitere. Ait itaq; sctũs Symeon. Taliũ est regnũ celoꝝ: sed ne velis me tẽtare ne iterũ inueniaris in sceleribus ipsis q̄ reliquisti. Hec illo loquẽte: ecce officiales veniebãt ab Antiochia dicentes. Trade nobis inimicũ ⁊ maleficũ Jonathã ne subito cõmoueat ciuitas in seditionem: bestie eñi parate sunt ad deuorandũ eũ. Respõdit eis sctũs Symeon. Filioli mei ego non adduxi eum huc: quoniam qui adduxit eum maior vobis est: ⁊ istis talibus subuenit: ⁊ eñi talibus est regnũ celoꝝ. Et si potestis intrare rapite eũ hinc: ego autem non possuz: q: timeo eum qui illum misit ad me. Audientes autẽ hec viri illi regressi sunt cũ timore magno ⁊ renũciauerunt oĩa Antiochie: sed Jonathas latro per septẽ dies amplexãs: ⁊ tenẽs colũnã dicit ad beatũ Symeonẽ. Domine si iubes ambulare volo. Respõdit illi iustus. Iterũ in ipsa mala festinas. Dixit illi Jonathas. Non dñe: sed tempus meũ impletũ est. Et sic loquẽs cũ eo reddidit spiritũ. Et volentes eum sepelire iuxta monasteriũ: ecce alij officiales veniebãt ab Antiochia ꝓpter illũ ⁊ inceperunt clamare ⁊ dicere. Da nobis inimicũ nostrum: omnis eñi ciuitas turbata est ꝓpter illum. Respõdit eis beatus Symeon. Qui illũ adduxit venit cũ multitudine celestis militie: qui potens est in tartarũ mittere ciuitatem vestram cum habitantibus in ea qui etiã hunc reconciliauit sibi ⁊ ego timui ne subito occideret me: ne ergo amplius fatigetis me humilẽ ⁊ pauperẽ: et ita cũ timore regressi sunt nũciãtes oĩa q̄ viderãt ⁊ audierant. Post paucos duo annos factũ est vna die hoc est sexta sabbati ⁊ inclinauit se ad orationẽ: sustinens tres dies .i. sexta feria sabbato ⁊ dominico. Tunc ego pauefactus ascendi ad ipsum: ⁊ steti in cõspectu eius: dixiq; ad eum. Surge domine bñdic nos: q̃ñ populus (tres dies ⁊ tres noctes habet) expectat benedictionem a te: ⁊ non respondit mihi: ⁊ rursus aio ad eũ. Quare me cõtristas dñe aut q̃d offendi? Supplico mitte mihi manũ: aut forsitã iã a nobis migrasti. Et sentiẽs q̃d non loquebat mihi cogitaui vt nulli dicerẽ q: timerẽ

bã illũ tãgere: ⁊ stãs quasi hora media inclinaui me ⁊ posui aurem meam ad auscultandum et non erat flatus: nisi tantum quasi odor multoruz aromatum ascendebat de corpore eius: ⁊ sic intellexi q: requieuit in domino: ⁊ hebefactus ploraui amarissime: ⁊ inclinãs me osculatus sum oculos eius ⁊ barbã cõplexus crinesq; capitis eius eũ increpãs dixi. Cui me dñe derelinq̃s: vel vbi requirã tuaz angelicã doctrinã? Quale respõsum reddã ꝓ te: aut cuius anima respiciet colũnã sine te: ⁊ nõ lugeat? Quale r̃sum reddã infirmis q̃ñ venient aut requirẽt te hic ⁊ nõ inuenient? Quid dicam: aut q̃d loquar ego humilis? Hodie video te: crastinã vero ꝯsidero ad dextrã siue ad sinistrã: ⁊ nõ inuenio te. Aut quo amictu opertã colũnã tuaz. Heu me q̃ñ venient aliqui de longe querentes te ⁊ nõ inueniẽt. Et pre multa tristitia obdormiui. Statimq; apparuit mihi dicẽs. Non derelinquam columnam hanc: nec locũ ⁊ montem hunc benedictũ in quo illuminatus sum: sed descẽdẽs satisfac populo ⁊ annuncia de me Antiochie secrete ne tumultus fiat in populo. Ego enim requieui sicut dominus voluit: tu aũt ne cesses ministrare in hoc loco: et reddet tibi dominus mercedẽ i celis. Sed nec molestus tibi sum. Exurgens autem a somno pauefactus dixi. Domine memẽto mei in requie sancta tua. Et subleuãs vestimẽta eius ꝓcidi ad pedes eius ⁊ osculatus sum vestigia eius: ⁊ tenẽs manus eius posui sup oculos meos dicẽs. Benedic obsecro mihi dñe. Et iterum fleui ⁊ dixi. Quales reliquias tollam a te in memoriã? Et hec dicẽs motum est corpus eius: ego autem timui tangere eum. Et vt nemo sciret descẽdi celeriter ⁊ fidelẽ fratrem misi Antiochiam ad episcopũ. Et statim veniẽs cũ tribus epis ⁊ cũ illis Aldaborius magister militũ cũ suis tendentes cortinas circa colũnam eius defixerunt vestimẽta sua. Erãt autẽ confecta ab auro. Et deponentes eũ iuxta altare ante colũnam colligẽtesq; se aues volabãt super colũnam clamantes ⁊ quasi ingentes: ita vt oĩes viderent. Planctus etiã populi ⁊ iumentorũ resonabat per miliaria septem: sed ⁊ mõtes ⁊ campi ⁊ arbores ꝯtristati sunt circa loca illa: vbiq; eñi nebula tenebrosa facta est per circuitũ. Ego autẽ considerabam angelum venientem ad visitandũ eum. Circa horã septimã seniores septem loquebãtur cum angelo vultus eius erat sicut fulgur ⁊ vestimẽta sicut nix. Et vocẽ eius in timore ⁊ tremore tandiu cõsideraui: q̃diu audire potui quid tamen fuisset ignoro. Cum autez iaceret sanctus Symeon in feretro: volẽs episcopus Antiochie de barba illius pro benedictione aliquid contingere: extẽdit manũ statimq; arefacta est: multeq; obsecrationes ⁊ orationes fiebãt ad deum pro eo ⁊ sic restituta est manus eius. Supponentes aũt corpus feretro cum psalmis ⁊ hymnis duxerunt Antiochiam. Omnis autem populus qui erat p circuitũ regionis illius plãgebat q̃ patrocinia tantarũ reliquiarũ tolleretur ab eis ⁊ q̃ episcopus Antiochie iurasset vt nemo tangeret corpus illius. Uenientes vero in quintum miliarium ab Antiochia in vicum qui vocatur Meroe: nullus potuit mouere eũ. Tũc quidã homo annis quadraginta surdus ⁊ mutus subito cecidit ante feretrum ⁊ cepit clamare ⁊ dicere. Bene venisti serue

dei: tuus enim adductus me saluauit: ⁊ si meruero viuere ego tibi seruiam oibꝰ diebꝰ vite mee. Et eleuans se apprehēdit vnum de burdonibus q̄ portabāt feretrum statimq̧ mouit se de loco isto. Et ita sanatꝰ est homo ex illa hora. Vir amabat vxorem alienam: ⁊ volens eā adulterare nō potuit ⁊ mortua est ⁊ posita in monumento: ⁊ ille iuit: ⁊ violauit sepulchꝛum eius statimq̧ obmutuit ⁊ surdus factus est: obligatus est in illo loco ānis quadraginta. Tūc exeūtes omnes de ciuitate antiochie susceperūt super argentum ⁊ aurū corpus sancti Symeonis: cum psalmis ⁊ hymnis ⁊ cū multis lampadibꝰ portauerūt in ecclesiam maiorē: ⁊ inde in aliam ecclesiam que vocabatur penitentia. Multe etiā virtutes fiūt ad sepulchꝛum eius: magisq̧ in vita sua: ⁊ homo q̄ sanꝰ factꝰ est ibi seruiuit vsq̧ in diem mortis sue. Multi autem obtulerunt thesauros episcopo antiochie pro fide poscentes reliquias de corpore eius: sed propter iusiurādum minime prestitit. Ego humilis ⁊ peccator Antonius: inquātum potui lectionem hāc breuiter exposui. Beatus autem qui habet illam scriptā in libro: ⁊ legit in ecclesia: in domo dei: ⁊ cū memoriā eiꝰ fecerit mercedē ab altissimo recipiet cui est honor potestas ⁊ virtus in secula seculorum: Amē. Eius depositio sexto kalendas Augusti celebratur.

¶ Explicit vita sancti Symeonis heremite.

¶ Incipit vita sancte Eufraxie virginis.



In diebus Theodosij imperatoris pijssimi fuit vir quidam in regia ciuitate senator nomine Antigonus eratq̧ imperatori genere ⁊ societate cōiūctus sermone sapiēs simul ⁊ opere: ⁊ bona semꝑ ꝑcipue suadēs vt pie romanis legibus licite negocia gubernaret: erat ātē ⁊ ꝯpassibilis hō: cūctis necessaria ꝑbēs. Diligebatq̧ eū princeps nō solū tāq̄ parentē ac senatorē: sed ēt tāq̄ christianum et piū: ⁊ semꝑ vtilia ꝯsilia ꝓferētē. Erat aūt hic locuples vehemēter: ita vt ciuitas regia aliū diuitijs sermone ⁊ opere similē nō haberet. Hic accepit vxorē ex genere ꝓprio: ex eodē imperiali sanguine descēdentē: cui nomē Eufraxia: mulier religiosa ⁊ timēs dūm nimis: ⁊ ecclesie vacās ⁊ offerens deo ꝑces cū lachꝛymis. Hec multos in opere dei fecit idoneos: multasq̧ oblatiōes in ecclesijs ⁊ sanctuarijs offerebat: vehemēter eā diligebat imperator ⁊ augusta precipue q̄ ex eorum genere erat: necnō ex moribꝰ cōposita ⁊ honesta, et valde religiosa. Nata est autem eis filia: ⁊ vocauerunt eā noīe matris sue Eufraxiā. Cumq̧ habuissent hāc filiā vna dierū dixit Antigonus Eufraxie. Nosti soror mea Eufraxia: q2 nihil est ista vita nihil diuitie: nihil vanitas huiꝰ seculi reponatis. In octuaginta nāq̧ annis hominis tempus implet cum ruina: diuitie aūt in celo reposite: in infinita seculoꝝ secula timētibꝰ deū manēt: ⁊ priuamus nos illis diuitijs mūdanis cogitatiōibꝰ obligati: ⁊ fallacia potiti tēporaliū diuitiarum dies nr̄os frustra cōsumimꝰ: nihil diabus nostris vtiliter acquirētes. Audiēs autem hec Eufraxia dixit Antigono viro suo. Et qd iubes dn̄e mi vt faciamꝰ. Cui dixit Antigonus: Vnā filiā ꝑ deum acq̄siuimus ⁊ sufficiat nobis: ⁊ nequaq̄ vltra conueniamꝰ infelicitati ⁊ miserie seculi. Audiēs hec Eufraxia: ꝯsurgēs extēdit manꝰ ad celū ⁊ ingemiscēs dixit viro suo Antigono. Bn̄dictꝰ deus qui dignū te fecit timore suo: ⁊ ad cognitionem veritatis adduxit. Vere dn̄e sepiꝰ supplicaui deo: vt cor tuū illuminaret: ⁊ mētē tuā pro hac causa faceret elucescere: sꝫ hoc tibi pandere non presumpsi: q2 vero ipse fecisti principiū: iube me ⁊ loquar. Cui dixit Antigonus. Dic soror mea qđ vis. Respondit. Nosti dn̄e meꝰ: q2 ante multas generationes apostolus testatur ⁊ dixit. Tempꝰ breue est: de cetero vt qui habēt vxores tanq̄ non habētes sint. Deficit eñ huiꝰ seculi cupiditas: ad quā vtilitatē erunt ista pecunia: ⁊ tanta abūdantia possessionū. Nihil eorū est: q̄ nobiscū poterit descēdere in infernum. Cū bono ergo consilio tuo festina multa dare paupèribꝰ: vt non illud consiliū qđ tractasti inueniat infructuosum. Audiēs hoc antigonꝰ glorificauit deū. ¶ Cū igit adeptꝰ esset optimam cōuersationē: ⁊ multa pauperibꝰ erogasset Antigonus vnū solūmodo annum viuēs postq̄ sue renūciauit vxori vitā suā pie disponēs: cōpleto āno defunctus est ⁊ sepultꝰ in pace. Tunc imperator pariter ⁊ augusta fleuerunt eū tāq̄ ex eoꝝ genere descēdētē: virū iustū ⁊ religiosum. Cōpatiebant eū, ⁊ Eufraxie: nō solū tāq̄ ꝓprie ꝯsanguinee: sed ēt q2 erat iuuēcula. Duobus nāq̧ annis ⁊ tribus mēsibus vixit cum viro suo: nā vno anno ex ꝯstituto ad alterutrū abstinētes sicut fratres vixerūt. Igit sepulto Antigono ab imperatore ⁊ augusta multū ꝯsolabat Eufraxiā. Illa vo sumēs ꝓpriam suā filiā dedit eā in manꝰ imperatoris ⁊ auguste: et ꝓstrata ad pedes eoꝝ: cū clamore ⁊ magno gemitu dixit. In manꝰ dei ⁊ vestras hāc orphanā nūc cōmēdo. Memoriā ergo habētes Antigoni qui fuit vester suscipite eā atq̧ tuemini: ⁊ estote ei in loco patris ⁊ matris. Multa siquidē flumina lachꝛymarū ⁊ voces miserūt audiētes: ita vt ēt principes lugerēt. Post paucū vo tpīs a luctu aliqn̄ descētes Antigoni suasit iperator ei: vt filiā suam Eufraxiā cuidā senatoꝝ ditissimo daret vxorem. Et factū est vt arras Eufraxia acciperet. Susceptis arris puelle etas expectabat. Erat eñ nimis infantula: quādo suscepit arras q̄si annoꝝ q̄nq̧. Post aliquātulum tempꝰ vo cogitauit ipse senator: vt vxorē Antigoni sibi crederet copulari: ⁊ ꝑ preces aut ꝑ mulieres matronas ꝑsuasit auguste vt sine noticia pricipis mitteret: ⁊ eufraxie ꝯiugij vba nunciaret. Que cū audisset amare fleuit ⁊ dixit mulieribꝰ q̄ fuerāt destinate. Veh vobis in futuro seculo: que mihi talia ꝑsuadetis: ⁊ ad talia concurritis cōtra mulierem que fm̄ deum viuere festinat. Recedite a me quoniā extraneā ꝯgregatione vestrā nunc egistis. Ille vero deformate discedētes: nūciauerūt auguste q̄ gesta sūt. Cognoscens autē imperator qđ factum fuerat grauiter inuectꝰ est in augustā ⁊ idignatꝰ aduersus augustam dixit. Vere augusta extraneā rē ab hac ꝯuersatiōe fecisti. Hec sūt opa christiane auguste. Sic ꝓmisisti deo pie regnare. Sic recordaris Antigoni ⁊ q̄ nobis semꝑ vtilis ꝑmāsit. Alienā rem nostro imperio egisti q̄ mulierē in puellari etate ꝯstitutā que pene solūmodo vno āno cū viro vixit: ⁊ mor

mentum a nullo hominum sumpsi. Verũtamen in monasterio hermopolim dicto nutritꝰ eraz in ꝓuincia Thebaida nominata: vbi simul pene cẽtum monachi degebant. Porro vita illorũ talis extitit vt amore ⁊ actione equanimiter omnes viuerent: ⁊ vno corde ⁊ vno spiritu iugo se discipline sancte regule colla submitterẽt: atq; fluctꝰ huius seculi omnino nõ formidarẽt. Quicquid vni cũctis placebat. Mẽte sancta: fide pura: charitate perfecta: ante deum incedebãt: cui die noctuq; omni mãsuetudine ⁊ patientia ministrare nõ cessabant. Tanta his erat taciturnitas cũ abstinentia vt nullus auderet nisi cũ iusta interrogatiõe vel recto risu reddere vbũ. Ibi quoq; paululum sancte doctrine ab adolescẽtia suscepi: ibi regularibus normã a fratribꝰ didici a quibꝰ amabiliter diligebar ab his q̃liter istituta mãdatorũ dei seruare deberẽ diligẽter instruebar: ꝑfecto vitã btĩ pr̃is nostri helye venerabiles fratres meos audiui frequẽter laudare: q̃ se in heremo in tãta abstinẽtia ⁊ orõne studuit affligere: vt maximã virtutẽ a dño ꝓmeruisset accipe: ⁊ igneo curru transuectus: spũs sancti dona q̃ habuerat discipulo ipartiri: ac adhuc lõgeuus sentio mortis penã nõ videre. Insup adhucꝰ exẽplũ beatũ baptistã Joannẽ ꝓtulerũt q̃ in noui testamẽti serie clarissimis effulsit per que plurima annorũ spacia diuino mãcipatus officio corpus suũ macerauit: donec i iordanis vnda mũdi redẽptorẽ baptizare dignꝰ existeret atq; ipsum dei agnũ esse digito demonstrauit. Ego vero cũ talia eos recitãtes audirẽ dicebaz illis. Quare seniores mei vitã ⁊ miracula eoꝝ obstupescitis: aut cur illoꝝ facta tã assidue cõmemoratis? An sunt vobis fortiores q̃ desertũ habitãt an leniores? At illi rñdẽtes dixerũt. Fili fortiores nobis sunt: q: sine adiutorio humano viuũt. Nos itaq; alter ab altero cõspicimur: paritereq; diuinũ offm̃ a nobis celebrat. Si qñ cibũ eupimꝰ paratũ reperimus: si qñ ifirmitas aut aliqua corpis ibecillitas irrepserit statim cura fratrũ cũ oi sollicitudine nos adiuuat. In edificijs lucide constructis habitamus: in qbꝰ ⁊ ab estu solis cooperti sumus: ⁊ ab inũdatione pluuie ⁊ a turbine venti: ac tẽpestate manemꝰ defensi: monachi quippe q̃ in deserto sunt: nihil cõsolationis nisi a deo reptũt. Si qñ angustias aut tribulationes perpessi fuerint: vel cũ diabolo antiquo humani generis inimico pugnare ceperint: quis eis astat: a quo adiuuantur. Sed quibꝰ humanũ deest solatiũ: constat eos habere diuinũ. Et si esuriũt ds eis panem dabit. Si sitiũt ds eis aquaz tribuit: vbi panis ⁊ aq̃ nõ erit. Maximꝰ labor in desertis locis eẽ nõ dubitatur vbi nihil necessariũ reperit. Primũ ergo quando in solitudine diffiniũt habitare inde timore certãt firmiter stare. In fame ⁊ siti in labore ⁊ passione corpora sua cruciant contra diabolicas insidias viriliter dimicant: ⁊ vt vincant cõtra tela neq̃ssimi ignea: gladijs spiritalibus pugnãt. Antiquꝰ etenĩ hostis totꝰ suẽtor iniq̃tatis studet eos subuertere ⁊ in cõsortiũ malitie sue implicare: atq; de bona volũtate quã inchoabãt retrahere: ⁊ mẽtes eoꝝ mũdanis voluptatibꝰ iteꝝ irretire: vt in opere cepto fatiscãt ꝑsistere. Dispõtes ergo deꝰ q̃ nõ derelinq̃t sperãtes in se: circundat eos armis sue potẽtie vt hos icursio sathane nõ valeat ꝑsternere quos protegit celsitudo diuine misericordie. Quapropter ad eos angeli dei iugiter mittuntur ac ꝑ manꝰ illoꝝ q̃cũq; necessaria crebriꝰ eis administrant. Aquã de petra hauriũt: qḋ interp̃tat xp̃s. Scriptũ ẽ eñi. Sãcti q̃ sperãt in dño habebũt fortitudinẽ: assumẽt pẽnas vt aq̃le volabũt ⁊ nõ deficiẽt: currũt: ⁊ gressus eoꝝ nõ labunt. Et alibi q̃ sitiũt de supno fonte ꝯdiuntur: ⁊ herbarũ folia i ore eoꝝ tãq̃ fauꝰ mellis dulcescũt. Si aũt aliqñ diabolꝰ aduersus eos colluctat ꝓtinꝰ surgũt manꝰ suas ad dñm expandũt: p̃ces aũ diuinã maiestatẽ fideliter fundunt: mox auxilio celesti subleuant: ⁊ dolosi iacula inimici penitꝰ destruunt. Nõ itelligis fili qualiter i psalmo legit: qm̃ nõ in finẽ obliuio erit pauperis patiẽtia pauperꝝ nõ peribit ieternũ. Et iterũ. Exaudiuit eos dñs in die tribulationis: ⁊ de oĩ angustia liberauit eos. Enimuero vnusq̃sq; ꝓpriã mercedẽ accipiet s̃m suũ laborẽ. Beatꝰ est eñi vir qui semp est pauidus: ⁊ volũtatẽ dei in hac p̃senti vita ⁊ fragili studiosus agit. Certissime scias o fili qm̃ angeli dei sanctis ac iustis viris quotidie famulant: atq; virtute supna corpa ⁊ aĩe illoꝝ iugiter illuminant. Tali deniq; rõne ego paup Onufrius a sctissimis patribꝰ in meo monasterio subtiliter istructꝰ: cepi tacita mẽte tractare q̃ gl'iosa felicitate pfruunt in celis q̃ certamina laboriosa ꝓpter amorẽ dñi tolerant in terris cor meũ ardebat: mẽs mea desiderabiliter feruebat mũdi gaudia penitus spnere: patrieq; celi ex totis viribus appropinq̃re sicut Psalmista edocet dicẽs. Mihi aũt adherere deo bonum est: ⁊ ponere in dño deo spem meã. Cũq; sollicitꝰ excogitarẽ nocte silẽter ꝯcitꝰ surrexi paruũ panẽ mecũ detuli cũ exiguis leguminibꝰ vt vix vsq; in q̃rtã diẽ sufficerẽt: sicq; s̃m dei dispẽsationẽ ⁊ eiꝰ pietatẽ ꝓfectꝰ suz: vt mihi ondẽderet mee hitationis locũ. Egrediẽte autẽ me de monasterio in mõtana veni in desertũ cogitaui vt manerẽ ibi. Cõtinuo lumẽ splẽdidũ aũ me q̃si obuiãs mihi vidi. Quo viso valde timui. Idcirco q: putaui me debere ad monasterium regredi vñ exiui. Et tẽplo nẽpe de radio p̃clari luminis vir aspectu pulcherrimꝰ accessit ad me ⁊ dixit mihi. Noli pauescere: ego eñi sum dei angelꝰ tibi ad custodiẽdũ ab ortu tuo ꝓuidẽtia diuina destinatus: vt iubẽte deo tecũ manerẽ: ⁊ te i hãc heremũ ducerẽ. Perfectꝰ esto: hũilis icede corã dño: cũ gaudio labora: cor tuũ i oĩ custodia ꝯserua: viue sine q̃rela: in bono ope ꝑseuera. Ego vero te non derelinquã donec aĩam tuã in ꝑñtia summe maiestatis offerã. Hec eteñi locutꝰ est mihi ãgelꝰ: ter iceptũ mecũ comitatꝰ. Pergebamꝰ ita simul sex miliaria vel septẽ: ⁊ ad quãdã venimꝰ speluncã nimis decorã. Appropinquaui volẽs scisẽtari si forte q̃spiã intus maneret. Scḋm ꝯsuetudinẽ monachoꝝ clamare cepi: bñdictionẽ hũillime petij. Inde vir sctissimũ exire vidi: quẽ ꝓstratꝰ hum ꝯuenꝰ adoraui. Ille vero manꝰ suas mihi porrexit ⁊ terra me eleuauit: osculũ mihi pacis tribuit, atq; dixit. Tu es eñi frater meꝰ heremitice cooperator vite o fili igredere. Deꝰ tibi ꝯcedat: vt timor eius in te ꝑmaneãt: opus tuũ in illius cõspectu cõplaceat. Statim cũ eo speciũ itroiui: diebq; plures apud illũ pausaui: opera eiꝰ cupiens discere: ⁊ solitariaz habitationẽ curiosius iuestigare. Ipe q̃: vt meũ

desideriũ agnouit ↄsiliũ honorabile mihi pbuit: ac q̃liter insidias diaboli supare deberē vbis charitatiuis gratāter patefecit. Trãsactis itaq3 qbusdã dieb⁹ talib⁹ admonuit me vbis dicēs. Fili surge mecũ pge: interiora deserti debes intrare: ⁊ in alia spelũca sol⁹ habitare: ibi n̄ viriliter dimicas oĩa demonioꝝ tētamēta: supes. Idcirco vo deus in hoc deserto vult te pbare: n̄ mãdatis ei⁹ fideliter velis obedire. Fidelia oĩa mãdata eius sũt cõfirmata in seculũ seculi: facta in veritate ⁊ eq̃tate. Uir etenĩ sanct⁹ hec dicēs: surrexit mecũ ⁊ in interiora deserti iter q̃tuor dieꝝ perrexit. Quinta nãq3 die deuenim⁹ in locũ q̃ Calidioma dr: ubi palme ppinque erãt. Tuc vir dei inquit. Ecce fili vide locũ quē dñs tibi ppar auit ad manēdũ. Fuit añc ille mecũ spatiũ triginta dierũ: edocēs me seruare cautã digiutatē: doctrinã dei mãdatoꝝ. Quib⁹ itaq3 pactis oronc sua sancta domino me cõmēdauit: ⁊ separat⁹ a me ad propria remeauit. Per singulos vero annos solitus erat me visitare: ac q̃li industria ⁊ simplicitate deberem viuere diuinis alloquijs nõ cessabat admonere. Quodam aũt tēpore iuxta cõsuetudinem ad me veniēs: iter vba salutationis pstratus in terram corruit: dñoq3 remittens animam obdormiuit. Qd cum viderem nimis sum ↄtristat⁹ ⁊ deuolut⁹ humi lachrymis oborțis vberrime fleui. Corpus eius mox accepi: ⁊ secus Calidiomeam terre cõmēdaui. Dũ autē3 ego paphũctus a viro sanctissimo onufrio, rõnis huius loquelam audirē: inq̃ ad eũ. Pater sancte laborem esse nõ modicũ iam sentio: quē p nomine domini tolerasti in hac heremo. Uir sanctus r̃ndit: Mihi frater crede dilectissime: i deserto sũ siniul vt sepi⁹ putarē me morte separari. Absq3 spe eram multotics vite vt vir halitũ in corpore sentirē remanere. Per diē estu ⁊ igne solis ardētis vrebar: rore ⁊ pruina infect⁹ fame ⁊ siti defectus O quãta ⁊ qualis passus sum q̃lia expertus sum Nõ sufficit: neq3 quempiam decet plagas ac labores enarrare, quos hõ mortu⁹ p dei viuēris amore d3 tolerare: reddet de⁹ mercedē laboꝝ sanctorũ suoꝝ: cuius diuitie sicut nõ augent: ita nequaq̃ minuent. per quē eñi famē: sitim ⁊ frigus ⁊ estũ atq3 multigenarũ cruciamēta molestiarum sustinui: potēs est cum diuitijs celestib⁹ inter angelorum cateruas me cõsolari: alimenta vero spiritualia corporalia: vt dignus acciperē spũalia. Sanctus eñi angel⁹ quotidie panē mihi afferebat: ⁊ aquã pro mensura ministrabat: vt corpus meum cõfortaretur ne deficeret: ⁊ iugiter in laude dei pseueraret. Arbores palmaꝝ ibidem, constitute erant que duodecies in anno dactiloꝝ fructus germinabant. Quos p singulos dies colligens: pro pane edebam mixtos herbarum folijs ⁊ erãt in ore meo tãq̃ fauus mellis. Sicut in euangelio legit Non in solo pane viuit homo: s3 in omni vbo qd̃ pcedit de ore dei. Frater paphunci: si iplere studes volũtatem dei omnia tibi necessaria pparantur ab eo: vnde ipsa veritas admonet dicens. Ne solliciti sitis anime vestre qd manducetis: aut qd bibatis: neq3 corpori vro qd induamini: scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Querite primũ regnum dei ⁊ iustitiã eius: ⁊ hec omnia adijcient vobis. Cunq3 hec a beato viro onufrio intētus auscultarē mirans in sermonibus ⁊ acti-

bus ac laborib⁹ illi⁹ dixi. Pater benigne die dominico vel sabbato communionē percipiebas ab aliquo. At ille r̃ndēs ait. Omni die dñico ⁊ sabbato angelum dñi paratũ inuenio sacrosanctũ corpus ⁊ sanguinē dñi nostri iesu xpi secũ deferētē3 de cui⁹ manu mihi pciosissima donant munera viteq3 mee salus perpetua. Uerũ etiã omnes qui vitam spiritualem ducũt in heremo monachi: tali participant gaudio. Hi vero sancti heremite q̃ hãc solitudinē habitant: si fortasse aliqũ videre hoĩem desiderãt: illico in celum ab angelo deportant visionē illic ac iustoꝝ fulgētiũ sicut sol i regno pris eoꝝ ibi multitudinē cõtemplant angeloꝝ suasq3 animas cetib⁹ mixtas beatoꝝ. Quare oēs q̃ in agone cõtēdũt: tota mēte: toto corde: totis virib⁹ in bono opere feruēt: quatenus gloriã celestis patrie cũ christo ⁊ cũ sanctis mercantur possidere. Ista deniq3 oĩa venerãdo onufrio narrãte: cognoui iuxta summitatē ipsi⁹ mõticelli vbi obuiauit mihi. Ita vē3 gaudiu3 meũ ipletũ est vt oēm aduersitatē: quã i itinere tolerauit: traderē3 obliuioni. Credo inq̃ pr: inter felices me deputari: q2 videre te ⁊ opa tua egregia pmerui. Uerba tua nimis pulchra ac dulcedine mellita: ita mei penetrãt cordis itima: vt possim dicere cũ psalmista. Quã dulcia faucib⁹ meis eloquia tua sup mel ⁊ fauũ ori meo. Qui ait: fili mecũ vade: locũ mee habitationis ↄspice: parcam ipaululũ vbis: cõtinuo surrexit: pcessit: secutus sum. Duxit me secum quasi trium miliarioꝝ: iter venim⁹. Calidiomeã in spiritalem locũ arborib⁹ palmaꝝ gratanter ornatũ ibi preces dño fudimus: eisq3 copletis i terram sedim⁹ in diuinis altercantes eloquijs. Sole tamq3 ad occasum verso: vidi panem positũ cu3 aqua exigua: vir etenim dei sentiēs me fatigari dixit mihi. Profecto fili cerno te picitari nisi cibũ capias. Surge ergo ⁊ comede. Cui inq̃: viuit dñs ⁊ bñdictus deus me⁹ in cui⁹ ↄspectu existim⁹ non mãduco neq3 bibo donec charitate pura pariter cibum sumimus. Igitur vix eum coegi: vt faceret qd volui. Uerũtñ vt meum agnouit desiderĩũ: panē fregit: tribuit mihi: mãducauim⁹ ⁊ saciati sum⁹: nobisq3 fragmēta, fuerũt edētibus. Nocte illã isomnē pene duxim⁹: diuinisq3 laudib⁹ i morati sum⁹. Mane facto post horã oronis videbã vultũ ei⁹ ita in pallorē mutatũ qd ei acciderit q̃siui ab eo: q̃ ait nõ expauescas frater Paphũci qm oĩpotēs de recto itinere in hãc solitudinē direxit te: vt honorifice sepelias me: atq3 corp⁹ meũ cõmēdes terre: hac eteñi hora anima carnis vinculis absoluit: atq3 ad creatorē suũ i celeste regnũ deportatur. Frater amãtissime. Scio nãq3 desiderium tuũ: quando redieris in egyptum memorare mei in p̃sentia fratrum tuorum ⁊ in conspectu oĩm christum colentium. Hec est postulatio mea quam impetraui a domino deo. Si qs oblationē ob amorem nominis mei ante cõspectum dñi nostri iesu xpi imolat: ab oĩ tēta tione diaboli ⁊ a vinculis prauitatis humane liber existit atq3 cũ sanctis angelis in regno celoꝝ eterne hereditatis capax fiet: si quis oblationem nõ valet efferre: vel pre iopia redimere ille p amore meo in noĩe dñi elecmosynã pauperi tribuat: ⁊ ego orabo p eo in ↄspectu dei: vt dignus celestibus vita superna perfrui valeat. Si quis cũ oblatione3 nec elcemosy-

nā pōt offerre: pro charitate mea incēsum domi=
no deo nr̄o in odorē suauitatis accēdat: ⁊ ego ro=
go ꝑ eo vt gaudiū ꝑhēne possideat. Cui inq̄. Pa
ter mi ne irascaris si loquar: si icēsum nec q̄s ha=
bet nec facultatis aliq̄d vnū te placare potest: vt tū
tua bn̄dictiōe nō careat in quacūq; tribulatiōe te
inuocat. Tūc ille rn̄dit. Si q̄s pauper in deserto
vel in aliquo alio loco oblationē aut elecmosynā
seu icēsum nō hꝫ ad imolādū surgat ⁊ man⁹ suas
ad dn̄m extēdat ter dn̄icam orōnē idest pater no=
ster pro mecū intēta mēte ⁊ in nomine sancte tri=
nitatis psallat. Ego vero ꝑ ipso ad dominū īter=
cedo: vt vite celestis mereatur particeps fieri cuꝫ
oībus sanctis dei. Iterū dixi ad eum. Domine si
dignus essē: aut si donis gratie tue mihi liceret
post obitū tuū locū istum libētissime obtinerem.
At ille ait. Nequaq̄ tibi fili cōcedit: nec idcirco
misit te deus in peregrinationē isti⁹ solitudinis
vt hic obtineres locū habitationis: sed cū iustis
qui in deserto sunt graluleris ⁊ ītimare ea stude=
as mūdo que cognouisti in heremo. In egyptum
perge ibi esto vsq; ad finē vite tue opus bonū per
fice: ⁊ accipies coronam perpetue glorie. Hec cuꝫ
homo dei loqueret: aduolutus sum pedib⁹ illius
dicens. Pater chare: scio enim q quicq̄d petieris
a deo dabit tibi deus propter immensum laboreꝫ
certaminis lōgissimi: quo corpus tuum afflixisti
lxx. ānis ꝑ nomine domini: prebe ergo mihi mu
nera tue sancte bn̄dictiōis: quatenus tibi ī vtute
efficiar similis: ⁊ tua interuētione spiritus meus
dirigatur ⁊ in futuro tecum participare merear.
Qui mox ecōtra respōdēs ꝓtulit ista. Paphnūci
ne contristeris petitio tua tribuēte domino erit
stabilis. Sta in fide: viriliter age oculos cū mente
ad deum erige: in mādatis cor roborare: bonum
fac impiger cōtende: ⁊ vitam eternā apprehende.
Protegāt te angeli dei: ⁊ conseruent te ab omni
cōsilio prauitatis: vt purus ante deū ⁊ imaculat⁹
in die sui examinis īueniaris. Post hec surrexit ⁊
ad dn̄m lachrymās orauit genua flexit: atq; subi
to dixit. In man⁹ tuas de⁹ cōmēdo spm̄ meū. Cū
q; hec dixisset: lumē splēdidū corp⁹ eius obūbra=
uit ipsi⁹ claritate luminis aīa sancta carne solu=
ta est. Repēte vero vocē angeloꝝ multorū audiui
laudātiū deū: vt in discessu sanctissime aīe sancti
Onufrij: ethera scꝫ angelicis cāticis resonantia:
gaudiū ineffabile astris intulerūt: ꝑ q̄ celestes ex
ercitus aīam militis incliti celis īuexerūt. Mox
oculi mei fletu profluunt: interiora gemitus ꝓdu
cunt: lachrymarum riui manarūt: plāct⁹ mei mi
seri Paphnūci exuberāt: illud flebilis plāxi: quia
quem vix inueni: diutius habere nō potui. Dein=
de tunicā meā ꝑ dimidiū scidi: vna parte indutus
sum in alterā collocaui corpus beatum ⁊ sepeliui
illud in sepulchro qd̄ excisum erat de petra. Tūc
vidēs me solum remanere: iterū cepi lugere. Ita
merēs surrexi: speculūq; illius habitaculū intrare
volui. Deniq; me astante: ipsa spelūca cecidit cuꝫ
magna ruina: ⁊ palme radici⁹ crute simul procu=
buerunt. Cognoui itaq; ego Paphnūcius q non
eēt volūtas domini: me ī illo loco habitare: seces
si inde ⁊ in egyptū redij ibiq; ecclesie retuli q̄ vidi
⁊ audiui. Sanctus igitur Onufrius obijt mense
Junio: die. xj. i. tertio idus eiusdē mensis. Ibi be
neficia ei⁹ prestātur vsq; in presentem diē ad lau=
dem ⁊ gloriā domini nostri iesu christi cui est ho=
nor ⁊ potestas in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit vita sancti Onufrij.

¶ Incipit vita beati Abrae heremite.



FRatres mei cupio vobis e=
narrare conuersationē bo=
nam perfectāq; atq; admirabilis
viri Abrae: quā sic inchoauit vt
in cōsummatione eius gloriā ꝑ=
petuā mereretur sꝫ pauco admi
randā luculentā de eo historiaꝫ
retexere: cum imaginem virtutū
ei⁹ cōsidero. Ecce enī cōuersatio
quidē viri perfecta est ⁊ optima:
ego vero infirm⁹ ac rusticus. Eq̄
dē imago virtutis eius admirāda ac splēdida co=
lores autem verboꝝ quibus depingēda est admo
dum tristes: ac tetri sunt. Attamē licet imperit⁹:
vel ex parte tētabo: q̄q̄ comprehēdere ꝑfecte nō
valcam enarrabo tū in quātū sufficio de eo dē viro
disserere: qm̄ qui secūd⁹ Abraā meruit nūcupari
nō facile humano ore pōt referri. Extitit eī nr̄is
temporibus: angelicā vitā in terris agēs acquisi
uit: nāq; celesteꝫ gloriam adipisci ꝓmeruit. Et q
iuuentute castitatis pudicitiam cōseruauit: tem
plum sancti spiritus factus est: tanq̄ sctificatum
vas: ⁊ ita semetipsum exhibuit deo: vt cū habita=
torē ī mētis sue hospitio haberet. Hic itaq; btūs
Abraā habuit parentes valde locupletes q̄ eū te
nere ac supra modū diligerēt: ita vt ēt affectū hu
manum coꝝ dilectio trāscēderet: despōsauerāt ei
puellā adhuc in pueritia cōstituto: expectātes ac
desiderātes in aliqua eū dignitate seculari profi
cere. Sed hic longe aliter sentiēs in ipo adolescē
tie gradu ecclīaꝝ iugiter cōuēticula frequētabat
⁊ quecūq; ibi ex diuinis scripturis recitabant: au
rē libenter accōmodans audiebat: ⁊ in cordis sui
memoriā ita recōdebat: vt etiam cum absens eēt
ea q̄ dedicerat meditatione ītētissima ruminaret.
Cūq; memorati parētes eius tempus nuptiaruꝫ
propinquabile iudicarent: cōpellebant eū matri
monij vinculis obligari. Sed cū hec ille primo re
nueret: postmodum molestiam eoꝝ iugē sedulāq;
nō ferēs: pudoris verecūdia acquiescere purgeb
Cum itaq; celebratis nuptijs sponsa in talamo
resideret repente quasi lux quedā in corde ei⁹ di
uina gratia refulsit: queꝫ veluti ducem quēdā sui
voti inueniens ilico exiuit ⁊ secutus est: atq; ab
vrbe egreditur. Duobus aūt fere millibus ꝓcul a
domo sua cellulā vacantē reperit: vbi se cōstituēs
⁊ glorificans deū cum ingenti leticia ꝑmanebat.
stuporeꝫ vero maximū tam parētibus suis q̄ vici
nis de hoc facto incusserat. Qui exeūtes in diuer
sa dispersi vbiq; dei hominē requirebāt post dies
autem. xvij. in memorata cellula eum orātē repe=
riunt. Beatus aūt vir cum eos stupore perculsos
aspiceret: quid me (inquit) admirantes aspicitis?
Glorificate potius misericordissimuꝫ deum q̄ me
ex ceno iniquitatum mearū eripuit: ⁊ orate ꝑ me
vt iugum hoc suauissimum: sub quo me indignū
suscipere dignat⁹ est dn̄s: vsq; in finē valeā baiu=
lare: cōuersationēq; meā beneplacitā sꝫ volūtatē
eius possim in oībus coaptare. Qui cū oēs eū au
dientes respōdissent amē: deprecatus est eos ne
ei vellēt crebro molestiam obtētu visitationis in=

ferre. Quibus recedētib⁹ aditum cellule sue ob=
struxit: ꝛ ↄcludens semetipsū intrinsecus paruis=
simum fenestre foramē reliquit: ꝑ qḋ alimēta reci
peret: itaqȝ mentē eius remotā a turbulētis īter
pellationib⁹ diuina gratia illustrabat: ꝓficiēsqȝ
quotidie in optima conuersatione primum quasi
fundamētū vite sue ↄtinētiā possidebat: necnō vi
gilijs ꝛ oꝛonibus: cū fletu ꝛ humilitate atqȝ chari
tate studebat. Cūqȝ per oēm locum de eo fctā opi=
nio diuulgaret: cuncti audiētes ad videndū eū ꝛ
vt edificarent ab eo: vndiqȝ ↄfluebant. Sermo qȝ
ei sapiētie ac scie ꝛ ↄsolationis a deo affluēter da
tus est: q̄ in mētes audiētium quasi luminare lu
cidissimum radiabat. Cōtigit aūt anno. xij. renū=
ciationis eius: vt parētes eius ex hac vita recedē=
tes aurū ei copiosum ꝑdiaqȝ magna relinquerēt
qui rogans amicū quēdam admodū sibi carū: ad
distribuēda vniuersa indigentib⁹ ac pupillis offi
cium religiosum illi iniungit: ne ipsius oꝛonib⁹
impedimetū huius rei gratia gigneretur. Et cū
hoc fecisset letus aīo ꝛ mente quieta ꝑmāsit. Hoc
eñ bono viro maximū studiū erat vt coꝛ eius nul
lis terrenis negocijs vinceretur: ꝛ idcirco sup ter
ram nihil aliud possidebat excepto vno sago vna
qȝ nihilominus tunica cilicina qua vtebat. Cati=
num quoqȝ per modicū in quo edere seu bibere so
litus erat habebat: necnō ꝛ vnū cyatū in quo cu
bitare cōsueuerat. Cū his aūt oībus humilitatē
supra modum ꝛ charitatē ad oēs equaliter possi=
debat: nec ꝑponebat in honore locupletē paupi
nec principē subdito: vel nobilē ignobili prefere
bat: sed similiter diligēs honorabat: sine cuiusqȝ
acceptione ꝑsone. Nec aliqū quemꝙ procaciter
increpabat: sed erat sermo eius charitatis suaui
tate cōditus. Quis audiēs eius eloquiū satiari
potuit aliqn̄ de his que aliqn̄ ex sermonis ei⁹ dul
cedine proferebantur vel quis vultū illius sancti
tatis imaginem preferentē respiciens: nō magis
videndi eū sepius desideriū sumpsit in oī tempo
re abstinentie sue regulā: quā semel arripuit: nō
mutauit quinquaginta annos institutum ꝓpriū
omni alacritate cōpleuit ꝛ ob nimium amorē ac=
desiderium quod habebat in christo omne euum
tēpoꝛe illius quasi dies paucissimos reputabat
ꝛ totus rigoꝛ acerrimus ↄuersationis eius apud
eum pro nihilo videbatur. Erat aūt haud procul
ab vrbe illa vicus quodāmodo spacios⁹ ac magn⁹
in quo vniuersi pariter a minimo eoꝝ vsqȝ ad ma
ximū pagani crudelissimi existebāt: quos ab ydo
loꝝ cultu nullus oīno valebat auertere. Nōnul=
li quidē presbyteri ꝛ dyaconi in hoc ipm̄ illic oꝛ=
dinati ꝛ directi ab ep̄o: sine vllo salutis eoꝛū fru
ctu recedebant nequaꝙ afflictionis ferētes labo
rem: qꝛ nō solum suaderi ꝛ ad cōsensum anim⁹ eo
rum ferox nō poterat flecti: verūetiā persecutio=
nes in eos qui mouebant: ac seditiones vehemē
tissimas cōcitabant. Sed turba nihilomin⁹ mo=
nachoꝛum: semel atqȝ iterū adire nitētes nil pe=
nitus pro cōuersatione agere potuerunt. ¶ Por
ro vna die residens cū clericis suis ep̄s beatissimi
huius viri habuit mentionē: dixitqȝ ad eos. Ego
talem virū tempoꝛibus meis videre nō potui: ita
in omni opere bonitatis perfectū: ꝛ sic cūctis vir=
tutib⁹ adoꝛnatū in q̄bus elegit deus habitare vt
habetur nūc sanctissimus abraā. Rñdentes autē
clerici: verū esse affirmabāt. Et ep̄s. Volo inquit
eum in vico illo gentiliū oꝛdinare: pōt eñ eos pa
tiētia sua ac nimia charitate ad deum cōuertere
Et cōsurgēs ꝓtinus cellulā sancti viri cū sanctis
proficiscit clericis. Cūqȝ salutasset eū: statī de gē
tibus vici illius insinuat vt vsqȝ ad eos ob salutē
eoꝝ ꝑgeret rogat. Qui cū audisset: tristis vehemē
ter effectus est: ꝛ ait ad ep̄m. Queso (inquit) pater
sanctissime ꝑmitte mihi vt meas iniq̄tates defleā
neqȝ hmōi negocium infirmo ꝛ exiguo existēti in
iungas. Ad quē rursus ep̄s dixit. Per dei gratiā
(inquit) potens es ne velis ergo in hac bona obe
dientia fieri cunctabundus. Cui vir beatus iter
rñdens dixit. Obsecro sanctitatē tuā: vt me mala
mea plangere ꝑmittas. Et ait ad eū ep̄s. Ecce to=
tū mundū ꝛ que in eo sunt reliquisti: ꝛ vitā cruci=
fixi amplexatus es attamen sed ꝛ cū hec vniuersa
cōpleueris agnosce te adhuc obedientiā que cun
ctis virtutibus eminet nō habere. Hec ille cū au=
disset cepit flere amare: dicens ad eum. Quid sū
ego: canis mortuus: ꝛ q̄ est vita mea: qm̄ talia de
me o sctissime pr̄ iudicasti. Cui ait ep̄us. Ecce hic
residēs tuā solūmodo salutē acq̄ris: ibi aūt pluri
mi ꝑ te diuina grā operante saluandi sunt: quosqȝ
ad dn̄m deū ↄuertes. Cōsidera itaqȝ vñ ampliorē
mercedē habeas: vtrū teipsū salueris solū aut si
plurimos tecū ad salutē adduxeris. Tunc beat⁹
vir dei flens ait. Fiat volūtas dn̄i. Verūtñ ꝓpter
obediētiā quocūqȝ iusseris pergā. Educēs ergo
eū de cellula in ciuitatē illico introduxit: ibiqȝ ꝑ
impositionē manuū presbyter oꝛdinatus: statī
ad vicum paganoꝝ sine moꝛa dirigitur. Quo dū
sanctus Abraā ꝑgeret precabat dn̄m dicēs. Cle
mētissime ac benignissime de⁹ respice infirmita=
tem meā: gratiamqȝ tuā celestē ad meū presidium
dirige vt glorificet nomē tuū sanctū. Perueniēs
aūt ad vicū: vidēsqȝ eos insania idolatrie esse detē
tos: ex imo pectoꝛe ingemiscens grauiter fleuit: ꝛ
eleuās oculos suos ad celū dixit. Tu solus qui si=
ne pctō es deus ne despicias opera manuū tuaꝝ:
festināterqȝ direxit nunciū in ciuitate ad amicū
illum charissimum sibi vt pecuniā ex reliquijs pa
trimonij sui deferret. Quam cum accepisset inter
paucos dies construxit ecclesiam. Et velut spōsā
vltimā: multo eam mirificoqȝ decoꝛauit oꝛnatu.
Verū vt edificaret quotidie hō dei ꝑ media simu=
lachra gentiū transiēs nihil penitus loquebat:
nisi ī coꝛde suo oꝛabat solūmodo gemitusqȝ cū fle
tu mittebat ad dn̄m. Postꝙ vo vidit ecclesiā con
summatā: quasi munus quoddā cū lachrymis ob
tulit deo: ꝛ ibi genibus positis has ꝑces supplici=
ter in sua oꝛone ꝓfudit. Tu inquiēs oīpotēs de⁹
qui totum mundū erroꝛis depressum caligine ad
cognitionem luminis tui per tuam presentiā de
duxisti: hunc quoqȝ populū tuū dispersum cōgre=
ga in sinum ecclesie tue: ꝛ illumina oculos mētis
eoꝝ: vt respuētes simulachroꝝ culturā: te solū
amatoꝛē hominū ac benignū deum cognoscant.
Cūqȝ hanc oꝛationē finisset cōtinuo egressus ab
ecclesia perrexit ad templum gētiliū: arasqȝ eoꝝ
ꝛ simulachra manib⁹ suis euertit atqȝ destruxit.
Quod factum cum cerneret turba gētiliū quasi
agrestes fere insiliūt: eūqȝ lacerātū multis verbe
ribus fugauerunt. Ipse autē clā nocte in ecclesia
residens plagarū suarum maculas nō curabat: sȝ

tantūmodo cum fletibus ac gemitib⁹: vt salui fierent dn̄m precabat. Facto aūt mane aduenientes pagani inueniūt hoīem dei orantem ⁊ nimio stupore perculsi: quasi enei remāserunt. Unde et ad ecclesiā quotidie veniebāt vt cernentes ornatum ecclesie se delectarent. Cepit itaq quadaʒ die vir beatus Abraā deprecari eos: vt agnoscerēt deuʒ. Illi vero seniores effecti: fustibꝯ eū quasi lapideʒ quendā atq exanimē ceciderūt: et deinde pedib⁹ eius fune ligatis extra vicum traxerunt lapidib⁹ obruentes: mortuumq eū arbitrantes: semineceē reliquerunt. Media aūt nocte in semetipsum reuersus cepit flere vehemētissime ac dicere. Ut qd dn̄e despexisti humilitatē meā: ⁊ despexisti domine opera manuū tuarū. Et nūc dn̄e respice seruū tuum: ⁊ exaudi deprecationē meam: ⁊ corrobora me: ⁊ absolue seruos tuos a vinculis diaboli: et presta eis vt cognoscant qm̄ tu es solus: et preter te non est alius deus. Deinde consurgens ab oratione intrauit in vicum ingressusq ecclesiaʒ dn̄o psalmos canebat. Rursus aūt facto diluculo cuntes viderūt eū ⁊ stupefacti atq in insaniā versi: nulla habētes viscera mīe: acerrimis illū tormentis crudeliter cōfecerūt: ⁊ more solito funib⁹ alligatū extra vicū traxerunt. Hec aūt eū per triennium pateret: quasi verus adamas tolerabiliter ꝑdurabat nec tot tātisq infectationum tribulationib⁹ cessit: sed cū cederet: cū traheret: cum ꝑsecutiōes pateret: cū lapidaret: cuʒ fame ⁊ siti laboraret: in oībus his q̄ ei acciderant: nunq̄ ad iracūdiā prouocatus/ nunq̄ ad indignationem cōmotus est/ nunq̄ pusillanimitate fractus/ nūq̄ tedio fatigatus est: sed cū aspera oīa pateret: magis ac magis amor eius in eos ⁊ charitas augebat: mō admonebat: modo blandiebat: modo blandimētis suauissimi eloquij liniebat: seniores veluti patres rogabat: iuuenes vt fratres: adolescentes vt filios: cum econtrario ab eis subsannaret: irrideret atq opprobria pateret. Quadaʒ igit̄ die habitatores vici illius ꝯgregati: nimioq stupore mirantes ac ꝑterriti adinuicē colloquētes cernitis (inquiunt) tam magnā patientiā viri: ⁊ ineffabilē circa nos charitatem quō in tantis tribulationibus quas ei intulimus nequaq̄ ex hoc loco discesserit: neq alicui nostrū malū verbū locutus sit: sed cū gaudio magno sustinuerit vniuersa. Uū nisi esset vt asserit deus viuus quē predicat ⁊ regnū ⁊ paradisus: vltio quoq malorū non hāc tribulationē effugisset. Quō deos nr̄os cū esset sol⁹ euertit: ⁊ in nullo eū ledere valuerunt. Uere seruus dei est homo hic ⁊ cuncta vera sunt q̄ de eo fama dispersit. Uenite itaq credamus in deū quē predicat. Et hec inter se colloquētes: pariter oēs in ecclesiā pergūt clamantes ⁊ dicētes. Gloria deo celesti qui misit famulū suum vt nos ab errore saluaret. Tūc beat⁹ hō dei hec videns letitia ingenti repletus est: et facies eius quasi ros matutinus mutata est: aperiensq os suū ait ad eos. Patres mei fratres ac filij venite dem⁹ gloriam deo: qui illuminare dignat⁹ est oculos mētis vestre vt eū possitis agnoscere: ⁊ ꝑcipite signaculū vite vt purificemini ab immūdicia idolorū: ⁊ credite ex toto corde ⁊ aīo q̄ vnus sit deus celi ⁊ terre ⁊ oīm q̄ in eis sunt sine initio inenarrabilis ⁊ incōprehēsibilis: dator luminis ⁊ amator hoīm ⁊ terribilis ac suauis: ⁊ in filiū eius vnigenitū: qui est sapiētia eius ⁊ in spiritū sanctū: q̄ viuificat oīa: vt celestes ex terrenis effecti vitā celestē possitis adipisci. Rn̄dētes aūt vniuersi dixerūt. Ita pater: ita dux vite nr̄e quem admodū denuncias nobis ⁊ doces ita credimus ⁊ faciemus. Et ꝯfestim sctūs Abraā assumens sacrū baptisma baptizauit eos in noīe patris et filij ⁊ spūsscī a minimo vsq ad maximū. Erāt autē oēs vsq ad mille aīas. Deinde ꝑ singulos dies diuinas scripturas eis legebat: docebat eos de regno dei: de paradisi delitijs: de gehēne supplicijs ⁊ de iustitia de fide ⁊ charitate. Illi vero sicut bona terra ꝑcipit semē bonū: ⁊ affert fructū: aliud cētesimū: aliud sexagesimū: aliud trigesimuʒ: ita verba eius libētissime audiētes: atq in timore dn̄i ꝓficientes fructus largissimos afferebāt. In conspectu aūt eorū quasi angel⁹ dei videbat: ⁊ quasi q̄dā edificij ligatura. Sic eīn charitas illorū erat circa ipsum: ꝑ doctrinam sermonis dulcissimi: vt hoc de eo merito crederet videri. Cōpleto igitur anno postq̄ crediderūt: vir beatus Abraā nō cessabat diebus noctibus eis verbum dn̄i ꝑdicare. At vbi eorum studium circa deū fidemq firmissimaʒ vidit: et q̄ erga eum nimia essent charitate cōnexi: ⁊ honorem sibi maximum exhiberent verens ne obtentu eorum abstinentie sue regulā destruere cogeretur: cōsurgens in medio noctis hāc orationem fudisse fertur ad dominuʒ. Tu solus sine peccato deus qui cum sis sanctus requiescis in sanctis: qui solus amator es hominuʒ ac misericors dominus: qui mentes occultate huius multitudinis illuminasti: qui eos ab aduersarij vinculis absoluisti: ⁊ tue cognitionis eis scientiā tribuisti: queso dn̄e: vt vsq in finē regere eos ⁊ cōseruare digneris ⁊ auxiliū tuū gregi huic optimo quē possidere voluisti ꝑpetuū copiosūq clemēter impartias: ⁊ quasi muro validissimo eos grā bonitatis tue circūdes: ⁊ eorū corda semꝑ illumines: vt ea q̄ sunt tibi placita ꝑficientes eternā vitā ꝑcipere mereant: mihi q̄ꝫ infirmissimo adminiculū tribuas: neq reputes in peccatū q̄ ab eis festino discedere. Tu eīn nosti vniuersorū cognitor: q̄ te solū desidero ⁊ te mihi dn̄m eē cognosco. Cōsummataq oratione discedens: tertio cōsignauit vicū xp̄i signaculo: abijtq latenter in aliū locuʒ: ⁊ q̄bus potuit se latebris occultauit. Mane autem solito more ad ecclesiam turbe cōuenerūt. Cūq eum minime reperissent maximo stupore ꝑcussi: ⁊ quasi errātes oues diuersis locis pastorē ꝓprium perquirebāt nomēq vlulantes cū lachrymis inclamabāt. Cū aūt diutissime ꝑquirendo eum inuenire non possent nimio merore deiecti: ꝯfestim qd̄ eis acciderat pergentes: ep̄o nūciauerunt: q̄ cum hoc agnouisset: ipse quoq admodū tristis effectus statimq plurimos ad requirēdum dei hoīem destinauit: maxime ob cōsolationem gregis eius eo q̄ cerneret eos flebiliter contristari. Cūq ab oībus tanq̄ lapis ꝑciosissimus quereretur: ⁊ prorsus inueniri non posset: habito cōsiliorum clericis suis ep̄s memoratū vicū ingreditur: cepitq ad eos consolatorium ꝓferre sermonem: ⁊ dolorem maximuʒ quē de discessu hominis dei conceperant blanda predicatione lenire. Cernens autem in fide christi eos firmissimos elegit ex eis viros probabiles quos presbyteros ac dyaconos lectoresq consti-

tuit. Audiēs vero hoc sanctissimus Abraam vehementer gauisus est: et glorificans deum dixit. Quid retribuā tibi domine deus meus: benignissime pater atq amator hominū suauissime. Fecit igitur alteram intrinsecus cellulā: et temetipsuz magna cū leticia ꝯclusit. O miraculū charissimi laudibus plenū gl'ia sempiterna. In tātis nāq afflictiōibus quas in sepedicto vico perpessus est: nū q̄ abstinētie sue regulam fregit: neq in dexterā vel sinistrā ab ea diuertit. Gloria et magnificētia deo: qui ei tatem tolerantiā tribuit: q̄ et alios posset ꝯuertere: et suis ꝓpositis gratiā custodire.

¶ Cernēs aūt diabolus bonoꝝ hominum emulus q̄ tātas in eū tribulationū molestias excitās nō insidias dei hominē trahere: non in aliquo mentem viri dei valuisset a domino separare et q̄ magis est: sicut aurū in fornace pressuris fulgentior redderetur atq in maiorem patientiam et alacritatem charitatis ꝓficeret: vehementer irritatus et acriter efferatus aduersus eum cum magna fantasia aduenit: vt saltem sic ei pauorem incutiens decipere eum posset ac fallere: igitur cum staret in medio noctis ac psalleret repente lux copiosa veluti solis in cella eius refulsit: et vox quasi cuiusdam multitudinis audita est dicens. Beatus es Abraam vere beatus es fidelis nullusq sicut tu in omni conuersatione inuentus est: qui oēs voluntates meas explesti. Protinus autem vir sanctus dolum maligni cognoscēs: exaltauit vocem suam ac dixit: obscuritas tua tecum sit in ꝑditionem: o plene dolo atq fallacia: ego eñ homo peccator sum habens tñ spei presidia per gratiā dei in nullo tuas insidias pertimescā. Neq eñ plurime fantasie pauorem mihi incutiunt. Nomen siquidem dñi mei et saluatoris iesu christi: quem dilexi et diligo: mihi validissimus murus est in q̄ te increpo immunde canis: ac tetre et miserande. Et dicente eo hec: ꝯfestim vt fumus ab oculis eius euanuit. Sanctus autem dei famulus cuz multa alacritate: trāquilloq animo benedicebat dñm.

¶ Rursus vero post paucos dies orante eo noctu tenēs securim diabolus: cellulā eius conabatur euertere. Et cum iam putaretur per foramen cū voce magna clamauit et dixit. Festinate amici mei festinate celeriter: atq introeuntes vitā arripite. At aūt ꝯtra eū btūs Abraā. Oēs gētes circūdederūt me: et in nōie dñi vindicabor in eis. At ille ꝓtinus cū hanc vocē audisset euanuit: cella aūt beati viri integra atq illesa permansit. ¶ Item post paucos dies cū media nocte psalleret mapulam eius super quā cōsistebat: cepit vehemēs flāma comburere. Tūc ille intrepidus ignem cōculcans dicebat. Super aspidem: et regulum ambulabo: leonem et draconem conculcabo: et oēm virtutem inimici in nōie dñi mei iesu xp̄i qui mihi prebet auxilium superabo. Diffugiēs itaq sathanas voce magna proclamabat: ego te inquiens mala morte deuincam: inueniamq artes quibus te cōteram: qui me nūc quasi cōtemptibilem reputas.

¶ Quadam die igitur cibum eo sumente transfiguratus demon in habitu adolescentis: cellulaz eius ingreditur: et appropinquās catinū eius nitebatur euertere. Uir aūt dei manu illud retinēs manducabat intrepidus. Tūc exiliens diabolus aliam fantasiam repente cōfingit: et ecce quasi lumen cādelabrum statuens ante eum: et lucernam desuper ardētem ore polluto ac fetido psalmos cātabat voce magna: beati (inquiens) in via immaculati: qui ambulāt in lege dñi. Cūq ex eodē psalmo verba plurima cecinisset: nullum ei sermonē sanctus ille respondit: donec cibum solitū percepisset. Postq̄ vero de mensa surrexit: cū omi constantia ait ad eū. Canis immūde et miserāde atq infirmissime et mēdacissime: si nosti q̄ beati sint cur eis molestus es? Nā beati sunt reuera oēs q̄ ex toto corde diligunt deum. Respondens autez diabolus ait. Idcirco illis infestus sum vt ab omi opere bono ꝑdiit: meis facinoribus sociēt. Cui vir beatus ita respōdit. Non tibi bene sit maledicte: vt quempiam timentium deum superare vel impedire ꝑualeas: nisi forte eos qui tibi similes existentes a deo propria volūtate discedūt illos vincis ac fallis: qm̄ deus nō est in eis. Ab his autē q̄ diligunt deum tanq̄ fumus a vēto: ita facile euanescis ac deficis. Una siqdez eoꝝ oratio sic te persequitur ac deturbat quēadmodum puluis a vēto insectatus dispergit. Uiuit aūt deus meus qui est benedictus in secula cuius est gloria mea: q2 non te ptimescam etiā si omi tpe ibi ꝯstiteris. Sic aūt ꝓ nihilo te spernā: veluti si vnus catulus ꝯtritus ab aliquo ꝯtēnatur: hec eo dicente confestim ille vt solebat euanuit. ¶ Rursus post dies quinq cū psalmodiā suam noctis tpe ꝯsummasset: aliud fantasie argumētū ab inimico cōfingitur. Ecce eñ quasi turba plurima cernitur aduenisse: et veluti trahentes inuicem cū clamoribus se mutuo cohortantur: vt homo dei in foueam ꝓijceretur. Quos circunspiciens vir beatus circundederūt me (inq̄t) sicut apes et exarserūt sicut ignis in spinis: et in nomine dñi vindicabor in eis. Tūc sathanas exclamās ait: heu me: q̄d tibi de cetero faciam nescio. Ecce eñ me in omnibus victum ac superatum intelligo: et vniuersas vires meas esse despectas: et me vndiq cōculcatū. Uerūtñ nec sic quidem a te aliq̄n discedam: donec te superās humilem mihiq subiectū faciam. Uir aūt dei ait ad eū. Anathema tibi et omni virtuti tue pollutissime demō gloria aūt et honor dño soli sancto ac sapiēti deo qui nobis dilectoribus suis te tradidit cōculcandum: et idcirco versutias tuas subsannamus atq cōtemnimus. Agnosce itaq infirmissime atq infelicissime: q2 nos neq te neq tuas ptimescimus fantasias. ¶ Per multū aūt tp̄s diuersis argumētis ac machinis ꝯtra virū fortissimū dimicās non quiit cogitationibus eius solidissimis: talē pauorē certaminis icutere: cui magis ꝓcliando alacritatē et charitatē in deum maxime sustētabat. Diligens nāq deū ex toto aīo et cōuersationem suam s'm volūtatem eius instituēs: affluenter gratiam diuinam ꝓmeruit: et ꝓpterea non valebat diabolus ledere eum. Perseueranter nāq pulsauerat vt ei thesauri diuine grē panderentur. Cūq patefactus fuisset ingressus tres sibi inde preciosissimos lapides sumpsit: fidē: spē et charitatē: quibus in eo perfecte ac firmiter virtutes relique ornabantur. Texens itaq preciosissimam coronā bonis operibus: regi regū dño a quo munus acceperat offerebat. Quis enim sic ex toto corde deum et ꝓximum tanq̄ seipsum dilexit? Aut quis ita laborantibus compatiebatur: et

misericors exhibebat. Quē aliquē monachum audiēs bn̄ cōuersari nō, p eo deprecatus est dn̄m: vt liber ab oībus diaboli laqueis seruaret: ⁊ cursuz vite sue inculpabiliter cōsummaret. Aut quē peccatorem vel impiū audiēs, p eo vt saluaretur cū lachrymis diebus ac noctibus dn̄m non postulabat. Labia sua nō soluebat facile in risum: corpusculū eius aut facies: vel ēt pedes a die cōuersionis sue nūq̄ diluti sunt. Sic nāq̄ se exhibebat vtā q̄ quotidie moriturū. O vere res gloriosum miraculū: in tāta abstinentia: iugibusq̄ vigilijs fletibus mixtis: camenis quoq̄ ⁊ cōtritione corporis nūq̄ aīo lassatus est: nūq̄ infirmat⁹ segnitia obtorpuit nūq̄ tedio fatigat⁹ est: sed veluti esuriēs quisq̄ aut sitiēs: sic ille auiditate quadā sustinēs oīa nūq̄ sui ꝓpositi potuit dulcedīe satiari. Erat aspectus eius quasi flos quidā immarcessibilis: atq̄ in facie eius puritas animi noscebat: vtpote qui diuina gratia in oībus frueretur ⁊ iocūditate spiritualis letitie regebatur. In hora nāq̄ dormitiōis sue ita splēdidissim⁹ vultu apparebat: q̄si qui nequaq̄ vite sue tp̄s in abstinētia peregisset. Sed ⁊ aliud in eo p dispēsationē miraculū gestū est. In oībus siq̄dē q̄nquaginta annis abstinētie sue vestē cilicinā qua īdutus fuerat nō mutauit.

¶ Volo aūt dilectissimi vnanimitatem vestram: etiam aliud negociū qđ in senectute sua vir beatus gessit instruere. Est eñ sapiētib⁹ ac spūalib⁹ plenus edificationis: necnō humilitatis atq̄ cōpunctionis exēplū. Res vero gesta huiuscemodi est. Habuit vir beatus Abraaz carnis ꝓpinquitate germanū quo defuncto: vnica filia eius annorum septem relinquitur. Quam cum parētibus orbatam noti amici, p patris eius vidissent auunculo eius sine mora ꝓducunt. Cūq̄ eaz senior cerneret: in cella sua exteriori iubet īcludi. Erat autez in medio vtriusq̄ cellule fenestra permodica per quam docebat eam psalterium: aliasq̄ scripturas ⁊ cum eo in laudib⁹ domini vigilabat: ⁊ psalmos nihilominus cōcinebat: in omniq̄ abstinentia emulari suum auunculū nitebatur. Alacriter quoq̄ in arrepto instituto ꝓficiēs vniuersas virtutes animi festinabat implere. Vir nāq̄ sanctissimus incessanter, p ea cū lachrymis dominū deprecabat: ne mens eius cura terrenorum actuū implicaretur: eo q̄ eius pater moriens: infinitas pecunias ei reliquisset: quas cōfestim famul⁹ dei distribui iussit egenis atq̄ orphanis. Hec quoq̄ auunculū suum precabatur quotidie: vt pro se dominum oraret quatenus a cogitationibus pessimis ⁊ diuersorum laqueoruz diaboli eriperet insidijs. Cōstanter igitur instituti sui regulaz obtinebat. Exultabat autez auūculus eius: q̄ sic eam promptam sine vlla hesitatione in cunctis virtutibus cerneret promoueri: in lachrymis. scz in humilitate atq̄ modestia in q̄ete: ⁊ (qđ his sublimi⁹ est) erga deum in eximia charitate. Viginti siquidem ānis cum eo in abstinentia degens: velut agna pudicissima: atq̄ incōtaminata colūba cōuixit. Quo tempore annorum expleto seuiebat aduersus eam diabolus: ⁊ insidias solitas pretēdebat quomodo eaz posset suis cassibus irretire: vt saltem sic molestiam sollicitudinemq̄ beato viro posset incutere: ⁊ quantulūcūq̄ mentem ipsius a domino separare. Erat itaq̄ quidā ꝓfessione tātūmodo monachus: qui sub obtentu edificationis ad eū sepius pgere simulabat. Sed ⁊ illā beatam per fenestram nihilominus cōtemplādo luxurie stimulis agitatus cuz ea colloqui cupiebat amor nāq̄ libidinis cor ei⁹ quasi ignis succēderat. Insidiabatur itaq̄ multo tēporis spacio: ita vt vni⁹ anni circulus volueretur: donec cogitationē ei⁹ verboꝝ suorum mollicie eneruaret. Denique aperiens cellule sue fenestram: egreditur ad eum qui eā protinus scelere iniquitatis atq̄ libidinis contaminauit ac pdidit. Postq̄ vero tanti peccati facinus perpetrauit expauit cor eius cōscindensq̄ ei⁹ cilicium quo erat induta faciē suā manib⁹ verberabat: cupiēs nimio merore se morti tradere atq̄ anxietatis oppressa pondere dum deliberat lōgo portum cerneret; in diuersis cogitationuz estib⁹ fluctuabat: plangebatq̄ se non esse quod fuerat: ⁊ cum eiulatu sepius proferens. Ego inquit iaz me ex hoc mortuaz sentio perdidi dies meos in labore abstinētie mee orationū lachryme vigiliarūq̄ opera ad nihilum sunt deducta: deū meū exacerbaui: meipsam interemi. Heu me miserā omni lachrymarum fonte plangendam: sanctum auunculum meū amarissimo merore depressi: opprobriū aīe mee operuit me: illusio diaboli facta sum q̄d mihi infelici tā vltra viuere? Heu me q̄d egi: heu me quid factum ēst mihi? Heu me q̄d mali ꝑpessa sum? Heu me: vnde ⁊ qualiter corrui? Quō obscurata est mens mea? Non intellexi quō lapsa sum nō cognoui quō cōtaminata sū: nescio quō cor meū nubes tenebrosa cōtexit. Quō potui ignorare q̄d gererem. Ubi abscondar: vel quo pgā: aut in quā foueā memetipsam ꝓcipitē. Ubi est magisterium sctissimi auunculi mei? Ubi monita college eius effrē: q̄ me docebāt in mea ꝟginitate gratulātes vt impollutā aīam īmortali sponso seruarē. Sponsus etenim tuus (dicebāt) sctūs ⁊ zelans est. Heu me quid agam? Non audeo tam celū aspicere cū apud deum ⁊ hoīem me mortuam esse cognoscā. Jam enim ad fenestram illā propinquare nō audebo. Quō ego peccatrix ⁊ plena immūdicie sordibus rursum cū sctō auūculo meo loqui tētabo? Quod ⁊ si ausa fuero: nonne ignis ex fenestra exiliet qui me possit exurere? Mortuam itaq̄ se lōgo vlulatu protestans: nec vltra sibi spem salutis cē relictam: desperationis immersa caligine ꝓtin⁹ perrexit in aliam ciuitatem atq̄ in stabulo se quodam mutato pristino habitu collocauit.

¶ Verū cum hec ruina prefate femine cōtigisset huiusmodi visio beato viro ostenditur per soporez. Uidit nāq̄ draconē aspectu fetidissimū ⁊ in fortitudīe sibilanē quasi exeuntē de quodam loco ⁊ vsq̄ ad cellulam suā venientē ⁊ reperisse ibi colūbā atq̄ gluttisse eam: ⁊ rursus in suam foueam remeasse. Expergefactus aūt contristatusq̄ vehemēter fleuit amare: existimans sathane ꝓsecutionē aduersus dei ecclesiā concitari: ⁊ plerosq̄ a fide veritatis auerti: vel ne scisma aliqđ in sctā ecclesia gigneretur. Prouolutus itaq̄ genibus precatus est dn̄m dicens. Tu qui es prescius vniuersoꝝ deus amator hoīm: tu nosti quid sibi velit hec visio. ¶ Rursuz post hec duos dies vidit eundē draconē sicut modo ad cellulā suam venisse ⁊ posuisse caput sub pedibus eius fuisseq̄ diruptū colūbaz quoq̄ illā quā deuorauerat viuā in ventre eius repertā: ⁊ exten-

disse manum suam viuam(que) eam cepisse. Experge
factus aūt vocabat beatam illam semel atq(ue) iterū
putās eam in cellula esse ⁊ dicebat. Cur te piguit
filia maria (sic etenim fuit vocitata) iā duob⁹ die
bus os tuū in dei laudibus aperire. Sed cū respō
sum ei nullum daret: ⁊ ꝙ eam ꝑ biduum psalterē
solito more nō audiret: aūt aduertit visionē suā ad
illam certissime ptinere. Tūc ingemuit ac fleuit
amare: ⁊ profundēs lachrymas ait: heu me: quia
agnā mea lupus crudelissim⁹ rapuit: et filia mea
captiua effecta est. Exaltans quoq(ue) vocē suaꝫ cuꝫ
lachrymis dixit. Saluator mūdi xp̄e conuerte ad
me agnam meam mariam: atq(ue) in ouile tuū eā re
stitue vt nō senect⁹ mea cū merore de hoc mūdo
recedat. Ne despicias deprecationē meaꝫ dn̄e: sed
mitte velocius gratiam tuam: vt eiicias eā de ore
dracōis incolumē. Itaq(ue) duo dies qui ei ꝑ visio-
nē reuelati sunt duoꝝ annorū curriculis finiunt
qbus lubricam vitam neptis eius quasi in ventre
atrocissimi draconis exegit: sed sctūs Abraaꝫ vir
dei: ꝑ oē tp̄s die noctuq(ue) nunꝙ p̄ ea dn̄m depre
cando animū relaxauit. Post duos vero annos cū
ibi esset ⁊ quēadmoduꝫ se gereret cōpertisset roga-
bat quendā sibi notissimum: vt vsq(ue) ad eaꝫ perge
ret ⁊ cūcta cognosceret diligenter. Pergēs itaq(ue)
ille quē miserat ⁊ oīa sub veritate: ⁊ q2 ipsam q̄ꝫ
vidisset renunciauis: rogatus a sctō viro: habituꝫ
ei detulit militarem ⁊ equum ꝓculdubio ad scdē
dum. Ostio itaq(ue) patefacto egredit̄: statimq(ue) habi
tu militari induit̄: calamanchū .i. pileū quoq(ue) lon
gum capiti suo vt facies eius velaretur imposuit:
sed ⁊ solidū vnū secū portans ascēdensq(ue) equū cō
citus ꝓperabat. Tanꝙ quispiam patriā cuiusli-
bet vl' ciuitatē cupiēs explorare habitū loci illi⁹:
ne facile agnoscat̄ assumit sic beatus iste Abraaꝫ
inimici habitu: vt eū in fugam verteret: vtebatur
¶ Venite igit̄ admiramini dilectissimi fratres
hunc scm̄ Abraam. Primus itaq(ue) abraam egres
sus ad ꝑlium regū ꝑcutiensq(ue) eos Loth nepotem
suū reduxit. Hic vero scōs Abraam cōtra diaboluꝫ
ꝓfectus est ad bellū: vt eo deuicto neptē suam cū
maiori triumpho reuocaret. Itaq(ue) cū peruenisset
ad locū diuertit in stabulū: ac solicitis oculis huc
atq(ue) illuc circūspiciēs: vt eam videret ꝑquirebat.
Deinde cum multa hora preterisset: ⁊ viuēdi eam
minime tribueret̄ occasio subridens ait ad stabu
larium. Amice audiui ꝙ habeas puellaꝫ optimā
quam si iuberes libētissime puidere. Qui cū eta
tis eius intueret̄ caniciē: senectute iaꝫ fessam: ad
opus luxurie desperauit: deinde hoc ei responsuꝫ
dedit. Est (inq̄t) vt ibi cōpertū est etiam supra mo
dum speciosa. Erat siquidem maria hec pene supra
ꝙ natura exigit forme pulchritudine decora: cūq(ue)
senior nomē eius req̄reret mariā vocari ille r̄ndit.
Tunc hylari vultu q̄so (inq̄t) vt mihi p̄ntiam ei⁹
exhibeas vt possim cū ea hodie epulari: multum
n(am)q(ue) exauditu cōperi laudari puellam. Que cum
vocata adesset atq(ue) in habitu meretricū sctūs eaꝫ
auunculus eius puidisset: pene totum corp⁹ eius
pre dolore solutū est: amaritudinēq(ue) aī leto vul-
tu celauit ⁊ lachrymas erūpentes virili sexu reti-
nuit: ne forte si cū femina cognouisset fuge ꝑsidiū
flagitaret. Residentibus atq(ue) eis bibentib⁹ cepit
cum ea vir mirabilis ludere. Que ꝯsurgens com
plexa ceruicē eius osculis demulcebat. Cūq(ue) oscu

laret̄ eū odorata est eius corpusculum suauissimo
odore abstinentie fragrare: ⁊ recordata est dierū
quibus cū summa abstinētia vixerat ⁊ quasi quo
dam telo percussa vehementer ingemuit: lachry-
masq(ue) ꝓfudit ⁊ tanꝙ vim cordis nō sufferens: in
hec vba ꝓrupit. ¶ Vehveh mihi misere soli. Tūc
stabulari⁹ stupefactus ait: quid est dn̄a maria ꝙ
subito in taꝫ grauissimis suspiria ꝓrupisti: Hodie
duobus annis hic ꝑmaneo: ⁊ nunꝙ ex te gemit⁹
vel tristior sermo auditus est: nūc vero quid tibi cō
tigerit nescio. Que respōdit ad eum. Beata eēm
si ante triēntum fuissem defuncta. Ad hoc beat⁹
senior ne agnosceret̄ veluti cū quadaꝫ serenitate
ait ad eam. Modo cum leticia nos intersum⁹: tu
peccā tua cōmemorare venisti. O admiranda cle-
mentie tue dispēsatio de⁹ altissime. Putasne puel
la non dixit in corde suo: qūo aspectus viri hui⁹
auunculi mei aspectum simulat. Sed solus tu ama
tor hoīꝫ a quo est omnis bona sapiētia: ita dispē
sasti ne euꝫ posset agnoscere: ⁊ forsitasse cōfusione
turbata effugeret. Hoc aūt non ob aliud est credē
dum, nisi q2 lachryme famuli tui auunculi eius
huiuscemodi apud te obtinuere locum: vt ex im-
possibilib⁹ possibilia facere dignareris. Proferēs
itaq(ue) sanctus vir solidum quem attulerat stabula
rio dedit: dixitq(ue) ei. Fac nobis queso amice opti-
mam cenam: vt cum hac puella epulari possim⁹:
longi namq(ue) itineris ex interuallo amore eius ad
ueni. O vera sapientia: s(ecundu)m deum: o vere intelle-
ctus spiritualis: o vera ꝑdicanda salutis discretio
quinquaginta annis abstinentie sue nequaꝙ pa-
nem gustauerat: nunc carnes sine hesitatione vt
saluaret animam perditam mādocauit. Sancto-
rum angeloruꝫ choros super discretione beati hu
ius miratos esse non dubito: quomodo indubitā
ter pro salute cuncta perfecerit. ¶ Venite igitur
fratres ⁊ admiramini super hac peritia scitissimi
viri: ⁊ discite abstinentie virtutem discernere: vt
ex ore draconis absorptam animam sic liberare
possitis. Igitur postꝙ epulati sunt ꝓuocabat euꝫ
puella vt in cubiculū introirent. At ille: eamus
inquit. Cumq(ue) introissent cernit lectū in sublime
stratuꝫ in quo statim resedit alacriter. Quomodo
te appellem perfectissime athleta christi vehemē
ter ignoro. ¶ Continentem te asseram: an incōti
nentem. Sapientē an insipientem: discretorē an
indiscretorē. Quinquaginta annos ꝯuersatiōis
tue super humi spaciū cubitaueras: ⁊ quomō su-
per huiuscemodi lectuꝫ constanter ascendis: Sꝫ
hec vniuersa fecisti ⁊ mansionuꝫ iter longissimū
arripiēdo ⁊ carnes comedēdo: ⁊ vinum bibendo
⁊ in stabuluꝫ diuertēdo: vt saluares animā ꝑditā
⁊ ad laudē ⁊ ad gloriā xp̄i. Nos aūt si saltē verbuꝫ
vtilitatis loqui cū proximo volum⁹ cūcta impor-
tune discernim⁹. Sedēte eo itaq(ue) super lectū ait
Egulas igitur eis quas acceperat tradidit. s. vt laborent moderatum cibum vilissimum vestimentum: somnum etiam competentem. Unde factum est: vt iuxta voluntatem domini: qui omnes homines conuocat ad salutem cuncta q3 bonorum incrementa largitur: ad senem plurimi conuolarent: volentes pariter commorari: inter quos erant pecusius et cornelius paulus quoq3 Pachomius alter et Joannes qui omnes immaculatam fidem beati patris et doctrinam salutiferam libenter amplexi sunt. Statuitq3 vt hi qui poterant monasterij susciperent curam et ita in breui multiplicatus est monachorum numerus. Proinde cum solennitas ex more deposceret vt mysteriorum celestium participes fierent: ex proximis vincullis presbyteros conuocabant: qui eis festiuitatem letitie spiritualis implerent. Non enim patiebatur idem senex inter eos quempiam clericatus officio fungerent. Dicebat enim multo melius esse atq3 commodius monachis: non solum pro sua honore non querere priuatus et glorie: verumetiam occasionem huiusmodi de cenobijs a puari: quum frequenter hinc inter fratres contentiones et emulatio nes inutiles nascerentur. Sicut enim scintilla ignis cum in messem ceciderit: non cito restringitur interdum totius anni fructus exurit: ita cogitatio feralis ambitionis: si mentes irrepserit monacho: siue vel primi cupiant esse vel clerici nisi cito suggestiones huius ardorem de suo corde repulerint illico perdet continentiam multis laboribus acquisitam. Oportet ergo cum mansuetudine et charitate coniunctos christi ecclesijs clericos venerari: quod ob hoc monachi nullas religio sas appetere prohibentur dignitates. Si vero repente primus aliquos ex monachis iam pridem clericos ab episcopis ordinatos: amplectamur eorum mysterium: quia et in veteri testamento non omne vulgus sacrum presumebat officium: sed hi tantum qui erant de tribu leui ad hec obsequia mancipabantur. Si quando igitur extraneus frater aduenerit de quo certum est quod sacerdotij fungatur officio: non exprobremus ei tanquam qui sacra iura presumserit et his se mysterijs insolenter ingesserit. Quoniam nanq3 hoc de eo suspicabimur quem nobis ad celebranda celestia sacramenta enixius obsecremus. Jmo magis vt patres et nobis in hac re obedientem plus venerari conuenit: vtpote qui sanctorum vestigia sectetur: et illibatum deo munus offerre non desinat: maxime si conuersatio eius ex pectata cunctis est et probata. Si vero (quod absit) in aliquo putatur esse collapsus: de eo iudicare nos non possumus. Deus enim iudex iustus: constituit super eos episcopos iudices: qui beatorum apostolorum successores et imitatores existunt quod possunt spirituali examine discernere negocia singulorum: et eque de eis ferre iudicium. Nos autem compatiamur et imo pectore talibus: quia et misericordes nos dominus noster esse commonuit: cui suppliciter iugiter opus: ne nos in aliquam tentationem patiatur induci. Hec a memorato patre non solum dicebantur vtiliter: sed cum omni sollicitudine seruabantur. Si quando deniq3 venisset ad eum clericus quod sub eius vellet regula viuere dignitati eius honorem reddebat ecclesie debitum: ille vero monachorum seruiens institutis tanquam patri se multa humilitate subdebat.

De humilitate beati Pachomij.



Omnes autem christi famulos beatus Pachomius adeo diligebat vt eis semper compateretur paterno affectu. Sentibus etiam et rogantibus necnon et paruulis misericordie opera proprijs manibus ingerebat: pre ceteris eorum mentes munimine spirituali corroborans. Cumq3 in fide et opere multi proficerent et magnus fratrum numerus augeretur: omnes prope modum satagebat emulatores eius esse virtutis. Constituit igitur ex eis prepositos qui sibi ad lucrandas animas que ad eum quotidie confluebant adiutores existerent. Plurimis enim sicuti dictum est ad eum venientibus: et multipliciter in opere spirituali crescentibus magna quedam conuersationis eius videbatur esse diuersitas. Quibus senex iuxta datam sibi diuinitus regulam gratia explens semper ola moderatione: pro viribus et ingenijs singulorum mensuras operum custodiri censebat: alios quidem vt labore manuum victum quererent: alios vt fratrum occuparentur obsequijs ne eisdem cunctis temporibus vacarent: sed vnusquisq3 pro labore suo vel studio continentie moderamina retineret. Solicitudinem vero totius dispensationis erga fratres et peregrinos eidem commisit quod sibi ordine sequebatur. Uniuersos autem monachos promptos esse ad obedientiam commonebat vt hoc compendio facile perfectionis apprehenderent celsa fastigia: cordaq3 sua in timore christi diligenter excolerent: sic enim deo potius quam sibi viuerent: dum fructus obedientie simplicem exhiberent. Hic autem pater venerabilis quum esset spiritalibus actibus occupatus si quando acciderit: vt abesset is cui monasterij curam commiserat: sic adimplebat omnia solus velut omnium famulus. Et hoc agebat sine aliqua ostentatione vel iactantia quam magnas spiritalium virorum solet euacuare

virtutes. Nā ſūma mētis humilitate cūctos edi-
ficabat in dño vtiliter vniuerſa diſpenſans. Olī
q̄ȝ monaſteria ſolicite circuibat vſq̄ꝫ rurſus ad eoſ-
dem filios ſuos paterno repedaret affectu. Quos
inueniēs ī ope dñi ſolicite vigilare gaudebat: mul-
tumq̄ꝫ profecto de eorum letabatur augmentis.

¶ De charitate Pachomij.

Uodam vō tpe videns aliquos medio-
cres homines in vicinis locis dum pa-
ſcerent pecora: a cōmunione ſacramen-
torum xp̄i diutius abſtinere iuxt con-
ſilium cum ſancto Picerto tentyrorū ep̄o: vt in
vico eorum iam pene deſerto conſtrueretur eccle-
ſia ad quam conuenirent ⁊ myſteria diuina per-
ciperent. Quod vbi factum eſt: cum nec dum ibi
eſſent ordinati clerici: qui ſolēnia plebi perage-
rent ipſe ad horam conuentus eccleſie cum mona-
chis occurrebat ſaluiferas plebi paginas rele-
gēs q̄r (vt dixi) nōdū ibi dētectores fuerant cōſti-
tuti nec alij clerici q̄ myſteria ſacra celebrarēt q̄-
diu apud eos p̄ſbyter ordinaret ⁊ reliquus ordo
clericorū Pachomius adueniebat: ⁊ ſic alacriter ac
inuerecūde lectoris implebat officium: ⁊ ita men-
tis ac corporis oculos habebat intētos: vt videntes
eū populi nō hoīem ſed dei angelū crederēt. Unī
plures inſtitutiōe eius ab errore ꝯuerſi: facti ſūt
chriſtiani. Erat eni circa ꝓximi charitatē valde
perfectus ⁊ in tantum miſericors: vt ſi q̄n vidiſſet
aliquos diaboli fraude deceptos: eoſq̄ꝫ non verū
deum colere: ſed vanis inſeruire ſimulachris ſu-
per eorum ꝑditione ingemiſcebat fortiter: ⁊ vber-
tim lachrymas pro eorum ſalute fundebat.

¶ Q̄nō Pachomi⁹ ſcripta Origenis dānauit.

Er idem tempus Alexandrine eccleſie
ſanctus epiſcopus Athanaſius preerat
vir omni virtute mirabilis. Qui cum ſo-
lenniter thebaide circuiret eccleſias et
ſalutari doctrina in fide xp̄i plebem inſtrueret: ac-
cidit vt ad loca tabennentiū nauigio ꝑueniret.
Qđ vbi Pachomius agnouit ſtatī cū vniuerſis
monachis in eius properauit occurſum omneſq̄ꝫ
gaudentes et exultātes: cum pſalmis ⁊ hymnis
ſummum chriſti ſuſcepere pontificē ⁊ erat ingēs
multitudo fratrū q̄ de eius aduentu letabant in
dño. Pachomius vero nō ſe oſtendebat antiſtiti
memorato: ſed ex induſtria ſubtrahēs ſe īter mo-
nachorū turbas occultauit: ex hac videlicet cau-
ſa q̄ antefatus tentyrorū ep̄s: de eo ſanctū Atha-
naſium ſepius exoraret virū dicēs eſſe mirabilē
⁊ vere famulū dei: quem ad honorē ſacerdotij di-
gniſſime ꝓmoueret. Id ergo ſciēs Pachomius
nō ei ſe manifeſte mōſtrauit inter monachorum
agmina delitēſcēs: vſq̄ꝫ dum idem preteriret ep̄s
quem intātū venerabatur vt nullum preſtantio-
rem ipſis temporibus hominē diceret. Cōpererat
enī ſanctam vitā eius: ⁊ ꝑſecutiones innumeras
quas ab arrianis pro xp̄i ꝑtulerat nomine: chari-
tatem quoq̄ꝫ quā erga vniuerſos (⁊ maxime mo-
nachos) exhibebat: intētō mirabat̄ aīo: eūq̄ꝫ toto
cordis affectu venerabatur. Nec ſolū hunc dilige-
bat ardentius: ſed ⁊ oēs recte fidei viros: ſummo
ſtudio preferebat. Hereticos aūt deteſtabat̄ plu-
rimū ⁊ maxime Origenē velut blaſphemū ac ꝑfi-
dū vehementer horrebat: q̄ ab eraclis venerabili
alexandrine ciuitatis ep̄o de eccleſia pulſus eſt

quiq̄ꝫ ſancte ſcripture dogmatibus exoſa atq̄ꝫ de-
teſtanda: q̄ nōnullorum corda ſubuerterēt expo-
ſitionib⁹ ſuis admiſcuit: ⁊ ſicuti ſolēt ꝯuenienti tē-
tāt amaritudinē melle cōtegere: ſic iſte ꝓprij vi-
rus erroris celeſtiū verborū dulcedine liniēs ru-
dib⁹ obijciēs dogmata propinauit. Quapropter
vniuerſos fratres ſolicitus ammonebat: vt nō ſo-
lū ipſius origenis cōmētaria nō legerēt: ſȝ neq̄ꝫ legē-
tibus q̄dē aurē penit⁹ admouerēt. Unū ferē aliq̄n
repiſſe volumē ei⁹ ⁊ in aquā mergiſſe cōtinuo de-
teſtatus his vbis. Niſi ſcirē nomē dei in eo eē cō-
ſcriptū oēs garrulitates blaſphemiaꝝ ei⁹ ignib⁹
ꝯcremaſſem. Adeo recte fidei erat amator: emula-
torq̄ꝫ vitaꝝ. Sicut aūt inimicū eccl̄ie odis aduer-
ſabat̄ hoſtilit: ita catholicorum ꝓbabat̄ ad gaude-
re ꝓfectib⁹: ⁊ ipſum xp̄m redemptorem oīm ſe in
ſacerdotib⁹ eccleſie cernere teſtabat̄. Si q̄n vero
fratrē detrahērē ꝓ quolibet negotio cognouiſſet
nō ſolū nō credebat ei: ſed ēt auertens ſe mox ab
eo velut a facie ſerpētis cōcit⁹ abſcedebat illud
pſalmographi frequēter inſinuās. Detrahētē ꝓ-
ximo ſuo occulte: hūc ꝑſequebar. Null⁹ (aiebat)
bonus de ore ſuo ꝓfert: quicq̄ȝ mali: nec ꝯ ſanctis
patribus venenato ore proſſus obloquit̄. De qua
re multis q̄dem ſcripturis dei mōſtrabat īdignā-
tis offenſam: ꝓcipue tamē Marie ꝓferebāt exem-
plum q̄ mox vt aduerſus Moyſen querelas obtre-
ctationis effudit: perfuſa lepra diuinum iudiciū
vitare non potuit. Hec dicens vtilitatem maxi-
mam audientibus conferebat.

¶ De monaſterio quod Pachomius
ſorori ſue conſtruxit.

Omperit autem germana ſoror eius in-
ſtitutionem ſenis preclaram atq̄ꝫ ſubli-
mem cupienſq̄ꝫ videre eum ad monaſte-
rium venit. Quod vbi agnouit Pacho-
mius huiuſcemodi reſponſum et per oſtiariū di-
rigit. Ecce ſoror audiſti de me q̄ viuam ⁊ incolu-
mis exiſtam: perge igitur in pace: ne contriſteris
q̄ te nō videā corporalibus oculis q̄ ſi volueris
hanc conuerſationem ſequi quam teneo: vt poſſis
apud deum miſericordiā reperire cogita tecū di-
ligenter ⁊ tracta: ⁊ ſi cognouero ſanctū cordi tuo
ſediſſe propoſitum: precipiam fratribus meis q̄
tibi procul edificent manſionem in qua cum di-
ſciplina verecūdiaq̄ꝫ perſiſtas. Nec dubito quod
alias exemplo tuo dominus aduocabit: que tecū
maneant: ⁊ per te mereantur ſalutis eterne inue-
nire ſubſidium. Nullam nāq̄ꝫ requiem in hoc cor-
pore mortis habere poterit homo: niſi q̄ pijs ope-
ribus deo placuerit. Hec audiēs ſoror eius fleuit
amariter ⁊ compuncta diuinitus ad exhortatio-
nē ſaluberrimā mox appulit animū ſeq̄ꝫ xp̄o ſerui-
re ꝓfeſſa eſt. Hanc ergo mentē germane ſue Pa-
chomius agnoſcēs deo gratias egit qui ei prom-
ptam largitus eſt volūtatē: ⁊ protinus religioſio-
ribus imperat fratribus vt ei ꝓcul a ſe monaſte-
riū cōſtruant. Quod vbi factū eſt ⁊ illa ſm̄ timo-
rem dei vitā duceret: cōuenerūt ad eā alie pluri-
me: ⁊ breui tp̄e magne multitudinis mater effecta
eſt. Quas inſtruēs ⁊ docēs: vt cor a cupiditatib⁹
carnalib⁹ abſtrahētes ad celeſtia ⁊ māſura ſemꝑ
attolerēt vt ipſa pariter ⁊ viuēdo ⁊ loquēdo ſalu-
tis eis itinera demōſtrabat. Sanctus aūt Pacho-
mi⁹ cuidā petro etate iam grādeuo ⁊ venerāda ſe-

nectute ꝯspicuo ꝑcepit vt interdū famulas dei vi
sitaret: ⁊ scā exhortatiōe sustolleret. Habebat ei
mortificationē passionū oīm etiaꝫ sermonē sicut
scriptū est sale ꝯditū. Pachomius vō descripsit
eis regulas: qbus viētes iugiter ꝯuersatiōis sue
monimēta dirigerēt. Exceptis eīm melotis quas
femine nō habēt oīs institutiōis eaꝝ forma mona
chis ꝓbat esse cōsimilis. Si qs aūt de fratribus
habebat ī monasterio feminarū ꝓpinquā aliquā
vel sororem eāq; visitare voluisset: mittebat cū eo
vnus ex senioribus ꝓbate vite: ⁊ primū quidē vo
cabant eā que sororibus preerat ⁊ deinde sub ei⁹
ꝑsentia: ⁊ aliarū q̄ erāt ꝓuectioris etatis sororeꝫ
suā vel ꝓximā frater cū omni pudore ⁊ sanctitate
cernebat nihil ei deferēs nec prorsus ab ea qcq̄
accipiens. Nō eīm propriū quid habebant qd sibi
mutuo largirent̄ eratq; satis viris q; solū visitatio
nis officiū memoriaq; futurorū cuꝫ spe felicitatis
eterne. Si quādo vō vel ad structurā vel ad aliaꝫ
rem femine monachis īdigerēt: eligebat̄ magne
cōuersatiōis vir q̄ fratrib⁹ ecquisitis preesset of-
ficijs: ⁊ cū timore dñi laborātes: refectionis hora
reuertebant̄ ad monasteriū: cauētes apud eas qc
q̄ cibi potusq; ꝑcipere. Una vō regula tā viroꝝ q̄
feminarū hodieq; ꝑdurat: nisi q femine melotis
vt dixi minime vtunt̄. Qd si ꝺfuncta eēt vgo curā
tes funus ei⁹ reliqūe cūctaq; q̄ ad sepulturā ꝑti-
nēt adīplētes deferebāt vsq; ad ripā fluminis (qd
vtraq; monasteria diuidit) psalmos ex more cātā
tes. Tūc trāsfentes monachi cū ramis palmarū ac
frōdibus psallētes: trāsuehebāt eā ⁊ ī sepulchris
suis cum hylaritate condebant.

¶ De cōuersatione Theodori viri dei.

Ex talis actām cōuersatio lōge lateq;
crebrescens sancti Pachomij nomē vbi
q; ꝑuchēs: vniuersos ad agendas deo
gratias excitabat. Non pauci quoq; cō
tēnemus huius mundi negocia: singularem mo-
nachorum conuersationem: ⁊ spiritualia studia
diligebant inter quos ⁊ theodorus adolescēs an
norum ferme. xiiij. christianis ortus parentibus
⁊ ꝺm seculum valde claris: hoc modo cōuersus est
Undecimo die tybe. i. ad octauum idus Januarij
quedam apud egyptum celebrat̄ ex more festiui-
tas. Cernēs itaq; domū suā nimis amplā ac splē-
didam: ac bonis oībus abūdantē ꝑ dei grām cor-
de cōpunct⁹ talia secū cepit voluere. Quid tibi ꝓ
derit infelix Theodore si totū mūdū lucrat⁹ fue-
ris: ⁊ temporalibus vtēs vsq; quaq; diuitijs si ab
illis eternis bonis ⁊ immortalibus excludaris.
Nullus eīm pōt ꝑsentibus diuitijs ꝑfrui ⁊ peren-
nis glie ꝑmia ꝓmereri. Suspirās ergo fortiter in
gemiscēs: penetralia sue dom⁹ igressus est ⁊ ꝓci-
dēs in faciē suā cū lachrymis ait. Oīpotēs de⁹ q̄
occultorū es cognitor tu scis qꝛ nihil hoꝝ q̄ sunt
in hoc seculo amori tuo ꝑpono. Propter qd obse
cro te misericors vt voluntatē meā dirigas: illu-
mīnās aīam meā miserā: ne eterna morte ꝯtene-
bratis peccatis obdormiat: sed redēpta tuo mune
re ꝑ oīa te collaudet atq; glorificet. Hec eo orāte
venit mr̄ illi⁹ ⁊ inuenit oculos ei⁹ plenos lachry
mis ⁊ ait: qs te ꝯtristauit charissime fili vt seqstre
ris a nobis: Nā solliciti ac dolētes vbiq; te q̄rebā-
mus vt nobiscū pariter epularemur. Qui rn̄dit. Per
ge q̄so mr̄: ⁊ cibum sume: quia ego nūc manduca-
re non possum. Nec acquieuit precibus eius vt cū
ea comederet. Et cum ad scholā ambularet: vt li-
teras disceret ieiunabat vsq; ad vesperā. Frequē
ter aūt ⁊ biduana ieiunia trāsigebat ꝑ duos ānos
omnibus preciosis ⁊ delicatiorib⁹ cibis abstinēs
seq; ad ꝑfectā cōtinentiam (quantum etas patie-
batur) extendēs. Cepit itaq; secū tractare: quate
nus monasteriū expeteret sancteq; regule māci-
paret: Et deserens oīa que habebat: quosdā reli-
giosos viros reperit optima institutione viuētes
habitauitq; cū eis dñi in timore ꝓficiens.

¶ Quod Theodorus susceptus
est a sancto Pachomio.

Quodam vō tēpore contigit vt post orō-
nem vespertinam cum monachi rese-
dissent ⁊ diuina consuetudine medita-
rentur eloquia: vnusq; ex eis disputās:
audiente quoq; Theodoro tabernaculum vete-
ris testamenti ⁊ sancta sanctorum ad duos refer-
ret populos: ad circuncisionem scilicet atq; pre-
putium dicens q exterius tabernaculum figurā
gereret prioris populi iudeoꝝ: interius aūt: (qd
est scā scōꝝ) vocatiōne presignaret oīm gentiū
q̄ ⁊ sacratioris aditus meruisset accessum ⁊ malo
rum mysterioꝝ particeps extitisset: pro hostijs ei
oīaliū: ⁊ pro arca in qua erat māna ⁊ virga aaron:
q̄ frōduerat: ⁊ tabule testamēti: pro tabulis testa-
mēti: ꝓ thuribulo quoq;: ⁊ mēsa ⁊ cādelabro ac ꝓ
pitiatorio: deus verbuꝫ nobis in sua incarnatiōe
clemēter apparuit: ⁊ illumīauit nos lumīe sue ꝑ
sentie: nostroꝝq; factus est propitiatio pctōꝝ: ⁊ ꝓ
manna corpus ꝓpium largitus est ad edenduꝫ.
Hec cū monachis q̄ pñtes aderant: idē fratribus
religiose dissereret adiecit dicēs. Hanc interpre-
tationē a scō patre nr̄o Pachomio ꝺdici: q̄ in ta
bēnensi cenobio: monachos primit⁹ ꝯgregauit:
cum qbus indies dño auxiliante ꝓfeci. Et credo
qꝛ tanti viri recordatus sum pctā mea remittātur
vniuersa. Audiens ista Theodorus accensus est
aīo: ⁊ intra semetipsum deprecatus est dicēs. Do
mine deus meus: si talis est vir iust⁹ in terris: di-
gnum me fac vt cū videaꝫ ⁊ sequens vestigia eius
vniuersa mādata tua perficiā saluus quoq; fact⁹
bona tua que diligentibus te ꝓmisisti ꝓmerear.
Hec dicēs cū lachrymis vinciebat̄ amore diuino
fortiter sauciat⁹. Post aliquot aūt dies: venit ad
eos quidā venerabilis vir Pecusius noīe decora
tus vt visitaret fratres simulq; qualr̄ agerent sci-
re desiderans. Quē valde Theodorus precabat̄:
vt se comitē susciperet: ⁊ ad sanctū Pachomium
dignaret̄ adducere. Qui nihil differēs: eum secū
grataner assumpsit. Cūq; peruenisset ad locum
Theodorus adorauit dñm dicens. Benedictus
es dñe: qui sic celeriter orationem peccatoris au
disti: ⁊ sicut abste popósceram desiderium meuꝫ
complere dignatus es. Accedens ergo ad ostiuꝫ
monasterij mox vt vidit Pachomium cepit flere
pre gaudio. Ad quem venerabilis pr̄ ait. Noli fili
mi plāgere: qꝛ ⁊ ego hō pctōr sum: sꝫ dei opus ag-
gress⁹ sim: ⁊ hec dicēs: introduxit eū in monaste-
riū. Qui cū vidisset fratrū multitudinē: illumina-
tus mente circa diuinū cultū pio zelo vehemēter
incaluit: ac processu tēporis magna in virtutib⁹
incrementa percepit. Erat enim largitate diuinꝫ
mūeris predit⁹: ⁊ in operib⁹ bonis ac verbis mult

tū prudēs: ⁊ hūilitate atq; cōtritione cordis valde mirabilis: in ieiunijs sedul⁹ in vigilijs intēt⁹ in orōne sollicit⁹ nūq̄ penitus omittēs: quin spūalis gratie maiora mūera sectaret. Cōsolabat aūt plurimos merore depressos ⁊ eos q̄ in aliquo peccato deuiauerant ammonitiōe humili atq; beniuola corrigebat.

¶ Theodorus matrem suā videre renuit.

D Enīq; tam preclarom ac fulgentem conuersationē eius Pachomius cernēs satis eum dilexit: ⁊ in corde suo conseruauit. Audiens autem mater eius: q̄ apud beatum Pachomium moraretur: ad eum protinus aduolat secum deferens episcoporum scripta: que precipiebant: vt ei suus filius redderetur. Hanc ergo susceperunt virgines in monasterio quod a virorum (vt supra dictū est) haud procul aberat: que mox mittit epistolas sancto Pachomio: simul obsecrans: vt filiū propriū videre permitteret: Tūc aduocās theodoꝝ Pachomius ait ad eū. Cōperi fili q̄ huc mater tua venerit vt te videre desideret: ecce nobis ⁊ epōꝝ litteras attulit. Pergens itaq; satisfacito matri maxime ꝑpter sanctos episcopos: q̄ nobis p eā dignati sunt scripta dirigere. Rūdit theodor⁹. Prius me venerabilis pater certū facito q̄ post tātā spiritualium rerū cognitionē: nō dabo inde rationē in die iudicij: ⁊ qd̄ precipis faciam. Hāc eñ iuxta mādatū christi cū toto mundo deserui. Et quomodo eā ī offensionē fratrū nūc audeo ꝯspicere. Nā prius añ manifestationē tante gratie filij leui parētes proprios ignorarūt vt iustificationes legis implerēt: q̄to magis ego q̄ tāti muneris ꝑticeps factus sū parētes nō debeo diuine maiestati ꝑponere dicēte dño in euāgelio: qui diligit patrē aut matrē super me: nō est me dign⁹. Dicit ei Pachomi⁹. Si putas id tibi nō expedire fili mi: nō te cogo. Hoc aūt eoꝝ est qui ꝑfecte renūciant huic mūdo: ⁊ seipsos penitus abnegār. Oportet eñ monachos inutiles ⁊ seculares salutationes ⁊ colloq̄a vana diffugere: ⁊ his q̄ mēbra xp̄i sunt pia mēte sociari. Si q̄s aūt passiōe quadā seculi captus dicit parētes caro mea sunt eos diligere debeo: audiat beatum Petrum apostolum predicantē. A quo quis superatur: huic seru⁹ efficit. Qui ergo vincit amore carnis: seru⁹ sine dubio est carnis: Cumq; nō acquieuisset Theodorus matri se presentare decreuit ⁊ illa in ipō monasterio cū xp̄i ꝑ manere virginibus: hoc apud se semꝑ tractās: Si voluntas dñi fuerit: inter alios saltem mōachos videbo eum: ⁊ ꝑpter hāc occasionē meā quoq; lucrabor animam: dum in hac sancta cōuersatione persisto. Constat igitur eos qui rigorem pro nōie christi nō pro vana laude custodiūt plurimas vtilitatis causas ceteris adhibere: licet videant ad breue tempus nonnullos offendere.

¶ De quibusdam reprobis monachis.

S Situr sicut huius studium ad emulationem eorum qui meliora cupiunt imitari pertulimus ita negligentias aliquorum iustum credimus intimari ad cautelam eorum qui ista lecturi sunt: Quidam monachi secundum carnem viuentes nec veterem hominem curantes exuere sanctum Pachomium fortiter affligebant frequenter ita salutaribus eos monitis alloquens nullū profectū eoꝝ penitus sentiebat. Unde tristis ⁊ anxius dño pro eis supplicabat impēsius di. cens. Dominator dñe tu precepisti nobis diligere ꝓximos vt nosipsos. Quia ergo secreta cordis mei agnoscis: obsecro ne me clamantem ad te: pro eoꝝ salute despicias sed miserto eoꝝ da illis timorē tuū: vt diuinā potentiā agnoscentes: in veritate tibi deseruiāt: ⁊ spe ꝑmissionū tuarū per omnia roborati: quia nimis affligitur anima mea pro eis ⁊ omnes sensus mei turbant vsquequaq;. Hec dicens fleuit. Post aliquantos vero dies vidēs q̄ nec per orationes meliores effecti sunt: iterū stās ad orationē ꝓ eis dño supplicauit ⁊ quasdā pues ac ꝓprias regulas eis orandi atq; viuēdi tradidit vt saltem quasi serui statuta cōplētes: paulatim cōsuescerēt ad filiorū munus lectionis industria puenire. Qui cernētes se post cōcupiscētias suas ire nō posse: ꝑsentiā scti pachomij formidātes spū timoris nō illi⁹ decepti sunt ⁊ abierāt retro post sathanā: ꝯuersationē eius admirabilē nō ferentes. His itaq; recedētib⁹: grex vniuersus in sui status integritate ꝑmāsit magis ac magis ad incremēta virtutū assurgens sicuti solēt in agris optima frumēta leti⁹ efflorescere cū fuerint ab eis zizania radicit⁹ amputata: Hec aūt retulit volēs ostēdere qr sicut nihil obest hoīb⁹ seculo deditis: si se tradiderint monachorum institutis ita nihil vtilitatis affert monachis professio venerabilis si negligētes extiterūt sed nec oratio paterna nec condescensio eos poterit adiuuare torpentes.

¶ Quod hospites separatim a cenobitis hospitium habere debent.

C Onfessor interea dionysius presbyter ⁊ iconomus id est dispensator ecclesie tētirotum amicissimus sancti Pachomij comperit aliquādo q̄ ex alijs monasterijs ad eum venientibus non condecebat cum suis fratribus vesci sed eos sequestratos loco iuxta monasterij foris excipiebat. Cōtristatus itaq; plurimum super hac re venit ad eum ⁊ increpantis potius assumens animum: q̄ monentis aiebat: nec recte facis abba: charitatem fratribus debitā nō equalē oīb⁹ exhibēs: q̄ correctionē ei⁹ cū multa lōganimitate: patiētiaq; suscipiēs ita respondit. Nouit dñs propositū meū ⁊ paterna tua cognoscat affectio q̄ nunq̄ cuiuslibet animum ex piā cōtristare nedicā spnere. Quomodo igit hoc auderem agere vt meum dominum prouocans irritarem: qui manifeste in euangelio testat dicēs q̄diu fecistis vni ex minimis fratrib⁹ meis mihi fecistis. Accipe satisfactionē venerabilis pr: quia non velut vitans atq; spernens eos qui huc veniūt: hoc quod asseris facio: sꝫ quia in cenobio in congregationem suscepi plurimos qui nuper cōuersi sunt ⁊ diuersos eoꝝ mores eē cognosco. Nouit nōnullos in tantū ipsius cōuersatiōis ignaros vt nec monachoꝝ habitū nouerint: Inter q̄s sunt ꝑuuli tāta simplicitate viuētes vt nec dexterā valeāt scire neq; sinistrā. Idcirco credidi esse cōmodi⁹ vt superuenientes fratres seorsū susciperent in honore maximo ꝯstituti. Hinc ergo nō estimo patrib⁹ vel fratribus q̄ ad nos diuertūt vllā cōtumeliā fieri: s magi debitā reuerētiā ꝯmodare ꝑsert cū statutis horis ad redeūdū nobiscū deo vota sua

cōueniāt: et post hoc singuli ad loca destinata concurrāt: dēti operā dātes: me sēm deū sollicit⁹ vsib⁹ eoꝝ necessaria ꝓuidēte. Ob hec laudāt pisai⁹ ꝑsbyter oī eū laude dignissimū comprobauit: certo agnoscēs q̄ sꝫ deū cūcta ageret: missisq̄ releuat⁹ sancti pachomij satisfactiōe letus remeauit ad propria.

¶ Quod vestimentum pachomij fluxum sanguinis restrinxit.



Mulier autem quedam in eadē tentirorum ciuitate patiebatur fluxū sanguinis. et hac infirmitate iam prolixo tēpore laborabat. Hec audiēs pachomium dei esse cultorē sanctaq̄ conuersatione mirabilē: insup et Dionysiū ꝑsbyteꝝ amicuz eius esse charissimum: rogat eū vt sui misereat̄ et quasi ꝑ occasionē necessitatiū ad se pachomiū euocet. Cum venisset pachomius ad ecclesiam: et post orationem Dionysium salutasset iuxta eum ꝓtinus assedit. Cūq̄ loquerētur adinuicem mulier fiducia fidei roborata: credēsq̄ dicenti christo cō fide filia fides tua saluam te fecit. Post tergū ei⁹ latenter accessit: et cuculum quo operiebat caput tremēs attigit: statimq̄ sanata est. Et ꝓcidens in faciem suam adorauit dominum glorificans eius clementiam quod tanta per seruos suos beneficia credentibus cōtulisset. Tunc sanctus vir Dionysius factum sentiens benedixit mulieri: et protinus repedauit.

¶ Quod Pachomius malum hominem cum bonitate deuicit.



Aliqū vero necessitas coegit vt septis munimine monasterium vallaret: in quo ope laborātibus fratribus ipse celitus ferebat maximū auxilium. Post aliquātos aūt dies monachus qdā ꝑsbyter multorū fratrum pater existens: qui solitus erat sanctum pachomium crebro visitare: venit ad eum cum vno fratre ꝓpter contentionē que in monasterio orta fuerat: ex hac videlicet causa. Is ipe frater q̄ cuz eo peruenerat molestus erat ei nimium: clericat⁹ desiderans dignitatem: quē sciēs indignum tali munere diuerso modo (ne hoc ipm fieret) differebat. Et cum amplius importunitatem eius ferre nō posset venit ad scm̄ Pachomiū cuncta negocia eidem pandēs: certus q̄ ipse solus cōtentiōes posset absoluere. Qui cum causaz penitus cognouisset ait. Nonne ad hoc venisti vt per me cognosceres dñi voluntatē. Audi ergo me et da ei quod postulat nihil in hac parte desperans. Forsitan eīm ꝑ hoc officiū liberabit anima eius de captiuitate diaboli. Sepe nāq̄ cōtingit vt homo malus affectus beneficijs ad bonos se ꝯferat mores. De siderium namq̄ melioꝝ piū nouit ꝓpositum his dūtaxat animabus: que non vsq̄ adeo negligēti corpore ꝓlapse sunt vt possint studere virtutib⁹. Nos ergo frater hoc agere decet qd̄ deo placet. Sic eīm dilectio eius in nobis esse ꝓbabitur si cō patiamur alterutrū. Hoc accepto respōso senioꝝ fecit qd̄ sibi fuerat imperatū. Sed ille insuper voti compos effectus ad beatum Pachomium reuersus est iam mente sobrius atq̄ compunctus et cadens in faciem confitebat̄ dicens. O homo dei multum sublimatus es a deo: qui discernēs ea q̄ pertinēt ad salutem malum in bono vicisti. Si ergo nō fuisses erga me mitis atq̄ lōganimis: sed aliqd in me rigidū ꝓtulisses: ab hoc discessissem habitu et a deo prorsus alien⁹ efficerer. Nūc autē bñdictus tu a dño ꝑ quem aīa mea salua facta est. Tunc alleuans eū de terra venerabilis senex hortabatur vt vitam sumeret cōgruam dignitati ne qñ negligens perpetua in futuro tormenta sentiret. Et osculās eum dimisit in pace: quem etiam vsq̄ ad fores monasterij prosecutus est.

¶ Quod mulierem a demonio vexatā liberauit.



Adhuc aūt sctō Pachomio ibidē stante ecce vir a lōge festinus veniens adiect⁹ vestigia se ꝓuoluit obsecrans vt filiam suā a demonio vexatā per xpi grām curare dignaret̄. Quo relicto pre forib⁹ ingressus ipse tale ei rūsum per ostiarium dirigit. Nō est nobis consuetudo cum mulieribus loqui sed si quid habes ex vestimentis eius mitte nobis qd̄ in noīe dñi bñdicentes tibi ꝓtinus remittamus et credimus in xpo q̄ filia tua isto modo ab inimici liberetur incursu. Cumq̄ tunica puelle sancto fuisset allata: seuere nimis intuēs ait. Nō est eius iste vestitus. Affirmante vero patre atq̄ dicente eius esse rñdit. Cognoui q̄ eius sit sed virginitatē suā deo dedicans non seruauit sanctimonie puritatē propter hoc eius inspiciens tunicā: et intelligens castitatem suā minime custodire: nō eius testatus sum. Spōdeat itaq̄ se in conspectu dñi deinceps viuere ꝯtinēter et ꝓpiciabit̄ ei xpus: sanamq̄ restituet. Pater igit̄ indignās et merēs filiā suā ꝑscrutatus est: et sic esse vt sctūs Pachomius dixerat puelle ꝯfessiōe cognouit. Que dum eū iuramēto pollicita fuisset nūq̄ se talia gerere: ꝓ ea vir beatus dño supplicauit bñdicēsq̄ oleū ei misit. Quo puncta sine mora curata est: et glorificabat dñm iugiter q̄ nō solū demone: sꝫ etiā detestabili concupiscentie caruisset: et in reliquū continentie se studijs per christi mancipauit auxilium.

¶ Quendam possessum a demone liberauit.



Tali igitur opinione de sancto viro vbiq̄ currente alius nihilominus q̄ filium suū a demone possessum sine intermissiōe deflebat nec eū perducere poterat ad monasterium genu obfixus supplicabat Pachomio vt ꝓ eo precaretur omnipotentiā christi. Qui cum orasset dedit ei benedictum panem sollicite precipiens vt ante cibum ex eo pauxillum semꝑ energuminus sumeret. Cūq̄ reuersus fuisset filio ei⁹ ex ipso pane particulā ei tradidit. Sed nō permisit immūdus spūs: vt exinde omnino gustaret: ex alijs autez panibus manus suas impleuit: cepitq̄ comedere. Pater ergo benedictum per frusta comminuens in exterioribus palmarum sublatis eidem ossibus immisit: et has ei tantūmodo palmas apposuit: vt nesciēs id quod factum est benedictionem percipere mereretur. Quas adaperiēs frusta que iniecta fuerāt: ꝓiciebat et ipsas execrās palmas nihil penitus esse volebat accipere: cūq̄ pater eum sine cibo manere dieb⁹ plurimis compulisset: fame coactus de benedicto pane percepit ac ꝓtinus somno detētus a maligno spiritu libe

ratus est. Quem secū pater ad sancti Pachomiū vestigia perduxit: laudans deū q̄ per seruos suos operat magnalia ꝛ gloriosa quoꝝ nō est numerꝰ. Alias quorūqꝫ sanitates: in ꝟtute sancti spūs vir beatissimus faciēs nō extollebatur nec vnq̄ cor eius elatum est habebat aūt hanc a dn̄o gratiam vt idē semper ꝛ equalis esset, in oībus animūqꝫ in disciplina domini solicitum contineret. Et si qn̄ poscens aliquid a dn̄o petitionis sue non consequeretur effectum non contristabat omnino: sꝫ patientissime sustinebat sciēs hoc expedire vel sibi vel omnibus quicquid diuina misericordia cēsuisset: qꝛ frequenter intētione syncera videmur postulare contraria: que dn̄i bonitas cum nō concedit prestare dignatur ꝛ tunc potius clementer exaudit: cum vota nostre ignorātie nocte velata non perficit imo aperte.

¶ De conuersione sancti Siluani.



Uidam deniqꝫ iuuenis Siluanꝰ nomine de cena conuersus ad sanctum Pachomiū venit volēs in eius monasterio cōmorari. Qui cū susceptus esset infectus ꝑuersa ꝯsuetudine seculi nullius desciplinę regulis poterat coerceri: salutēqꝫ ꝓpriam negligēs: dies suos vanitatibus pristinis atqꝫ peccatis occupabat: adeo vt nōnullos ex fratribus euerteret ꝛ ad studiū simile commoueret. Qd̄ plurimi nō ferētes: sancto Pachomio suggesserūt: vt eū de monasterio pelli preciperet. Ad quē veniēs eis nō annuit sꝫ equanimiter ferēs ammonuit p̄fatum vt se corrigeret ꝛ ab antiqua ꝯuersatione reuocaret. Pro quo etiā iugiter dn̄m exorabat: vt ei cōpunctionē cordis: solita pietatis abundātia largiret. Cūqꝫ memoratꝰ iuuenis in ꝓpria ꝑsisteret prauitate: ꝛ aliis exemplum perditionis ostēderet: ad postremū visum est oībus: vt a sancta ꝯgregatione velut indignissimus arceret. Sed btūs Pachomiꝰ hoc idē credidit differēdū. Quē mitissima atqꝫ sapiētissima correptiōe ꝯueniēs ꝛ celestibꝰ erudiēs institutis ita diuino timore succēdit: ꝛ sic aīa eiꝰ futuroꝝ fide ꝯpūcta est vt se deinceps abstinere nō posset a lachrymis. Emēdatꝰ itaqꝫ ꝑ oīa magnū ceteris documētū cōuersatiōis exhibuit. In oī nāqꝫ loco ꝛ in oī oꝑatione flebat iugiter: ꝛ nec tūc q̄dē: cū cibū inter fratres caperet a lamētatiōe cessabat. Que res etiā ꝯmouit multos ex monachis: qui ꝛ dixerūt. Tādē a plāctu te cohibe: nec te tāta q̄sumꝰ afflictiōe deiicias. Qui r̄ndit. Conor me q̄dē sicut iubētis a lachrymis reparare: nec possū. Pectus enī meum veluti q̄dā flāma cōburēs q̄etum me esse nō sinit. Rursum ipsi dixerūt. Apud te in secreto tuo vel certe in orationibus plangito cū ꝟo venimꝰ ad mēsam: cibū sumere debes ꝛ a fletibus abstinere. Nam possibile est aīam etiaꝫ sine istis exterioribꝰ lachrymis semꝑ in cōpunctione persistere: qꝛ plures e fratribus vidētes te flentē: māducare non pn̄t. Et cogebant eū fateri: cur ita se suis dilueret fletibus. Tunc ait ad eos Nō vultis vt plāgā: cū videā me foueri multis obsequiis sctōꝝ fratrū: quoꝝ ꝛ pulueris pedū mihi venerandus est: nec eis me cōferre dignū obsequiū existimo? Nō ego plangam quod homo multis peccatis obnoxius officia tāta percepiā. Timeo valde ne sicut Dathan ꝛ Abyron me quoqꝫ ꝓphanum hiatu suo terra degluttiat. Illi nāqꝫ ipsō ausibus manibusqꝫ pollutis sancta sibimet vsurpare tētauerūt ego vero post tantā cognitionē diuini muneris aīe mee salutē desidiosa cōuersatiōe neglexi. Ideo q̄ppe ista recolēs: nō erubesco flere coraꝫ oībus: qꝛ multa facinora mea esse cognosco q̄ iugibꝰ lachrymaꝝ fontibus debeam expiare. Qd̄ si ipsam miseram aīam per lamēta diffunderē nihil facerē magnū: qꝛ nullū ꝓ factis meis in p̄n̄ti dignū possuꝫ recip̄e supplicium. Cūqꝫ ꝑ dies singulos idē frater ad meliora ꝓficeret: oēsqꝫ ꝓpemodū in humilitate superaret: ita de eo sanctꝰ Pachomius cepit corā oībꝰ dicere. Testor fratres ac filii corā deo ꝛ sanctis eiꝰ āgelis: qꝛ ex q̄ cenobiuꝫ hoc fundatū est: nullū de fratribꝰ q̄ mecū sunt vel fuerūt humilitatē meā secutū esse cognosco nisi vnū tm̄ modo. Quo fratres audito nōnulli putabāt hunc esse theodoꝝ: alii petronium: alii ꝟo orsisiū. Cūqꝫ rogaret theodorus eū vt q̄s ille eēt depromeret: ꝛ sanctus vir indicare differret rursus eū theodorus vehemēter vrgebat: alii quoqꝫ maiores ex fratribꝰ plurimū dep̄cabant vt diceret q̄s eēt cui testimoniū tale ꝑhiberet. Tūc r̄ndit pachomiꝰ. Si scirē eū de q̄ dicturꝰ sum vane gl'ie stimulus incitari nūq̄ eū ostēderem. Sed qꝛ procul dubio credo q ꝑ xp̄i gratiā q̄tū laudes accesserint tāto ipse munꝰ humilitatis acq̄rit: idcirco vt eū possetis imitari sine metu palā bn̄ficare nō desino: tu q̄dē theodore ꝛ q̄cūqꝫ tui sunt similes fortiter certātes in monasterio diabolū vicistis: vt passerē ꝛ sub vestris pedibus allisistis eum ꝑ dei grāꝫ cōculcātes vt puluerē: sꝫ si (qd̄ absit) neglexeritis in aliquo cōsurgēs is q̄ sub vestigiis est aduersꝰ: vos graui furore bachabit. Iuuenis aūt siluanus quē dudū ꝓpter negligentiā de monasterio pellere volebatis: ita ꝓstrauit inimicū ꝛ a suis sensibus fugauit vt nusq̄ corā eo cōpareat: atqꝫ humilitate eū per oīa superauit. Et eos q̄dā fratres habētes opera iustitie i his que gessistis gloriosi cōfiditis: hic aūt quāto fortius pugnat: tāto se deteriorem oībus iudicat ex tota mēte totaqꝫ virtute inutilē se reprobūqꝫ denūciās. Ideo deniqꝫ ꝛ lachrymas hꝫ in prōptu: qꝛ semetipsum nimis humiliat ꝛ iclinat: nec alicuiꝰ momēti qd̄ gerit existimat. Nihil aūt ita reddit inimicū inualidum sicut humilitas de corde puro: cui tn̄ correctionis opera ꝓbantur adiuncta. Sic itaqꝫ viriliter ante factus Siluanus ꝑ octo annoꝝ curricula deo militans: cursum vite sue finiuit in pace. De cuius exitu testatus btūs Pachomiꝰ est: q multitudo sanctorum angeloꝝ cum magna letitia sumētes aīam eius velut dilectam hostiam christi conspectibus obtulerunt.

¶ Pachomius mortuū indumētis suis spoliari iussit.



Edeꝫ ꝟo tp̄e panos ciuitatis ep̄s varus noīe: per oīa venerabilis ac deo deditus: recteqꝫ fidei seruētissimus amator existēs audiuit dispositionē cōuersationis Pachomii. Ad quē missis ep̄lis euocauit eū: plurimis ꝟbis exorās: vt etiā circa ciuitatē eius monasteria optata ꝯstrueret. Cūqꝫ multis ex causis p̄cibus acq̄euissent ep̄i: dn̄ ꝓperat ad eū iustū credidit: vt pariter oīa q̄ ab eo curabant inuiseret.

Et cū vni ex ipſis monaſterijs appropinquaſſet:
cuiuſdā fratris occurrit exequijs q̄ vitā ſuā negli
genter inſumpſerat. Fratres aūt ipſius monaſte
rij fun⁹ ꝓſequebāt honorifice: pſalmos ſolitos cō
cinentes: parētibus quoq; defuncti parētibus ac ꝓ
pinquis. Qui cū vidiſſent Pachomiū ſecretū cō
tinuo depoſuerūt: vt tā ꝓ mortuo q̄ ꝓ ſe dn̄o ſup
plicaret. Qui mox debitā orationē ꝓlolit ⁊ ꝯuer
ſus ad fratres ait. Sinite pſallere: precepitq; de
functi veſtimēta ſplendida q̄bus inuolutus erat
auferri q̄ coram oībus fecit exuri: ⁊ ita cadauer ef
ferri iuſſit ꝓter aliquā pſalmodiam atq; ſepelire
fratrē. Igit̄ fratres cū parētib⁹ eius ⁊ vniuerſis
q̄ tūc aderāt nouū genus ſpectaculi contuētes: ⁊
obſtupefacti nimiū ꝓcabant ſenē vt ꝯſuetā ſuper
eū pſalmodiā celebrari ꝑmitteret. Cū nō acquie
uiſſent: ceperunt parētes defuncti culpātes eum
dicere. Quid eſt hoc ſpectaculū nouū? Quis non
miſereat̄ mortuo lȝ ſit inimic⁹. Sufficiens ꝑſe eſt
ipſa calamitas. Noli q̄ſumus inferre mortuo qđ
nec belue facerent: nec tuam cōdecet ſanctitateȝ.
Nā ⁊ nos hinc notamur maximo opprobrio: alia
q; ꝓplurima ſuſpitionū opprobria naſcunt̄. Uti
nā nū q̄ ad iſtū locū veniſſem⁹: vtinā nec iſte mo
nachus fuiſſet effectus nō hūc eternū dolorē no
bis īfligeret. Rogamus ergo vt ſolitā pſalmodiā
defuncto reſtituas. Qui reſpōdens ait eis. Uere
fratres ⁊ filij: plus vobis de viſibili ac tēporali cu
rātibus ego de inuiſibili eius ſubſtantia ſolicitu
dinē gerā: ⁊ idcirco hec erga eū fieri iubeam. Et
vos quidē maiores illi dolores: per hūc honoreȝ
quē putatis acq̄ritis: ego aūt quantulācūq; ei re
quiem vel ſatiſfactionē per hanc iniuriam ꝓpara
bo. Propter qđ nec in futuro ꝓ hoc exanimi cor
puſculo: ſȝ pro immortali eius aīa ſatago: q̄ ⁊ hāc
carnē rurſus in reſurrectiōe receptura eſt: ⁊ īcor
ruptam ⁊ integrā. Alias aūt ſi hoc qđ vultis an
nuero: veluti placēs hoīb⁹ iudicabor: atq; vt ad
preſens vobis ſatiſfeciſſe videar: id deſpicio q̄ ei
prodeſſe poterit in futuro. Fons enim bonitatis
deus noſter exiſtens occaſiones querit per quas
opulēta ſuper nos dona pietatis ſue effundat re
mittat nobis peccata non ſoluȝ in hoc ſeculo: ſed
etiam in futuro: nam cuȝ dicat in euangelio: qui
blaſphemauerit in ſpiritumſanctuȝ: nō remittet̄
ei neq; hic neq; in futuro ſeculo: dat patenter in
telligi q̄ ſunt quedam delicta que poſſunt: ⁊ poſt
hāc vitam ſi pro eis ſupplicet̄ ignoſci. Nos vero
quos dignos iudicauit chriſti potētia diuine ſue
diſpēſationis exercere medicinaȝ ſi non vnicuiq;
cōgruens adiutorium proferamus profecto velu
ti cōtemptores exiſtimabimur: ⁊ audiemus illud
qđ ſcriptū eſt in propheta. Uidete ꝯtemptores ⁊
admiramini ⁊ diſperdimini. Et ideo queſo ſinite
defunctum a proprijs malis aliquatenus exui: ⁊
quantulācūq; requiem in illo futuro examine ꝓ
mereri. Sepelite ergo eū ſine pſalmis vt dixi. Po
tens eſt enim deus benignus ⁊ clemens multūq;
miſericors: pro ſupplicatiōe noſtre paruitatis eū
in eterna ſua requie collocare. Hec cum dixiſſet
abierūt: ⁊ ſm̄ quod venerabilis pater preceperat
eum in monte vbi cōſtituta erāt monumenta, ſe
pelire curarunt.

¶ Qđ pachomius aīam cuiuſdam monachi
vidit angelos ad celum deducere.



Oratus eſt aūt ibidem ſanctus Pa
chomius cum duobus monachis: do
cebatq; imprimis ſingulos timorem
dn̄i deinde qualiter aduerſus diabo
lum dimicare deberent ⁊ inſidiarum
eius per xp̄i gratiam poſſent declina
re potentiam. Tunc nunciatur ei q̄ frater de ce
noboſthioruȝ monaſterio graui infirmitate detē
tus: benedictionē precis eius vltimā poſtularet.
¶ Hec audiens homo dei ꝯfeſtim ſecutus eſt eos
qui hec ſibi retulerant. Cūq; conatus ꝓficiſceret̄:
⁊ duobus vel trib⁹ milibus abeſſet a monaſterio
qđ petebat audiuit ſuauiſſimam vocē in aere per
ſonantē: ſuſpiciensq; vidit ipſius fratris aīam ve
lut curru ab angelis dn̄m laudātibus: ad beatā vi
tam ꝑenneq; ſuſtolli: comites autē Pachomij cū
neq; vocem audirent nec q̄cq̄ ſentirent penitus:
ſed tātūmodo cernerent eū ad orientē diu reſpi
cere: dicunt ei. Tu cur hec feciſti pater? Propere
mus vt poſſimus occurrere ei. Qui reſpondit fru
ſtra iam currimus: hoc enim eſt qđ diu cōſidero:
quemadmodum frater ipſe ad gaudia ꝑpetua per
ducatur. Quem cū rogarēt vt eis exponeret quō
vidiſſet animā quantuȝ poterat audire narrauit
eis: ex his que ipſe cōpererat. Quidā igit̄ ex eis
euntes ad memoratum monaſterium ⁊ diligēter
inquirentes qua hora frater ille dormiſſet: ea q̄
a ſancto didicerāt viro vera oīa cognouerūt. Hec
autem retulimus duabus ex cauſis primum volē
tes oſtendere beatum ſenem nimium fuiſſe ꝑſpi
caciſſimum: gratiamq; poſſediſſe propheticā: ac
longe poſita intellectualibus oculis ꝓuidiſſe: de
inde vt tales ſemꝑ imitātes malorū ꝯſortia ſolici
te vitaremus. Et de his quidem vobis hactenus
dicta ſufficiant.

¶ Qđ deſtructores edificij dn̄s igne
diuino combuſſit.



Anctus ergo Pachomius ad ante
fatum: eꝑm cum ſuis monachis ve
niens ab eo in ſumma veneratione
ſuſceptus eſt. Nam feſtiuitatē maxi
mam in eius celebrauit aduentu: de
dit ei loca vbi ſperata ꝯderet mona
ſteria: ſicut dudum ꝓſcripta cognouerat q̄ etiam
venerabilis vir cū alacritate ꝯſtruxit. Et cū mace
rie munimine circūduceret ne quis facile poſſet ir
rūpere: quidā peſtilētes hoīes quos diabol⁹ ceca
uit inuidia nocte venientes: q̄ ꝯſtructa fuerāt de
ſtruebant. Sed nō in longū malignitatis eorū pe
na dilata eſt. Nā cū ſenex diſcipulos ſuos ad tole
rantiā cōmoneret: ⁊ illi neq̄ſſimi iuxta ꝯſuetudi
nē ꝯueniſſent: vt facinorū ſuorū cepta ꝑficerent: ab
angelis dn̄i protinus exuſti ſunt: ⁊ velut cera a fa
cie ignis ad nihilū redacti ſunt. Fratres ergo ve
lociter vniuerſum ꝯſummauerūt edificiū: in quo
beat⁹ Pachomius ꝯſtituit monachos religioſos
viros quibus ſamuelem prepoſuit hilarem viruȝ
⁊ dono frugalitatis eximiū. Quia vero ꝓdicta mo
naſteria in ſuburbio fuerant ꝯſtituta: ideȝ ſanct⁹
ibi vult manere diuti⁹. vſq; dū hi (quos ordinaue
rat) xp̄i munere firmarentur.

¶ De inquiſitionibus philoſophi.



Uerca philoſoph⁹ q̄dā ciuitatis ipſius
inclita ſeruorum dei opinione venit ad
eos ſcire volens qui eſſent quidve pro

fiterentur: et videns aliquos ex monachis ait ad eos. Vocate mihi patrem vestrum quia de rebus necessariis cum eo disputaturus sum. Cum cognouisset autem sanctus vir: quod philosophus esset misit ad eum cornelium et theodorum precipiens eis vt ad ea que sciscitaretur prudenti responsione satisfaceret. Egressus igitur ad eum philosophus ait. Multus ad nos sermo delatus est quod sapientie gerratis studium: et iuxta religionē vestrā quietem diligatis impensius: insuper etiā prudēter his qui proponūt aliquid satisfacere videamini: et tō de his que legitis vos interrogare disposui. Cui theodorus perfecto quod vis ait. Et philosophus. Habeo tu (inquit) mecum disputationē: vt que fuerint questa dissoluas. Et theodorus ait. Exprime tam quod intendis. Tunc prius ait. Quis nō natus mortuus est. Quis rursum natus a morte subtractus nō est? Quis cum sit mortuus non est fetore corruptus? Et (ait theodorus) nō grādis hec propositio tua o philosophe: nam facile quod queris soluā. Qui nō natus mortuus est: habes protoplaustus. Qui vero natus est nec tamen mortuus est existit. Enoch qui deo placuit et translatus est. Mortuus autem nec fetore corruptus vxor est loth que cōuersa est in statuam salis vsque nūc in eo habitu pro incredulorum perdurat exemplo. Et ideo consiliū do tibi o philosophe vt has ineptas propositiōes tuas et inanes deserens questiones ad christum verum (quē colimus) sine dilatione cōuertaris: remissionē que tuorum peccatorum pro eterna salute nō despicias. Ad hec philosophus obstupefactus nihil insistit vlterius: sed recedens acumen viri responsionemque tam celerē paratāque miratus est.

De abstinentia monachorum.

Deinde pachomius in eisdem monasteriis nuper extructis diebus plurimis immoratus exinde profectus: atque aliud monasterium (quod sub eius erat ditione) peruenit: quē cum fratres oēs in occursū properantes summa veneratione suscepissent: infantulus quidā de ipsa cōgregatione: quod inter alios occurrerat clamare cepit ac dicere. Vere pater ex quo hinc ambulasti: nullus nobis nec olera nec legumē aliquod coxit. Ad quē sctus grata mēte respondit. Nō contristeris fili mi: coquā. Ingressusque monasteriū post orōnē venit ad coquinā et inueniens fratrē qui coquine preerat: psyatos .i. tegites operantē quas nattas vulgus appellat: ait ad eū. Dic mihi frater: quantum tēpis habes ex quo nō coxisti fratribus olera vel legumina? Qui respondit. Sūt duo fere mēses. Et sanctus pachomius ait ad eū: quare cōtra preceptū facere voluisti: vt tanta fratrū negligeret vtilitas? Qui sub humili satisfactiōe respondit: optaueram quidē venerabilis pater: quotidie implere misteriū meū sed quia quicquid coquebam nō cōsumebat a fratribus quia oēs abstinēt: soli quippe pueri aliquid cocture percipiunt ne tanto labore peracta pūceret expensa propterea pulmentū nō coxi. At ne ociosus essem psyatos elegi cū fratribus texere sciēs vnū de his quod mihi deputati sunt ad opus hmōi posse sufficere vt paruas escas .i. oliuas vel herbulas ad refectionem fratribus pararem. Hec audiēs Pachomius et quot sunt inquit psyate quas te fecisse dixisti? Qui respondit. Quingēte. Et ille. Defer (inquit) huc omnes vt videam. Que cum fuissent allate: protinus eas igne supposito iussit exuri. Tunc ait ad illos. Sicut vobis traditam vos erga dispensationem fratrum regulam despexistis sic ego passim laboreas vestros incendio concremaui: quatenus cognoscatis quam perniciosum sit patrum instituta cōuellere: quibus pro animarum salute cōpulsa sunt. An ignoratis quam gloriosum sit semper abstinere a prandio. Nā si quis ab ea re quā eius est prāndie: diuina cōsideratione se cōtinet magnū cōsequitur a dño premiū. Ab ea vero cuius vtendi licentiam non habet quadam noscitur necessitate cohiberi: et ideo propter abstinētiam coactam atque inutilem frustra videtur expectare mercedem. Deniquem cum plures esce apposite fuerint: et fratres parcius his vtuntur propter deum: tunc apud eum sibi maximā spem reponūt. De cibis aūt quos nō vidēt nec eis ad percipiendum facultas vlla tribuitur: quomodo pro parsimonia premia cōcedētur. Ideoque propter exiguos sumptus tanta fratrum nō debuit intermitti cōmoditas.

Quod anachoretarū peruersa dogmata celitus persensit atque correxit.

Hec cum pachomius loqueretur ad eos et sufficienter eorum delicta corriperet: ostiarius ad eum festinus ingressus est magnos viros et anachoretas egregios indicans aduenisse: qui eum videre desiderarent. Quos illico iussit intrare debitaque reuerētia salutans eos (post orationem) per fratrum deducebat cellulas et omnia eius monasterii loca mōstrabat. Qui rogauerunt senem vt cum eo de quibus rebus cuperent secreto loquerentur. Tunc introduxit eos in cellam suam seorsum seditque cum eis. Illis autem de rebus mandatis atque archanis altius disputātibus cepit sanctus odorem sentire teterrimum. Videbat enim eos occulto satis vti sermone: et in scripturis paratos existere: nec poterat de intolerātia fetoris aliquid vel cogitare vel dicere. Ubi ergo de diuinis eloquiis diutius disputassent: et hora nona iam refectionis tempus indiceret: surgētes ipsi mox abire voluerūt. Quos sctus vir enixius hortabatur vt cibū pariter sumerēt. Qui noluerūt penitus acquiescere dicētes festinare se ante occasum solis ad propria remeare. Et vale dicētes et sine mora profecti sunt. Tunc pachomius volēs certius cām fetoris agnoscere in orōne prosternitur exorās dñm quatenus sibi quales essent pādere dignaretur moxque cognouit quod impietatis eorum dogmata (quibus probantur imbuti) tantā pniciē de eorum cordibus exalarēt. Nec mora viros ipsos insequitur: et apprehēsis ait: vnū volo vos interrogare sermonē. Qui dixerūt. Interroga. Quibus ille ait. Origenis estis imbuti dogmate? Qui negātes dixerūt. Nequaquam. Quibus ait. Ecce contestor vos corā dño: quoniam ois homo qui legit origenē et cōsentit his quae pleue dixit seruit in profunda perueniet inferorum: hereditatesque eius erūt vermes et exteriores tenebre quibus iniquorum animae sine fine puniunt. En ego quod mihi manifestatum est a dño vobis sollicite nūciaui ex hoc innocēs: ero vos videritis si ea quae sunt vera respuerītis. Quod si mihi vultis acquiescere deoque placere omnia scriptorum origenis libros in flumē mergite ne ab illis vosipsi mergamini. Hec dicēs discessit ab eis: et rediēs ad exercitium solite virtutis reperit fratres in oratione cōsistere: cum quibus alacriter


hymnos cantilene spiritalis explicuit.

¶De visione posteriorum suorum: prelatorum atq; subditorum.



mansio eterna ⁊ requies Troili episcopi. Cũq̧ hoc
inquit legissem gauisus sum: sciebam enim donã
dam mihi ab imperatore talis domus epulatio-
nem. Nondũ aũt hmõi tituli supscriptionẽ perle
geram: ⁊ ecce q̃dam regius cubicularius habẽs
secũ ⁊ alios obsequij diuini: ⁊ cũ puenisset ad ta-
lem ianuã domus ianuã dixit ad ꝓprios officia
les deponite titulũ istũ. Et cũ deposuissent iterũ
dixit. Mutate eũ ⁊ ponite quẽ misit orbis terra-
rum rex. Et attulerunt ⁊ fixerunt aliud aspicien
te me supscriptũ ita. Mãsio eterna: ac requies ioã-
nis archiepĩ alexandrini empta libris triginta.
Et cũ hoc vidissẽꝫ surrexi a somno: ⁊ magno sum-
moq̧ pastori q̃ visa sunt ei in somnis enarrauit:
⁊ proficiens ea de causa Troilus epũs ⁊ factus est
extunc eleemosynator magnificus.

De nauibus quarum entheca iuit in
perditionem.



DOminus q̃ diuitias in tpe quodaꝫ
btõ Iob abstulit: fecit simile ⁊ huic
oĩi bonitate pleno sancto patriar
che Ioãni. Nauibus eñ sanctissi-
me ecclesie sue comprehẽdẽtibus
violentã hyemẽ in loco q̃ dicitur
adhira ꝑcecerũt oĩa sua q̃ naues portabãt: erant
vero oẽs naues simul. Erat aũt summa multa
valde enthecarum suarum: habebãt eñ tãta ve-

ftimēta ⁊ argentū ⁊ alias res altiores: vt compu
teretur pondus qđ fuit in perditionem quātita-
tis centenariorum trigintaquatuor. Plus eñ erāt
ꝗ crediderint naues capiētes per singulas decē
milia modiorum. Uenientibus vero alexandriā ⁊ per-
gētibus statim reliqui creditores ⁊ primi naute
ecclesiam cōfugerunt: Sanctus vero hoc audiēs
⁊ causam ꝓpter quā fugerant: misit eis verbum
manibus suis scriptū habēs ita. Dominus dedit
fratres: dñs vt voluit abstulit sicut dño placuit:
ita factū est: sit nomē dñi bñdictū. Exite filii nihil
ex hoc veriti: dñs enim sollicitus erit de crastino.
Ascendit itaq; pene dimidiū ciuitatis in secretū:
die añt altero volebāt ꝯsolari nobilē istū: ipse vero
preoccupās cepit oībus dicere. Nequaꝗ̄ o filii et
fratres causa naulū difficultatis tristemini: nam
humilis Joānes (credite) inuētus est culpabilis
ꝗppe nisi extollentiā haberē nullo mō hoc ferrē.
Sed qr extollebar in his q̄ dei erāt existimabam
ꝙ magna opera facerē: dans que hoīm erāt: hoc
mihi euenit: volēs ergo de⁹ vt hoc intelligerem
ista ꝑmisit. Elecmosyna eñ nō vigilātē plerūq;
in extollentiā eleuat inuit⁹ vero casus humiliat su
stinentē. Ait eñ diuina scriptura. Paupertas virū
humiliat: ⁊ iterum Dauid hoc sciēs: dicebat. Bonū
mihi ꝙ humiliasti me: vt discam iustificationes
tuas. Dū eñ maiorum factus sum obnoxi⁹: qr datio-
nē ꝑ vanā gloriā perdebā: ⁊ qm̄ per vitiū meū ꝑdi
te sunt tante pecunie: habeo nunc iudiciū aiarū
que in arcto sunt. Uerū dilectissimi q̄ cum tēpore
iusti illius Job fuit deus: ⁊ nunc idem ipse est qui
non propter egestatem meam: sed ob indigentiū
necessitatē nō derelinquet nos. Ipse eñ dixit: nō
te deseram neq; derelinquam: ⁊ rursus. Querite
primum regnum dei ⁊ iustitiam eius: ⁊ hec oīa
adijcient vobis. Uolentes ergo consolari eū ciui
tatis habitatores: vt dictū est: ipsi magis inuenti
sunt ecōtra consolationem ab eius beatitudine
recepisse. Nimis ergo breue tps preterijt ⁊ in du-
plum restituit deus ⁊ nouo nostro Job facultates:
⁊ iterū erat ipse magnanim⁹ circa miam: fortasse
autem ⁊ religiosior ꝗ̄ antea fuerat.

De ministro cui duas auri libras dedit.



D extremā paupertatē ꝑuenien-
ti cuidam de domesticis mini-
stris ꝓpria manu iste sctūs vt
nullus sciret duas libras auri
dedit: ⁊ audiēs ab accipiēte: qm̄
hec accipiēs dñe vlteri⁹ nō heo
vultū intendēdi in honorabilē
⁊ angelicā faciē tuā vere dignū
laude: vt sapiens locutus est verbum. Nondum
inquiens sanguinem meū ꝓ te frater effudi sicut
mandauit mihi dñs meus Jesus christus.

De duce qui mutuum dare distulit.



Istrictus qdā ab his q̄ pensionē
exigebāt: cū nō haberet qđ daret
erat eñ regio in magna difficul-
tate: eo ꝙ fluuius nylus sm̄ ꝯsue
tudinē nō irrigaret aq̄s terram:
ipse abiens deprecat⁹ est ducem
quendā magnatorum: vt mutuas si
bi daret q̄nquagita libras auri:
⁊ dicebat se dare pignora si vellet dupla. Repro-
misit ergo dux dare ei ad presens vero distulit.
Exactoribus vero cōstringentibus cum vadit: et
ipse ad portum a quo cuncti recipiuntur: vez ad
mitissimum ⁊ dignū admiratione patriarcham.
Et nondum pene propriam necessitatem ei nar-
rauerat dicit sanctus ad eum. O fili si volueris:
⁊ quo vestior indumentum. Etenim cum admira
bilibus suis bonis: ⁊ hoc possidebat: ꝙ non pote
rat videre aliquem de necessitatibus lachrymā-
tē: ⁊ nō statim se proprijs rigaret lachrymis. Uū
⁊ mox petitionem volentis ab eo mutuū accipe-
re adimpleuit. Et sequenti nocte vidit dux ꝙ sta
ret super altare qdam cui offerebant multi obla-
tiones: ⁊ pro vna quā ponebant: accipiebant cen
tum pro ipsa de altari. Erat autem ⁊ patriarcha
post tergum eius. Jacebat ergo vna oblatio ante
eos in vno scanno ⁊ dicit qdam duci. Uade domi
ne dux accipe oblationē illā ⁊ offer ad altare: ⁊ tol
le pro ea centum oblationes. Illo vero pigritāte
cucurrit patriarcha: ⁊ posteum staret ⁊ tulit hāc
ante eum ⁊ obtulit: ⁊ accepit sicut omnes centum
de altari. Euigilans itaq; non poterat discerne-
re somnium. Misit autem ⁊ adduxit eum qui vo
lebat mutuū accipere vt prestaret ei: ⁊ cū venisset
dixit ei dux. Accipe quod petisti mutuū. Respon
dens ille dixit ei. Ante tulit mercedem tuam dñe
patriarcha. Etenim te diu differente compulsus
sum ad illum tanꝗ̄ ad portum confugere: multa
enim erat vis inquietudinis exactorum. Cū ergo
audisset hoc dux ille: statim recordat⁹ est somniū:
⁊ dixit. Uere bene dixisti: ante tulit mercedē tuā:
ante tulit eñ: ⁊ ve illi qui vult facere bonum: et
differt ⁊ enarrauit oībus somnium qđ viderat.

De muliere que a genero suo iniuriam
patiebatur.



Ergente aliquando illo viro san-
cto ad templum sanctorum victo
riosorum martyrum Cyri ⁊ Joā
nis in gloriosa eorum memoria
orationis gratia exeunte eo por-
tam ciuitatis suscepit eum mulier
procidēs ⁊ dicens. Uindica me quoniam iniuriā
patior a genero meo. Quibusdam ergo de obse-
quio eius qui habebant confidentiam apud deū
dicentibus: qr cum reuersus fueris causam eis fa
cies. Respondit sapiētissimus. Et quomodo de⁹
orationem nostram suscipiet: si ego istam postpo-
suero. Quis mihi spopondit vt viuam ego in cra
stinum ⁊ ibo ad xp̄m pro ea rationem redditurus.
Et nō recessit de loco illo: vsq; quod satis ei erat:
fieri faceret.

De sanctis videlicet Joanne
et Sophronio.



D voluntatem igitur memora-
bilis huius que tota i deo erat
misit ei deus viros sapientes ⁊
semper memorandos Joānem
⁊ Sophronium. Consiliarij eñ
erant veraciter boni quibus (tā
ꝗ̄ patrib⁹) discrete obediebat:
⁊ gratias agebat tanꝗ̄ constan
tibus: maxime et viriliter agētibus militibus ꝓ
pietate religionis. Etenim spūssancti virtute freti:
⁊ cū seuerianis ac ceteris circa regionem existen
tibus immūdis hereticis: sapientia sua ac dispu
tationibus pugnā habentes ⁊ conflictum multis
quidem

quidem castella ⁊ pluresq; ecclesias: similiter ⁊ monasteria ab ore talium bestiarum tanq̃ boni pastores euellere studuerũt: propter quod ⁊ maxime plurimum honorabat sanctos hos ille vere sanctissimus.

¶ Sermo eius contra percussorem.

Si vero alicubi aliquem durũ et inhumanum ⁊ percussorem circa proprios seruos sentiebat ille beatus hunc primũ cõmonebat ⁊ cũ multa lenitate rogabat dicens. Fili venit quidem ad aures peccatrices meas q̃ ex operatione inimici modicũ durius circa ꝓprios pueros tuos seruis: sed rogo ne des locũ ire. Non enim vt percutiamus eos dedit nobis hos deus: sed vt seruiant fortasse vero nec propter hoc: sed vt sustentẽtur a nobis ex quib⁹ de⁹ prestitit nobis. Quid enim mihi dic: ⁊ dedit homo ⁊ emit eũ: qui ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ dei creatus honorat⁹ est. Nunquid enim tu dominus eius aliquid plus illo possides in proprio corpore manũ aut pedẽ vel auditũ siue animaz. Nunquid nõ similis est tibi per oĩa. Audi luminare gloriosum Paulum dicentez. Quotquot in xp̃o baptizati estis xp̃m induistis. Nõ est iudeus neq; grecus: non est seruus neq; liber: omnes enim vos vnũ estis in christo. Si ergo equales sumus in christo adinuicẽ equales efficiamur. Etenim xp̃s formam serui assumpsit: docẽs nos non superbire contra conseruos nostros. Un⁹ est dñs oim in celis habitans ⁊ humilia respiciẽs: non dixit sublimia sz humilia respicit. Quantũ enim ⁊ aurũ dedimus: vt honorificarũ ⁊ emptũ eũ sanguine diuino: ⁊ dñico nobis seruiture subijciam⁹ (propter eũ celũ: ꝓpter eũ terra: ꝓpter eũ stelle: propter eũ sol: ꝓpter eũ mare: ⁊ q̃ in eo sunt) extãtẽ: qr ⁊ angeli ei ministrãt: ꝓpter eũ xp̃s seruorũ pedes lauit: ꝓpter eũ crucifix⁹ est: ⁊ cetera oĩa propter eũ passus est. Tu aũt eũ q̃ a deo honorat̃ inhonoras: ⁊ (quasi nõ sis eiusdẽ nature) non parcens feris. Dic obsecro vt eius quotiens culpas vt mox redderet tibi deus. Nequaq̃ dic quõ oras q̃tidie dicẽs. Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. His ⁊ his similibus verbis: de inhabitante in se thesauro: monens hunc absoluit: ⁊ nisi didicisset istũ emẽdatum preparabat ⁊ instruebat seruũ afflictũ: vt fugã arriperet ⁊ venditionẽ peteret: ⁊ hunc cõparans iustus statim liberum statuebat.

¶ De puero orphano quem ditauit.

Audiens aliquãdo cuiusdam eleemosynatoris puerũ orphanũ derelictũ parentibus ipsius morientibus ⁊ in multa paupertate conuersari hunc: dicebant enim hi qui in testamento patris eius inuenti sunt testes: quia non dimisit ei domine pater eius moriens vsq; ad vnum nummisma: sed habens decem libras auri adduxit eum ipsa hora quando testamentũ scribebat ⁊ dixit ei. Has decem libras habeo fili mi quid vis dimittã tibi istas: an dominã meaz dei genitricem curatorem ⁊ prouisorem. Puero vero eligente sanctam dei genitricem precepit dari cuncta pauperibus. Et ecce in quibus sanctissime in multa inopia consistit: nocte ac die domum domine nostre non deserẽs. Cum ergo hec audisset a sciẽtibus sanctus hic: nemini aliquid dicẽs: adduxit quẽdã tabellionez: ⁊ narrabat ei rẽ dãs ei terminũ vt nulli crederet quã precepit eam facere rẽ dicẽs ei. Uade ⁊ in veterib⁹ cartulis scribe testamentũ noĩe theopenti ⁊ fac in eadẽ charta me ⁊ patrẽ pueri cõsobrinos fratres ⁊ vade ⁊ dic iuueni. Scis frater q̃ genus existens patriarche nõ debueras ita in paupertate versari ostẽde ei chartã ⁊ dic. Quõ si erubescis: ego ordino cãm tuã apud patriarcham: ⁊ vide qd tibi dicet. Cũ ergo oĩa que iussa sunt ei a patriarcha tabellio fecisset venit ad eũ dicẽs: qr pact⁹ est puer mihi: vt ego loquar cãm suã dño: ⁊ magnas gratiarũ actiões referebat mihi. Dixit vero sanct⁹. Uade ⁊ dic ei qr locut⁹ sum patriarche. Et dixit: quõ ⁊ ego scio: qr habuit cõsobrin⁹ meus filiũ: sed ex vultu hũc nõ recognosco. Bene ergo facit adducẽs hũc ad me. Adducẽs ergo eum fac portare ⁊ chartã secũ. Cũ vero puenisset: tulit eũ secreto ille iust⁹: ⁊ cepit deosculari eũ ⁊ dicere. Bene venit fili⁹ cõsobrini mei. Ditauit igitur eũ eiq; vxorez tradidit in alexãdria: ⁊ domũ ⁊ oĩa quibus opus habuit donauit ei demonstrare festinans quoniam non derelinquet dominus sperantes in se.

¶ De impostore qui viginti libras auri mutuo accepit ab eo.



Npretermisse autem ⁊ huius mandati curaz habens hic admirabilis legẽ ponẽtis: volenti mutuare a te ne auertas aliquando: non prohibuit aliquẽ huiusmodi ab eo suffragium postulantem. Unde hoc sciẽs quidam malignus ⁊ impostor: petiit ab eo vt sibi mutuas daret viginti libras auri. Erat autez de his qui dicunt̃ gallodromũ. Gallodromũ dicuntur mangones discurrentes ⁊ fraude decipientes. Cõtemnens ergo sanctũ: quemadmodum ⁊ alios multos dicebat: qr nihil mihi dedit. Que sierunt itaq; ecclesie pastores ⁊ ordinatores: vt ĩ carcerẽ hunc mitterent ⁊ publicarẽt eius substãtiã. At imitator dicentis estote misericordes sicut ⁊ pater vester misericors est: qui solem suum oriri facit super bonos ⁊ malos ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos: nequaq̃ istis cõsensit vt eũ affligerent. His autem turbantibus contra eum vt ex pote qui patriarche illuserat: ⁊ dicẽtibus ad eũdem sanctum: non iustum est domine: vt qđ meritis pauperes acciperent hoc luxuriosus accipiat. Respõdit ecõtra ille pater beat⁹ dicẽs. Credite fratres: qr si extra voluntatẽ meã acceperitis aliquid ab eo: duo mãdata trãsgrediemini: ⁊ vnũ adimplebitis: quõ ⁊ ad pauperes data fuerit huiuscemodi quãtitas. Unũ qdẽ: qr apparebitis impatientes circa dandũ: ⁊ efficiemini aliũs forma mali: alterũ aũt quõ nõ obediẽtes eritis domino deo dicenti: ab eo qui abstulerit tua ne repetas. Expedit ergo o filij: vt efficiamur oĩb⁹ exẽplũ patientie. Etenim apostol⁹ dixit. Quare non magis iniuriam sustinetis? q̃re nõ magis fraudem patimini. Et bonũ est quidem veraciter fratres: omni petenti dare: excelsius autez ⁊ honorabilius etiã non petenti. Et autẽ qui aufert vestimentum sine voluntate a nobis dare ⁊ tunicam angelice vere nature imitatio: immo diui-

ne est. Ex his enim que habemus dominus pre-
cepit bene facere proximo. Bonuz inquit facies
fratri tuo: iuxta qđ possidet man⁹ tua: nō ex his
que ex lite ⁊ contentione ⁊ ab iniuriis auferunt.

¶ De abbate vitalio.



Enex quidā magnus quasi annoꝝ ſ
sexaginta: audiēs tales res bestiuo
tuit tentare eū si posset verbis sua-
deri: ⁊ ad scandalum facile inclina-
re: vt contingit si condemnaret ali
quem. Et habitans prius in mona-
sterio abbatis seridōis: exijt ⁊ venit Alexandriā:
⁊ sumit conuersationē hominibus quidē repre-
hensibilem: sed deo gratā qui dat (vt ait Dauid)
singulis ſm cor eorum. Ingrediens itaq ciuita-
tem scribit omnes que note erāt meretrices ⁊ ce
pit laborare opuscula ⁊ accipere p singulos dies
siliquā vnā. Cum ergo occūberet sol māducabat
⁊ intrabat ad vnā meretricū ⁊ dabat ei ereos nū
mos ⁊ dicebat. Dona mihi noctem istam ⁊ noli
fornicari. Et manebat iuxta eaz nocte illa obser
uans eam ne fornicaretur. Stabatq a vespere ī
vno angulo cellule vbi dormiebat mulier: psal-
lēs ⁊ orans pro ea: ⁊ mittens genuflexiones vsq
ad aurorā: ⁊ exiens pcipiebat verbum illi q nul-
li diceret actionem eius. Ita agebat semp quous
q vna earū manifestauit vitā eius q non vt for-
nicaretur intraret ad eas: sed vt saluaret. Ora-
uit senex ⁊ cepit mulier a demonio vexari: vt per
illā cetere timerent ⁊ nō manifestarēt euz oī tpe
vite eius. Dicebat ergo quidā ei que a demonio
vexabat. Quid est. Reddidit tibi de⁹ quoniam
mentita es: vt fornicetur enim ingreditur pessi-
mus iste ⁊ nō ad aliud aliquid. Jam eñ ⁊ sanct⁹
Uitalius (hoc enim nomen erat ei) volēs homi-
num gloriā fugere ⁊ animas a tenebris reuoca-
re dicebat audiētib⁹ ceteris cū laboraret in ope-
re ⁊ solueret vesperi. Eamus modo dñe olim do-
na talis expectat te. Ubi erat ergo ordo ipsi⁹: mul-
tis ergo criminātib⁹ ei dicebat. Nunqd ego non
vestio corp⁹ vt oēs. Aut monachis solis irat⁹ est
deus. Uere ⁊ ipsi homines sunt vt oēs. Dicebat
itaq ei quidā. Accipe tibi vnā mulierem abba: ⁊
muta vestimentū tuū vt nō blasphemet de⁹ per
te: nec habeas iudiciū q scādalizant animaruz.
At ille respondebat eis iterū: dicebat ergo se de-
monstrare qsi iratū vere nō obaudiā vobis ite a
me modo nihil aliud faciā vt vos nō scandalize-
mini nisi accipiā mulierē. qten⁹ curā habeā do-
mus ⁊ faciā malos dies q vult scandalizari: scā-
dalizetur: ⁊ det frontē in pariete. Quid vultis ex
me. Nunquid iudices cōstituti estis a deo. Ite de
vobis curā habetote: vos p me nō reddetis deo
rōnem. Un⁹ est iudex: ⁊ sancta dies iudicū q sin-
gulis reddet ſm opa eorum. Dicebat autem hec
clamans. Quidaz ergo ecclesie defensorum hec
multoties audientes ab eo referebant quod sie
bant. Deus vero sciens q nollet ille sanct⁹ offē-
dere abbatē Uitalium indurauit cor eius ne cre-
deret eis. Recordabatur enīz ante memorati eu
nuchi: sed increpauit vehemēter qui cōtra vita-
lium abbatem accusationē ei afferebāt dicēs ad
eos. Quiescite accusare monachos. An nescitis
qd circa sancte memorie Cōstātinū imperatorē
actū fuisse cōscriptiōes q de eo leguntur cōtineāt.
Quū (ait) quidā nō timētes deū cuz celebraretur
secūda synodus in nicea ceperūt contra se dare ī
scriptis: famas turpes beato illi impatori: qdaz
clerici existentes qdā monachi: ⁊ ad faciē addu-
cēs sanct⁹ dei cōstātin⁹ accusatorez ⁊ accusatum
vtrosq audiuit. Et cū inuenisset multas taliū cri-
minatoꝝ veras esse accusatiōes: incēdit oēs que
date sunt in scriptis malas opiniōes dicēs. Ue-
re si proprijs occulis vidissem sacerdotē dei: aut
aliquē eoruz qui monachico habitu circūamicti
sunt peccantē: clamidē meā explicarē: ⁊ cooperi
rē eum ne ab aliquo videret. Nā ⁊ in seruū dei il
lū videlicet eunuchū ita putastis: ⁊ misistis me ex
tra vitā: ⁊ feci anime mee peccatum magnū: con-
fundens ergo eos multū abhorruit. ¶ Seruus
aūt dei vitalius a propria operatiōe nō cessabat.
Deprecabat ergo vt quibusdā post mortē eius in
somnis manifestaret deus de se vt imputaretur
in peccatū his qui scandalizabantur in eū eo qđ
rem quā agebat dicerent scandalo esse plenam ⁊
nō haberet homo peccati indicium ex ea quicqd
locut⁹ fuisset. Multas igit de talib⁹ mulieribus
ad compūctionē induxit hec operatio eius ⁊ ma
xime quando videbāt eū nocte extendentē man⁹
⁊ orantē pro vnaquaq earū: propter qđ quedaz
earuz a fornicatiōe cessabāt: quedā vero accipie-
bant viros ⁊ pudice cōuersabant: quedā vero et
modis oībus mūdū relinquētes: singularē vitam
ducebāt. Null⁹ tñ sciuit vsq ad ei⁹ dormitionē:
q ipsius admonitiōe ⁊ oratiōe impudice mulier
cule a fornicatione cessarēt. Unde quadā die ex-
eunte eo a prima taliū mulierū diluculo obuiat
ei quidā homo immund⁹ intrans ad fornicāduz
cuz ea: ⁊ cū vidisset sanctū Uitaliū ex ea egredie
tem dedit ei alapā in faciem dicēs ad eū. Usques
quo pessime illusor christi: nō emēdas te ab his
nequitijs tuis. Qui dixit ad eū. Crede mihi acci
pies alapā a me humili vt tota Alexādria colli-
gatur ad clamores tuos: nonduz breui tempore
transacto dormiuit cū pace in cellula sua sanct⁹
Uitali⁹ nemine sciēte oīno: habebat eñ valde pu
sillā cellulā sup locū q dicebat porta solis. Un-
de ⁊ plerunq cū collecta celebraretur iuxta cel-
lulam ei⁹ in ecclesia matre: conuenientes quedaz
mulierculaꝝ harū ad alterutras dicebant. Ea-
mus eamus: iterū abbas Uitali⁹ collectā hȝ. Et
venientibus eis: curabat eas. Igitur dormiente
eo: vt predictū est: in ppria cellula ⁊ nullo scien
te: mox quidaz demon tanq ethyops deformis
astat ei: q dederat alapā abbati Uitalio: ⁊ dat ei
alapā dicēs. Suscipe alapā quā misit tibi abbas
Uitalius. Et cadens statim cepit spumare. Con-
gregata est igit ſm ppheciam Uitaliū: pene tota
Alexandria in violētiā quā patiebat a demone:
⁊ maxīe qr sonitū date ei alape audierūt quidā
quasi ad vni⁹ iactū sagitte. Post aliquātas ve-
ro horas: in mentē rediens is qui patiebat: sci-
dit vestimenta pectoris sui ⁊ cucurrit ad cellulā
clamās ⁊ dicens. Culpā feci tibi serue dei vitali
miserere mei. Cucurrerūt vero cū eo oēs audien
tes. Cū puenisset ad cellulā scilꝫ: exiit iterum de-
moniū iactās eū oīb⁹ aspicientib⁹. Et cū ingrede
rentur intro hi qui cū eo cucurrerant inuenerūt
sanctū stantē in geniculis suis: ⁊ orantez: ⁊ dño
animam tradētem: ⁊ in pauimento scripturā hu

iusmodi. Uiri alexandrini nolite ante tēpus ali quid iudicare: quousqꝫ veniat dñs. Cōfitebatur vero ⁊ homo qui a demonio vexabat: qđ sancto fecerat: ⁊ qđ dixerat sanctus ei. Recitata sunt ergo beatissimo Johanni patriarche oīa que circa sanctum vitaliū acta sunt ⁊ descendens cū clero venit ad corpus sancti vitaliȷ ⁊ cū vidisset super scriptionē dixit. Uere hanc humilis Joannes ꝑ deū cuasit: vtinā alapā quā accepit qui parit ego accepissem. Tunc itaqꝫ oēs fornicatorie: ⁊ q̄ abrenunciauerūt ex eis ⁊ viros susceperāt cū cereis ⁊ lāpadibus preibāt eum flentes ⁊ dicentes perdidimus salutem ⁊ doctrinam: enarrabant enī iam conuersationem eius omnibus ⁊ quoniam nō propter turpem rem ad nos intrabat: ⁊ quia nunq̄ aliquando vidim⁹ eū super latus dormiētem: aut vnam ex nobis tenentem manu sua. Et reprehendentibus eas quibusdam ⁊ dicentib⁹: quare hec nō omnibus dicebatis. Sed scandalizabat in eo tota ciuitas. Enarrabāt iam capitulum qđ circa eam gestū est que a demonio vexatione sustinuit: ⁊ q̄ hoc timentes tacebam⁹. Sepulto ergo eo cū multo honore: permansit is q̄ ab eo correctus ⁊ sanus fact⁹ est: faciens memoriam eius. Postmodum aūt ⁊ renunciauit seculo ingressus monasterium abbatis seridonis in gazam ⁊ suscepit cellulam abbatis Uitaliȷ ſm fidem ⁊ in ea permansit vsqꝫ ad mortem suam. Et sanctissim⁹ patriarcha multas gratias egit deo q̄ non permisit eum peccare in seruum suū Uitalium. Multi autem multum extunc in Alexādria profuerunt sibi: ⁊ hospitio recipiebant monachos ⁊ muniebantur vt non condemnaret aliquis ab eis que viderāt. Fecit autem ⁊ sanitates post mortem honorabile nomen sancti Uitaliȷ ꝑ diuinam gratiam: cuius orationibus det nobis dominus bonam conuersationem: ⁊ misericordiam in die quando manifestabit abscondita hominum ⁊ nuda faciet consilia cordium.

¶ De eo qui conuicia patriarche inferebat.


Recipiens aliquando dari cuidam petenti eleemosynā decem nūmos ereos tantū conuicia patiebatur ab eo in facie atrociter ille beatus: q̄ nō dederat ei quotquot voluit. Hīs autem qui de obsequio erant q̄rentibus cedere eū qui conuiciabat: increpauit eos vehementer patriarcha dicens. Sinite eū fratres habeo ego sexaginta annos blasphemās ꝑ opera mea xp̄m: ⁊ vnum conuiciū nō portabo ab isto. Et precepit datori soluere sacculum vt sineret pauperem tollere quantum vellet precium.

¶ De interrogatione circa eleemosynatores.


J vero aliqū audiebat sapientissim⁹ qm̄ eleemosynator est talis adducebat eū in hylaritate seorsum ⁊ dicebat ei. Quomodo fact⁹ es eleemosynator: naturali ⁊ aū ipm̄ cogēs. Unde quidā eorū qui ab eo interrogabantur verecūdati occultabāt: quidā autē dicebant ei. Propter qđ vnus interrogat⁹ a sancto respōdit ita. Crede mihi dñe: q̄ nihil do aut facio boni. Uerūtamen ipsū qđ facio ⁊ prebeo ex quibus orationes tue largiunt: ita facere assueui. Erā pri⁹ valde immisericors ⁊ crudelis: ⁊ semel damna pertuli ⁊ in subtilitatem deueni cepit cogitatio mea dicere mihi: vere si esses eleemosynator nō reliq̄ret te de⁹. Statui ergo ꝑ singulos dies statim dare q̄nqꝫ ereos nūmos pauperibus. ⁊ cū cepissem dare statim sathanas prohibebat me dicens. vere q̄nqꝫ nūmi isti sufficiūt domui tue ad olera: aut ad balneū percipiendū: ⁊ statim tanq̄ si de faucibus natorū meorum priuarem eos nihil dabā. Cū vero vidissem q̄ superaret a vitio dico puero meo ꝑ singulos dies furare me nesciēte q̄nqꝫ nūmos ⁊ da eleemosynā. Sū (ego enī trapezeta dñe) ille xo bn̄ faciēs: cepit furari denarios. Erat aūt aliqū ⁊ siliq̄. Cū ergo vidisset: q̄ bn̄dicebamur: ⁊ diuitijs abūdabamus. Cepit ⁊ tremisses furari ⁊ dare. Semel ita qꝫ admirans benedictiōes dei dixi ei. Uere multum profuerūt filii quoqꝫ nūmi illi: volo ergo vt des decem. Tūc dicit mihi ⁊ puer subridēdo: vade ⁊ ora pro furtis meis. Nā vere hodie nō haberemus: quē mādūcassem⁹ panē: sed si est fur iust⁹ ego sum. Tūc ergo dixit quoniā tremisses dabat ⁊ siliquas ⁊ tam ex fide illius: assueui domine ex animo dare. Edificatus ergo sanctus valde dixit ad eum. Crede mihi multas conuersationes patrum legi: tale aliquid non audiui.

¶ De principe qui maliciam seruabat in alterū.

Aliciam reseruantem quendam industrium cōtra alium principem audiens hic magnus Joānes monuit eum sepe: ⁊ suasit ad cōcordiā: ⁊ non potuit eū cōuertere ad pacē. Semel ergo mittit ⁊ adducit eum sanctus quasi ꝓ republica: ⁊ facit missas in oratorio suo: nullum habēs secū nisi ministrū suū. Cum ergo sancta benedixisset patriarcha: ⁊ orationem dominicam inchoasset ceperunt dicere tantū tres illi pater noster. Et cum peruenissent ad sermonem quo dicitur: dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris: innuit domestico pr̄iarcha vt taceret. Siluit vero ⁊ patriarcha ⁊ remansit princeps sol⁹ dicens versū. Dimitte nobis sicut ⁊ nos dimittimus. Et statī cōuersus sanct⁹: dicit ei māsueta voce. Uide in q̄li terribili voce: dicas deo: q̄m sicut ego dimitto: ita ⁊ tu dimitte mihi. Et tāq̄ ab igne statim cruciatū ferēs ꝑdict⁹ ꝑnceps cecidit in faciē ad pedes sancti dicēs. Queccunqꝫ iusseris domine faciet seruus tuus. Et recōciliatus est inimico suo. extunc cum omni veritate.

¶ Quid erga quemlibet superbum agebat.

Uperbū autē si videbat aliquē beatus hunc quidē non arguebat in facie: quando autē eum in secreto suo sedentem videbat afferebat de humilitate sermones vt per tale magisterium sensum percuteret superbū: et modestum faceret dicens ita. Miror domini mei: quod modo non recordatur misera anima mea humilitatis quam demonstrauit nobis super terram: ⁊ apparens filius dei: sed intumesco ⁊ extollor super fratrem meum si fuero modicū aut pulchrior eo, aut ditior, aut gloriosior, aut principatum officiȷ cuiuscunqꝫ habuero non intelligens diuinam vocem que dicit: discite a me: quia mitis sum et humilis corde: et inuenie

ris requiē animab⁹ vestris: neq₃ sanctorū voces
cogitans quontā quidā terrā / quidā cinerē / qui
dam vero vermem ⁊ non hominē: quidā aut im-
pedītioris aut tardioris lingue se nominabāt: ⁊
Esaias quando deū videre meruit: vt capit ho-
mo, tunc immunda labia se habere pronūciauit.
Quid enim non sim humilis? Nonne de luto fa-
ctus sum: vnde sunt ⁊ lateres? Nonne oēm quā
puto habere gloriam: vt flos feni marcessit? His
ergo ⁊ huiusmodi verbis sapientissim⁹ quasi de
de se dicens eum qui languorem inflatiōis ⁊ su-
perbie habebat cauterio comburens prodebat.
Intelligebat enim is qui vulnus habebat ꝙ de
eo patriarcha hec intimaret.

¶ Sermo eius ad humilitatis exemplum.




Et hoc frequenter ille ad eos hono-
ratus afferebat in mediū ad humi-
litatis argumentū dicens. Quod si
considerassemus ⁊ cogitassemus dei
misericordiā ⁊ bonitatem nec in ce-
los subleuarem⁹ oculos nostros sed
semper in humili habitu ac prudentia degere-
mus. Ut enim preteream qualiter non existētes
vt essemus produxit nos factor: ⁊ peccato ⁊ ino-
bedientia deceptos: iterū viuificauit ⁊ ꝓprio san
guine redemit a morte: ⁊ omnē terrā ⁊ ipsum ce
lum in obsequium hominum subdidit: sed ⁊ nūc
qualiter peccantes non dissipat: sed longanimi-
ter magis expectat immobilis illa natura ⁊ pa-
tiens ille ocul⁹: ⁊ nobis plerūq₃ blasphemātib⁹:
ipse consolatur ⁊ blanditur per miseratione suā
de sursum pluuias propter vitā nostrā tribuēs.
Quātos malos operarios pergētes vt occidāt
aut furentur tegit vt non capiantur ⁊ puniantur
quantos existentes in pelago vt predent obuiā-
tes sibi naues: ⁊ occidant qui in eis sunt nō per-
mittit in profundū demergi: sȝ imperat mari ne
absorbeat eos: expectans conuersionē malicie
ipsorum. Quanti peierant corpus ⁊ sanguinem
eius sacrosanctū: ⁊ patitur ⁊ lōganimiter agit:
nō reddēs eis hic aliquid difficile quātos in iti-
nere latrocinātes: nō tradit in cibū obuiantib⁹
sibi bestijs: quantos euntes cōcaua terrarū ⁊ iti-
nerum seditiones opantes protegit: vt non con-
sumantur a custodientibus canib⁹ vel etiam ho-
minibus. Et me interdū aut cū meretrice recū-
bente: aut cū his qui se inebriant: aut cū turpia
loquentibus conuersante aut scelere quolibet se
culi huius implicato: apis quidem circūfertur ⁊
valles ⁊ alueos circuit querens colligere mihi
fructum: vt dulce fiat mihi guttur qđ feda ⁊ ini-
qua ꝓnunciat: vna aūt festinat p calorē matura
ri vt repleat os letificet cor: qđ factorē suū ꝓuari
catum est. Flores inuicem se preoccupant vt de
lectent oculos qui fornicationib⁹ ⁊ alienis mu
lierib⁹ ad luxuriā innuūt: ficus turbatur quate
nus perueniat vt repleat magnū p magnitudi-
nem: ⁊ os per dulcedinē: qui tenet ⁊ basiat alte-
nam mulierē. Talia ergo inquit opa fratres agē
tes ⁊ tales retributiones accipientes a benigno
deo qualē debueram⁹ habere prudentiam cōsi-
derātes nouissimā nostrā ⁊ horridā mortē. Mul
aum eīm de memoria mortis ⁊ exitu anime dispu
tabat semper ille beatus ita vt frequēter quidā
ad eum superbo scēmate intrarent: ⁊ ridēti vul-
tu ⁊ incōsiderato oculo: ⁊ exirent humili more ⁊
cōpuncta facie ⁊ lachrimātib⁹ oculis. Propter
qđ ⁊ dicebat: qr (vt existimo ego humilis) sufficit
ad salutem assidue ⁊ dolenter cogitare et solici-
tudinē habere de morte: qm̄ nemo nobis in illa
hora cōpatitur: aut cōmutabit ex vita ista nisi
opera bona nostra. Et quomodo angelis venien
tibus ⁊ properantib⁹ turbatur tunc anima si in-
uenta nō fuerit bene ꝓparata. Quomodo roget
vt addatur sibi modicū tempus vite. Et audiet.
Tempus enim qđ vixisti bene non cōsumpsisti.
Et iterum dicebat tanꝙ de semetipso. Quomo-
do humilis Joannes trāsire poteris bestias arū
dineti: quādo obuiabunt tibi exactores. Ach q̄-
lis timor ⁊ tremor obtinet animā tūc ratione po
nentē: tantis exquisitoribus amaris ⁊ immise-
ricordibus. Etem̄ sanctus iste in memoria semp
retinebat: ꝙ sancto Symeoni q̄ incolumis stetit
per reuelationem factū est notū: qr (vt ait) exeū-
te aīa e corpore obuiāt ei cū ascenderit a terra in
celum chori demonum singuli in proprio ordīe.
Obuiat ei chorus demoniorū superbie inuesti-
gat eam si habeat opera eorū. Obuiat ei chorus
spirituū detractionis aspiciūt si aliquando oblo
cuta sit ⁊ penitentiā nō egerit. Obuiant iterum
superius demones fornicatiōis: scrutant si reco
gnoscant in ea voluptates suas. Et quando a ter
ra vsq₃ ad celū misera anima positura rationem
peruenerit seorsum ab ea sancti angeli stabunt ⁊
non adiuuabunt eā nisi bonitates sue. Hec con-
siderāo hic nobilis perterrit⁹ pro tali hora: ⁊ so-
licit⁹ fact⁹ est ferēs in memoriā sancti hylariōis
eloquium: cum e vita egressur⁹ esset formidauit ⁊
dixit anime sue: octoginta annos o humilis aīa
habes seruiens xp̄o: ⁊ times exire. Exi quia mi-
sericors est deus. Et dicebat sibi patriarcha. Si
is qui octoginta annos seruiuit xp̄o ⁊ mortuos
suscitauit ⁊ signa fecit: timuit amarā illā horā.
Quid habes tu humilis Joānes dicere aut face
re quādo obuiauerint in faciē tuā crudeles illi
⁊ immisericordes exactores ⁊ exquisitores. Aut
quantā poteris rationē reddere ad eos qui exq̄-
runt de mendacio ad eos qui de detractione / ad
eos q̄ de crudelitate / ad eos qui de auaricia / ad
eos q̄ de memoria mali / ad eos q̄ de odio / ad eos
qui exquirūt de periurio. Et dicebat. Deus l eis
increpa: nam omnis fortitudo hominum eis re-
sistere non valet. Tu domine da nobis ductores
sanctos angelos qui custodiāt ⁊ gubernēt nos.
Multa eīm est cōtra nos eorū insania / mult⁹ tre-
mor / mult⁹ timor / multū periculū pelagi aeris ⁊
mundi hui⁹. ¶ Si enim de ciuitate in ciuitatem
super terram ambulātes deꝓcamur eos qui no
bis ductores sunt ne in precipitia cadamus: aut
in agrestiū ferarū loca: aut i flumina infinita / aut
inaccessibiles ⁊ inuios mōtes / aut in latronum
manus / aut in heremū incōprehensibilem / aut
inaquosam ⁊ pereamus: quot ductoribus forti-
bus ⁊ diuinis custodibus opus habemus: pergē
tes longa via hac ⁊ eterna videlicet q̄ ex corpore
est egressio: ⁊ ad celū ascēsio. Hec sunt sapientia
plene beati ad se ⁊ ad oēs doctrine. Hec sunt ei⁹
quotidiane cure atq₃ meditationes.

¶ Quid fecerit pro eis qui post euange-
lium electum stationem deserebant.



Ultam autem et de sancta statione curam habebat ⁊ sollicitudinē demonstrabat. Una enī dierum volēs multos resecare: vt non egrederentur post solutionē sancti euangelij de ecclesia: et ociosis sermonibus pro oratione vacarent: quid fecit. Reliquit mox postq̄ lectum est sanctū euangelium ecclesiam: ⁊ ipse exijt ⁊ sedit cū turba. Omnibus vero obstupentibus: dixit ad eos iustus. Filij vbi oues illic ⁊ pastor. Aut intrate intro et egrediar: aut manete hic ⁊ hic manebo. Ego propter vos descendo in sanctam ecclesiam: nā poteram facere mihimet missas in episcopio. Semel ergo ⁊ bis fecit hoc ipsum scema ille beatus erudiuit in hoc plebem magnifice ⁊ emēdauit: timebant enim ne terciū idipsum scema faceret eis ille semper memorandus.

¶ Loqui in ecclesia non permittebat.



Oqui autē in sacrario oīno nō permittebat: sed in cōspectu omniū foras mittebat eū dicēs. ¶ Siquidē vt orares venisti huc: in hoc mentem tuā ⁊ os tuū vacare exopta. Si vero propter locutionē scriptū est domus dei: domus orationis vocabitur: noli ergo eam facere speluncam latronum.

¶ Quod nec in monachica vita: nec in clero moratus est.




Oc autem erat admirabili⁹ sanctissimi huius patriarche: qm̄ nec monachicam vitā ducēs: neq̄ in clero morans in ecclesia: sed ⁊ femine legitime dudū coniunctus: ita tenuit vigorem ecclesie ab ipso initio quo patriarcha consecratus est: ⁊ in talē sublimitatem exaltatus est: vt multos heremitarum ⁊ in arcta vita degentium superaret.

¶ De hoc q̄ statuit duos ordines monachorū.



Olens autem hec hui⁹ boni experte esse videlicet monachice vite cōnumerationis studet rem talem. Congregans duos ordines monachorum: statuit eis omnem vtilitatem tribui de villis suis in ciuitate sua: ⁊ faciēs eis cellulas in duobus oratorijs sancte dei genitricis ⁊ sancti Johānis: que ipse a fundamentis edificauerat dicens de amantissimis monachis ita. Ego post deum vtilitatem corporalem vestram procurabo: vos aūt spiritualis habetote mee curā salutis. Vespetina ⁊ nocturna vigilia mihi apud deū imputet: quicquid vero in cellulis vestris officij feceritis: pro vestris sit animab⁹. Hoc aūt fecit volēs sollicitiores effi cere dei amicos monachos. Unde et permansit deo talis grata constitutio ordinum: ⁊ ad similitudinē monasterij ex his ciuitas pene viuit ī diuersis loci͡ꝫ puigiles hymnodias deo referētes.

¶ De euitanda communione hereticorum.



T hoc beatus iste ita omnes docebat et contestabatur dicens nullatenus aliquando hereticorum communionis immo coinquinationis participes mini etiā si omni vita vestra vel aliqua impulsione vel necessitate communionem catholice ecclesie non inuenientes sine communione permanseritis. Si enim ait vxoīe corporalē legitime possidentes ⁊ in regione aliqua longinqua absq̄ illa tempore multo morantes relinquere hanc ⁊ aliā copulari a deo ⁊ legib⁹ prohibemur: si vero hoc egerimus punimur. Quomodo putas deo per rectam fidem ⁊ catholicam ecclesiā coniuncti: qui (vt ait apostolus) optaui vos vni viro virginem castam exhibere xp̄o et sanctam fidem adulterauimus per communionem hereticorum in futuro seculo tormenti (quod expectat hereticus) erimus facti participes. Cōmunio enim (ait) ideo dicitur eo quod communem faciat ⁊ firmet communicantem quibus cōmunicat. Ne igitur queso ait o filij huiusmodi oratorijs applicetis.

¶ De eo quod non condemnauit aliquem.



Um omnibus bonis suis ⁊ hoc beatus hic possidebat dico vez q̄ (vt dictum est) non condemnaret proximum: nec condēnantes reciperet. Dicā vero eius ⁊ doctrinam de hoc omnibus proficuam. Juuenis quidam rapiēs monachā fugit cōstātinopolim hoc dicēs: iust⁹ crucis fact⁹ est vsq̄ ad mortē. Tempore aliquo trāsacto: cōsedēte eo vna dierū in honorabili cimiliario cū q̄busdā clericis ⁊ sermonem anime vtilē monēte: venit in mediū ⁊ memoria iuuenis: q̄ ancillā dei rapuerat: ⁊ ceperūt qui cū sancto cōsedebāt anathematizare talem iuuenē tāq̄ q̄ duas aīas p̄didcrat: suā vez ⁊ sancte monialis. Cōpescuit ergo ⁊ resecauit eos beatus dicēs. Ne sic filij ne sic: nā ostēdā vobis q᷑ ⁊ vos duo peccata facitis: vnū q᷑ transgredimini mādatū dicētis: nolite iudicare vt nō iudicemini. Deinde q᷑ nescitis certi⁹ si adhuc peccēt et si nō peniteāt. ¶ Legi enī vitā patris aliquid tale habētē q᷑ in ciuitatē quādā duo monachi abierūt in ministeriū. Et cū transiret vn⁹ p locū clamabat ei vna fornicaria dicens. Salua me pr̄ vt xp̄s meretricē: ille aūt hoīm cōfusionē oīno non curās: dicit ei. Sequere me. Et tenēs eā p manū ei⁹ exijt publice de ciuitate oīb⁹ aspicientib⁹. Facta est ergo fama q᷑ abbas accepit mulierē dominā porphiriā (ita enī vocabat mulier.) Pergētib⁹ ergo eis vt mitteret eā ī monasteriū inuenit mulier ī vna ecclesia puerū ī terrā piectū: et sustulit eū vt nutriret illū. Itaq̄ post annū quēdā venerūt ī patriā vbi erat abbas ⁊ porphiria: q̄ fuerat de meretricib⁹ ⁊ vidētes eā hr̄e puerulū dicūt ei: veraciter bonū abbati pullū genuisti. Nōdū enī sanctū scema acceperat. Euntes ergo q̄ viderāt eā cū eo: inde enī abbas tulerat illā diffamauerūt: q᷑ genuit de abbate porphyria: ⁊ nos vidim⁹ puerulū oculis nostris similitātem ei. Qn̄ ergo cognouit ex deo abbas obitū suum dicit donne pelagie. Sic enī mutauit nomē ei⁹ qn̄ tradidit ei sanctū scema. Eamus extū: q᷑ habeo illic rhsum: ⁊ volo vt venias mecū. Illa vero nō valēs cōdicere ei secuta est eū: ⁊ venerunt ambo: habētes ⁊ puerū septē annorū existētē secū. Cū ergo egrotasset abbas ī infirmitate ad mortē: ascēderūt ad visitationē eius de ciuitate vsq̄ ad cētū aīas: ⁊ dicit. Affer prunas. Itaq̄ cū ve

nisset thuribulū plenū prunis tulit ⁊ euacuauit eas in vestimētū suū ⁊ dixit. Credite fratres: q̄ sicut deus rubū custodiuit incobustū ab igne: sicut nec hāc tunicā meā incenderant prune iste: ita nec ego agnoui peccatū mulieris ex quo natus sum. Et oēs amirati sunt q̄ nō ardebat vestimētū ab igne ⁊ glorificauerūt deū habentē oēs cultos seruos. Ex occasione aūt domne pelagie quōdā meretricis alie fornicarie secute sunt eā abrenūciātes mūdo cū ea pgētes ī monasteriū eius. Seruus aūt dei monachus: q̄ totōderat eā post q̄ satisfecit oībus tradidit deo spiritū in pace. Ideo (inquit) dico vobis o filij: ne precipites ad cōdēnāda ⁊ iudicāda facta aliena. Multotiens ei peccatū fornicatiōis vidimus pniam vo eius quā fecit occulte nō aspeximus. Sic est cū furtū facientē quēdā videmus inspiria vo eius ⁊ lachrymas q̄s pducit deo nescimus. Et q̄dē habemus eū q̄si furē aut fornicatorē aut piurū: apud deū vo forsitan recepta iest occulta eius pnia ⁊ cōfessio: ⁊ est ab eo preciosus. Oēs igitur admirabant̄ super doctrina industriā pastoris huius atq̄ magistri.

¶ De duobus clericis calciamenta facientibus.

Duobus clericis calciamēta faciētibus ⁊ iuxta se laborātibus vnus quippe habebat filios multos: ⁊ vxorē patrē ⁊ matrem. vacabat vero ecclesie sine intermissione ⁊ oēs post deum arte alebat sua. Alter autē q̄uis doctior esset illo: eo q̄ nō pmaneret in ecclesia: sed etiā dominicis diebus laboraret: nec seipsuz tm̄ nutrire valebat. Inuidebat ergo iste vicino suo: ⁊ vna vice nō sufferēs inuidiam dicit ei cū ira. Unde diues factus es sic. Ego vacans plus arti mee q̄ tu in paupertatē deueni. Dicit vere ei alter volēs facere eū vacare ecclesie. Inueni preciū in terra: ⁊ inde paulatim diues factus sum sed si vis semp vocabo te et veni mecū: ⁊ q̄cq̄d inuenerimus accipies dimidiū. Cū q̄ acq̄esceret ille ⁊ seq̄ret̄ eū eūtē ad ecclesiā sine itermissiōe bndixit ei deus ⁊ diuitē fecit eum. Tūc dicit ei ille bonus cōsiliarius vidisti frater vnū mēdaciū pp̄ter deū q̄ntū pfuit aīe tue substantie tue. Crede mihi inueniebā aliq̄d ī terra (vt existimasti) grā p̄cij: s; q̄m dixit dn̄s q̄rite p̄mo regnū dei ⁊ hec oīa adiucient̄ vobis. Idcirco occasionē feci tantū vi deducerē te ecce nō sine cā laborasti: s; inuenisti: ⁊ superinuenisti. Hoc igit̄ dicēs sanctus patriarcha: fecit illum bonum cōsiliarium presbyterū tanq̄ dignum: erat eīm lector.

¶ De vocatione eius ad dominum.

Quidē hactenus antememoratus dei cultor mēnas qui fuerat vicedominus sancte ecclesie alexādrinorum magne ciuitatis enarrauit nobis. Dicētibus vo nobis in p̄dictis in quodā capitulo: q̄ multa spirituali dilectione patriarcha: ⁊ niceta patricius adinuicē colligati essent dignū iudicium talis exhibitionis p̄sens existit capitulū. Cū pmittēte deo pro peccatis nostris futurum erat vt tradereī alexādria sine deo psis: reminiscēs bonus pastor dicētis: cū psecuti vos fuerint in ciuitate ista: fugite in aliā: fugā arripuit ī pp̄riā patriā: vez in cyprū in ciuitatē suā: vn̄ occasiōe accepta p̄fatus niceta patricius dicit ad sanctū. Obsecro si inueni gratiā ante te: ne digneris fatigari vsq̄ ad regiā ciuitatē et bn̄ acceptas p̄ces tuas donare piissimis imperatoribus. Ille vo multe sc̄titatis dei viro cōsentiēs obediēs ad hoc factus est deo ⁊ volūtati eius: ⁊ ad se quantū honorē daturus erat circa beatū ondere volēs. Fatigata igit̄ naui multipliciter a vi vētorū in qua sanctus cū patritio erat ⁊ in p̄fundū pene iam mersa: videt sepe memoratus patritius ⁊ optimates ⁊ q̄ cū eo erāt vna nocte in qua tēpestas facta est patriarchā modo cū pauperibus p nauim vbiq̄ circuncurrētē: modo aūt iterū cū eis manus in celū extēdentē: ⁊ ab alto adiutoriū abstrahentē. Cūq̄ interdū peruenisset ad ascendētes: vidit experge factus ⁊ deo vocatus hic quendā eunuchum chorusantē forma aureum sceptrum in dextra manu tenentem: assistētem sibi ⁊ dicentē: Ueni iubeo rex regnantiū querit te nihil ergo statim negligēs aduocat patriciū nicetam: ⁊ dicit ei cū multis lachrymis. Tu quidē o domine ad terrenum imperatorē me vocasti: sed preueniens celestis ante vocauit supremū exiguitatē meā. Et retulit ei eunuchi: immo angeli visionem: que apparuerat sibi. Sauisus ergo et tristis factus idem gloriosissimus vir impedire sanctū non potuit. Abunde vero sanctis eius repletus orationibus: ⁊ imperatoribus hās deserens cū multo honore redire ei in cyprum iussit.

¶ De testō qd̄ fecit beatus Joānes eleymonis.

Aduenientē ergo in pp̄riā eo ciuitatē q̄ amathsica vocabat̄ testamentū pp̄riū scribere cito ministris suis precepit: Uelociter vero ⁊ sine dilatione chartā ⁊ calamū p̄sentantibus p̄cepit sacrū illud eos scribere sic. Joānes seruus pp̄ter eā vero q̄ superposita est mihi sacerdotij dignitatē dei gratia liber. Gratias ago deus tibi q̄m exaudisti me pro misera aīa mea rogantē bonitatē tuā ne inueniretur mortētī mihi nisi vna tremissis. Inueniēte eīm me in honorabili episcopio sancte ecclesie alexandrinorum magne ciuitatis quam per indulgentiā dei suscepi quādo in ea cōsecratus sum circiter octoginta cētenaria auri ⁊ que intrauerūt mihi ab amicis christi pene numerum hominis trāscendunt in memet mentem colligens cognoscēs hec oīa dominatorio omnium esse festinaui ea que dei erāt deo dare. Unde et qd̄ remāsit mihi hoc tremisse dei: ⁊ hoc existens iubeo dari his q̄ sunt dei. O gloriosa res: o deuotionē sancti. Nō intēdit sicut debuisset suis: qd̄ patient̄ multi q̄ in diuitijs sunt qui dei dona aut ex iniustitia collecta tāq̄ pp̄ria ⁊ tāq̄ si ea secū ferre possint: thesaurizāt: ⁊ nō large egētis p̄bēt sed illa q̄rebat: q̄ semp manēt: ⁊ aliq̄n nō minuitur. Unde sine mēdacio repromissionibus nō est fraudatus: q̄ asseuerat ex psona dei: q̄m qui glorificauit me glorificabo. Uere eīm magnifice glorificauit sanctū hūc q̄ in suis bonis glorificauit dn̄m semper. Non eīm ferens nobilis hic tēporali vita sua cōquiescere sancta ⁊ digna laude q̄ egit: xenodochia gerōthochomia atq̄ monasteria a fundamētis edificās: ⁊ choros sanctorū monachorū statuēs incessabilē vere iustitie memoriā possidet: p ea que celebrātur in eis bona opera: qd̄ eīm de his qui mala agunt: et successores propter eorū malorū post mortē in vita hac re=

linquũt ait diuin⁹ Paulus apoſtol⁹:qm̃ quorũ
dã peccata manifeſta ſunt p̃cedẽtia ad iudiciuz
quoſdã aũt ⁊ ſubſequunt̃.de quibus vnus ⁊ iſte
extitit:⁊ qm̃ non fabula:neq̃ ad gratiã eſt qđ di-
ctum cõſtat teſtimoniũ nobis perhibebat plane
qđ mox in precioſa eius dormitione geſtũ eſt p-
digiũ.Tradẽte eñ eo ⁊ cõmẽdãte ꝓpriã aiam
in manu dñi:vt ait alicubi ſacra litera.Iuſtoꝝ
anime in manu dei ſunt ⁊ hãc ei vt ſacrificiũ im
maculatũ offerẽte:cũ cõdendũ eſſet honorabile
eius corpus honorifice ⁊ cũ cõgruo ſacerdotũ ri-
tu in quodã oratorio ſancti miraculoꝝ factoris
tyronis:fit q̃ddã tale ſignũ glorioſuz.Iacebant
in quodã tumulo vbi ⁊ iuſt⁹ hic reponend⁹ erat
duoꝝ q̃rũdã epiſcopoꝝ q̃ añ eũ dormierãt ſctã ve
raciter corpora:q̃ ⁊ in natura examini interim
degẽtia tãq̃ ſi viua eſſent reuera equalẽ ſancto-
rum honorẽ tribuerũt.Cũ eñ beati corp⁹ inter
duos illos epiſcopos ponẽdũ eſſet honorantes
ſummũ paſtorẽ paſtores ⁊ multã ei⁹ fiduciã apđ
deũ,reuerẽtes ⁊ mirantes ſimul dei iuſſionẽ:tã-
q̃ viua corpa ſua ſeparantes in medio iacruz hũc
ſuſceperũt:honorẽ ⁊ ipſi ei p̃ceptione dei ſicut a
deo honorato offerẽtes:⁊ in oĩbus ſtatim oſten-
dẽtes q̃ a deo ei donata eſt:gloriã atq̃ ſublimita-
tẽ.Quod maximũ glorioſiſſimũ miraculum nõ
vnus neq̃ decem neq̃ centũ viderũt ſed oĩs tur
ba que conuenit ad precioſam eius ſepulturam.

¶ De muliere que peccatum ſuum ſcri-
ptum dedit beato Joanni.

Aliud aũt eius glorioſius qđ q̃dam ad-
huc viuens in carne cepit miraculum
ſ; poſtq̃ migrauit ad deum compleuit
ſermo commemorare tẽtabat. Mulier
quedam de ea que iterũ protulit ciuitate exiſtẽs
cũ audiſſet veniſſe arbodo:⁊ angeliũ ei ibidẽ ap-
paruiſſe vocationẽ ad cõem domũ ei denũciaſſe
peccatũ grauiſſimũ ĩ ſe recognoſcẽs qđ nec audi
tus hoĩm poſſet intrare affirmabat fidẽ inambi-
guã ſumẽs ad ſanctũ curſim puenit:⁊ pedes ei⁹
cõprehendẽs:cũ lachrimis multis clamat:⁊ di-
cit ſecreto ſancto:o ter beate:habeo miſera qđ
ad aures hoĩm venire nõ põt:⁊ ſcio q̃ ſi vis po-
tes id mihi indulgere dixit eñ vobis ſaluator ter
dñs:qm̃ queciq̃ solueritis ſuper terrã erunt ſo
luta ⁊ in celis:⁊ quecũq̃ ligaueritis ſuper terraz
erunt ligata ⁊ in celis ⁊ quorũ remiſeritis pecca
ta remittuntur eis:⁊ quorũ retinueritis reten-
ta ſunt.Hec verba audiens a muliere ſanctus:⁊
timẽs ſi petitionẽ eius refutaret noxiũ ei in tor-
mẽtis fieret:dum poſſet liberari a ꝓprio pecca
to per fidem quã habebat in eũ dicit ad eã humi-
liter.Si vtiq̃ credis o mulier deo q̃ per fidelita
tem meã ignoſcat tibi crimẽ qđ dicis cõfitere mi
hi hoc:que dicit.Non poſſum dicere pctũ hoc:
neq̃ eñ põt auditus hoĩum portare illud.Dixit
ad eã iterũ ſanct⁹.Et ſi erubeſcis vade ⁊ ſcribe il
lud ſi noſti literas ⁊ affer mihi.Illa iterũ reſpõ-
dit.Vere domine nõ poſſum.Expectãs ergo mo-
dicum ſanctus tacẽs dixit ei.Non potes ſcribe-
re ⁊ bullare ⁊ afferre mihi.Tunc dicit ei poſſum
domine hoc facio.Rogo ergo honorabilẽ ⁊ ãn-
gelicam aĩam tuã ne ſoluat̃ neq̃ vllo modo inue
niatur a quolibet peccatũ hoc aliquãdo.Verbũ
igitur accipiens a deo honorabili q̃ null⁹ homo
ſolueret aut legeret eius pictaciũ:abiẽs ſcripſit
ꝓpria manu pctm̃ ⁊ bullãs portauit beato.Su-
ſcipiẽs ergo ſctũs pictatiũ:poſt q̃ncq̃ dies ad dñz
ꝓfect⁹ eſt:nemini aliq̃d de hmõi pictatio aut diſ
ponẽs aut indicans:mulier vero fortuitu imo diſ
penſatiõe dei non exiſtẽs in ciuitate die in qua
trãſlat⁹ eſt ĩ pace de ſeculo iſto ad aliud patriar-
chã:volẽte ⁊ in hoc demõſtrare deo quãtaz apud
eũ:vtpote proprius famulus fiduciã poſſidebat.
Sed poſt vnã diẽ recõditiõis p̃cioſi eius lapſus
adueniẽs cũ audiſſet dormitionẽ eius amens ⁊
deſipiẽs ꝓpe modũ facta eſt exiſtimãs pictatiuz
qđ dederat ep̃o:relictũ oĩbus faceret culpã eius
mãifeſtã.Cito ergo reſiliẽs ⁊ priorẽ fidẽ ſuã idu
bitabilẽ ſup aiam reſumẽs:arcã a deo honorati
app̃hendit:⁊ ſicut viuẽti ei veraciter:ita turbata
ꝓhibebat.Hõ dei tibi hoc pctm̃ nõ potui enume
rare eo q̃ ſupra modũ exiſteret graue:⁊ nũc oĩb⁹
factũ eſt forſitã manifeſtũ ⁊ cognitũ vtinã nõ ti-
bi rẽ meã manifeſtaſſez.Heu heu mihi putãs cõ-
fuſiõis abſolutionẽ inuenire:cõfuſio oĩbus facta
ſum pro medela blaſphemiã recepi.Quid mihi
ad te op⁹ erat clauſulã aĩe mee patefacere.Tñ nõ
deficiã neq̃ diſcedã neq̃ remouebo a tumulo la-
chrymas meas vſq̃ dũ ſatiſfactionẽ de petitiõe
mea accepero:neq̃ eñ mortu⁹ es ſctẽ dei ſed vi-
uis.Scriptũ eſt eñ:q; iuſti in ꝑpetuũ viuẽt.Ite-
rumq̃ eadem verba aſſumens dicebat.Mihil ho-
mo dei peto a te niſi vt certum facias cor meum
q̃dnã de dato tibi pictatio factũ ſit.De⁹ ergo qui
dixit ad chananeã:fides tua te ſaluã fecit:ipſe et
me certã de pictatio facere põt.Trib⁹ dieb⁹ pſe-
uerãs ad ſepulchꝝ:nõ bibẽ cibũ aut potũ oĩno nõ gu
ſtans:tertia vero nocte dũ rurſum lachrymis eoſ-
dem duros ac fideles ſermones beatiſſimo dice-
ret:ecce egredit̃ dei famul⁹ de tumulo ſuo ocu-
latim apparẽs cũ duob⁹ ep̃is qui cũ eo iacebant
vno hinc ⁊ altero inde ei aſſiſtẽtibus:⁊ dixit ad
eã.Uſq̃quo mulier hos q̃ hic ſunt ꝯmoues ⁊ nõ
dimittis eos q̃ſcere.Infuderunt cũ ſtolas noſ-
tras lachrymę tue.Et hec dicẽs dat ei ꝓpriũ pi-
ctatiũ bullatum dicẽs.Suſcipe recognoſcis hoc
ſolue aſpice.Et in ſeipſam ex viſione veniẽs vi-
dit iterũ ſctõs ingredientes ĩ ꝓpriũ locũ ⁊ ſoluẽs
inuenit liãs ſuas deletas ⁊ ſubſcriptionẽ ſub eis
habentẽ ſic.Propter iohannẽ ſeruũ meuz dele-
tũ eſt pctm̃ tuũ.Quis loquet̃ potẽtias dñi:o ami
ci ⁊ fratres q̃s ita miſericors ⁊ amator hoĩum:fa
ciẽs voluntatẽ timẽtiũ ſe ⁊ glificãs glificãtes ſe:⁊
per miraculorũ operatiões magnificãs eos.Nõ
autem in loco ſolũ in quo precioſa eius dormi-
tio facta eſt gratia quam habuit apud deum ma
nifeſta eſt ſed vbicunq̃ longius claruit.

¶ Quid Sauinus monachus de
eius dormitione viderit.



Eadem eniz die in qua ad deũ ex hac
vita beatus iſte profectus eſt q̃dam
eorum angelicaz vitam ⁊ ſcema mo-
nachorum habens vir mirabilis:et
induſtrius ſauinus nomine:alexan-
drie habitans vidit quaſi in exceſ-
ſu mentis factus diuinitus honorabilem Johã-
nem ep̃m egredientẽ cum clero omni cereos por
tantem:⁊ ad imperatorẽ euntem tanq̃ eunucho
quodã vt ipſe dicebat ſauinus cubiculario hunc

vocãte: & postq̃ ianuã exijt qđ significat proprie corporis separationẽ: vnã puellã vt solem suscipientem eum: & manu tenẽtem: & super caput coronam ex olee ramis circumamictaȝ. Mox ergo agnouit sanctus sabinus migrationem patriarche ad dñm ipsa hora fuisse factaȝ. Quapropter adnotantes quidam mensem & diem: erat enim celebris sancti martyris menne. & quibusdã venientib⁹ de cypro: & percunctãtes quidã qui habitabãt alexandrie de migratiõe sancti patriarche agnouerunt veram fuisse visionẽ: eo q̃ eadẽ hora fieret in qua obijt beatus: & maxime de exẽplo puelle: que manu tenebat eũ. Acceperat eñ repromissiones ab ea sanctus sicut in p̃cedentibus verbis vite eius diximus: q: si me possideas amicam: ego te ante imperatorem introducam. Quod & revera fecit.

¶ Quid & habitator quidã alexandrie de ipso viderit.



Non aũt ex hoc tm̃ oẽs satisfactionem acceperunt q̃ elecmosyna & misericordia quam habuit circa egẽtes eũ in celoȝ regnũ deduxerunt: s; q: alt⁹ eorũ qui habitabat in ciuitatẽ alexãdriã timẽs deum vidit ipsa nocte in q̃ sctũs sauin⁹: oẽs paupes & orphanos atq; viduas olee ramos baiulãtes: & in patriarche obsequio euntes: & ad eccliaȝ p̃gẽtes. Nõ solũ aũt duo aut decẽ aut cẽtum satisfactiões sunt: per q̃s scimus clare: q̃m sanctorum numerum meruit memorabilis hic: sed ecce & alie que subsequens forma ostendit.

¶ De vnguẽto qđ de sepulchro eius emanauit.



Dicebant sancti seniores patres de quodaz monacho iam seniore in scithi eremo commanente: quomodo seru⁹ quorundam erat: ꝛ per singulos annos descendebat de eremo in alexandriã: vbi cõmanebãt dñi eius deferens eis pensionẽ sicut solent serui dare dominis suis. S3 domini eius magis reuerentiam pro ei more habentes circa eum honorabãt occurrentes ꝛ salutantes eum. Petẽtesq̧ vt pro eis dominum exoraret. Ille autem mittebat aquam in peluim: ꝛ festinabat lauare pedes dominoruz suorũ cũ omni humilitate obsequiũ eis cupiens exhibere. Ipsi vero nolebant acquiescere vt pedes eorum ablueret sed dicebant ei. Noli beatissime pater grauare aĩas nostras. At ille respondens dicebat: ego seruus vester sum. Nam vos esse dominos meos omnipotẽs deus constituit ꝛ gratias ago domino nostro: quia dignati estis me permittere vt seruiã deo viuo ꝛ vero creatori ac dominatori celi ꝛ terre: ꝛ ideo detuli vobis pẽsionem seruitutis mee. Domini autem eius contendebant nolentes accipere quaz detulerat pẽsionem. Respondens autem monach⁹ dixit eis. Si nolueritis accipere pensionem meam ita decreui vt non reuertar in eremum: sed hic in presenti permaneo: ꝛ seruio vobis: hec autez audiẽtes domini eius acquieuerunt suscipere pensionem cum tristaretur: sed magis reuerteret ad loca eremi ad cellulã suã. Illud autẽ q̇d in pensionem suã etiã nolentib⁹ dabat dñis suis: statiz vt accipiebãt pauperibus erogabãt. Interrogãtes aũt eundẽ seniorem, fratres dixerunt ei. Obsecramus te pater vt dicas nobis cur cum tãta intẽtiõe ꝓ seruitio tuo pẽsionẽ etiã nolentib⁹ ꝛ nimis resistentib⁹ tibi dñis ingessisti? Ad hec rñdẽs senior dixit. Ego fr̃es ideo festino ꝓ seruitio q̇d tanq̃ dñis meis debeo pensionem per singulos ãnos adiplere eis: vt q̇cq̇d iã cũ adiutorio domini in ieiunijs ꝛ or̃onib⁹ seu in sctis vigilijs vel in oĩ opere spirituali christo dño adiuuãte laborauero hoc mihi ĩ eterna vita ꝛ ad salutẽ anime mee ꝓficiat: vt forsitã si pẽsionẽ ꝓ seruitio meo minime intulero iam totus spiritalis labor me⁹ ad illoꝝ mercedẽ ꝓficiat: qui me permiserũt xp̄o dño deseruire ꝛ spiritaliter conuersari. §. xvij.



Erant duo fratres secũdum carnez quidem germani veruntamen vterq̧ in spiritali proposito monachi existentes: insidiabaturq̧ eis malignus diabolus vt quomodocunq̧ eos separaret abinuicem. Quadam igitur die ad vesperam secundũ consuetudinem ilic iunior frater accendens lucernam posuit super candelabrũ. Faciente autẽ malitia demonum ruit candelabrũ ꝛ extincta est

lucerna. Per hāc occasionē insidiabatur eis ma
lignus diabolus vt in litem eos incēderet. Sur
gensq; senior cepit percutere cū furore fratrem
suum. Ille vero prostratus in terram deprecaba
tur germanum suum dicēs. Magnanimus esto
domine: ꝛ ego rursus accēdo lucernam. Ergo qꝛ
nō respondit ei turbulentum sermonem: statim
malignus spiritus confusus recessit ab eis. Et
pergēs eadē nocte nūciauit principi demonum
dicēs. Qm̄ ꝓpter humilitatē illius monachi q̄
prostrat⁹ in terra veniā postulabat de fratre suo:
nō preualui in eis: vidēsq; deus humilitatē eius
effudit super eum gratiam suam: ꝛ ego sentio me
valde torqueri: atq; cruciari quonīā nō preualui
separare eos abinuicē. Hec aūt omnia verba au-
diens sacerdos ydolorū qui ibi cōmanebat: cō-
punctus est in timore dn̄i ꝛ amore iesu xp̄i cōside
rāo eē q̄ magna seductio ꝛ perditio aīarum est
cult⁹ idolorū relinquēs oīa festinanter perrexit
ad sctōs patres ad monasteriū: ꝛ retulit eis oīa
que per malitiā demones inter se loquebantur.
Cūq; monitis salutarib⁹ instruxissent eū sancti
p̄res de doctrina salutari baptizat⁹ est ꝛ scti pro-
positi monachorū vitā arripuit ꝛ adiuuāte ꝛ co-
operāte gratia dei: fact⁹ est probatissim⁹ mona-
chus tantūq; venerat⁹ est ꝛ tenuit virtutē humi
litatis vt oēs nimiā humilitatē eius admirarē-
tur. Dicebat eñ qm̄ oēm virtutē aduersariorum
nr̄orū demonū soluit humilitatis intentio. De-
niq; ꝛ dn̄s nr̄ Jesus xp̄s ꝑ humilitatē triūpha-
uit diabolū ꝛ oēm ei⁹ virtutē cōtriuit. Addebat
etiā dicēs qm̄ frequēter audisset demones inter
se loquētes: qꝛ qn̄ ad iracūdiā succēdimus corda
hoīm si ds sustinuerit patiēter cōuitia iniurias
ꝛ cōuersus magis rogauerit ea que ad pacē sunt
dicens: qꝛ ego peccaui statim sentimus oēm no-
stram virtutem marcescere: qꝛ approximant eis
gratie diuine potentie. §.xviij.

REferebat aūt btūs senior Poemen
fratribus dicens. Qm̄ fuit quidā nu
per monachus in Constantinopoli
temporibus Theodosij imperato-
ris: habitabat aūt in parua cella fo-
ris ciuitatem prope prasicium qui vo
catur in septimo vbi solent imperatores egressi
de ciuitate libēter degere. Audiens aūt impera-
tor q̄ ibi esset quidam monachus solitarius: qui
nunq̄ egrediebatur de cella: cepit deambulādo
pergere ad eum locū: vbi erat supradictus mona
chus: precepitq; sequētibus se eunuchis: vt nul
lus approximaret ad cellulā monachi illi⁹. Ipse
aūt solus perrexit pulsauitq; ostiū. Surrexit aūt
monachus ꝛ aperuit ei ꝛ non cognouit eum q̄d
esset imperator. Tulerat enim sibi coronam de
capite suo vt non cognosceretur. Post orationē
aūt sederunt pariter. Et interrogauit eū impe-
rator dicēs. Qm̄o sancti patres degūt in egypto.
Respondensq; monachus ait. Omnes exorant
deum pro salute sua. Aspiciebat autem impera-
tor intente cellulā ipsam: ꝛ nihil in ea vidit nisi
paucos panes siccos in sporta pendētes ꝛ dixit
ei. Da mihi benedictionem abba vt reficiamus
Statimq; festinauit monachus ꝛ misit aquam ꝛ
sal: ꝛ misit buccellas: ꝛ comederunt pariter. Por
rexitq; ei calicē aque ꝛ bibit. Tunc Theodosius
imperator dixit. Scis q̄s ego sum? Respondens
monach⁹ dixit. Nescio quis sis dn̄e. Dixit ei ego
sum Theodosi⁹ imperator: ꝛ ob deuotionē veni
huc. Hoc cū audisset monach⁹ prostrauit se ante
illū: at ille dixit ei. Beati estis vos monachi qui
securi ac liberi de negotijs seculi: trāquilla ꝛ q̄e
ta perfruimini vita: ꝛ solūmodo de salute anima
rum vestrarū habetis solicitudinem: qm̄o ad vi-
tam eternā: ꝛ ad celestia nobis vobisq; promissa
premia peruenire possitis. In veritate eñ dico
tibi qꝛ certe in palatio natus sum ꝛ nūc in regno
dego: ꝛ nunq̄ sine solicitudine cibū capio. Post
hec aūt valde honorifice salutauit eū imperator:
ꝛ ita egressus est ab eo. Eadem aūt nocte cepit in
tra se cogitare famulus dei dicēs. Qm̄ non opor
tet iam me in hoc loco esse. Multi enim non so-
lum de populo: sed etiā de palatio ꝛ de senatori-
bus q̄ plurimi exemplum imperatoris secuti ad
videndum me venturi sunt ꝛ honorē mihi tanq̄
seruo dei deferendo non cessabunt. Et illi quidē
hec propter nomē domini facturi sunt. Ego au-
tem timeo ne forte diabolus malignus mihi me
ritum surripiat ꝛ libenter incipiam eos suscipe
re ꝛ condelectetur cor meū laudes ꝛ honores eo-
rum ꝛ per hec iam incipiam virtutem humilita
tis perdere ꝛ laudes atq; honores hoīm delecta
ri. Hec igitur omnia homo dei secum cogitās ea
nocte fugit inde ꝛ perrexit in egyptū ad sanctos
patres in eremo. Itaq; consideremus dilectissi-
mi fratres quāta solicitudine virtutē humilita
tis custodire famulus dei studuit: vt in celesti re
gno eternā gloriā pro labore sancte vite sue: quē
propter nomen dn̄i exercuerat: perciperet a xp̄o
domino mereretur. §.xix.

DE hoc aūt ipso sctō Poemē: referre-
bant alij scti seniores dicentes. Qꝛ
quodā tempore cum aduenisset iu-
dex prouincie audiensq; sanctā opi-
nionem beati Poemenis desidera-
bat videre eum: misitq; nuncium ad
deprecandum vt susciperet eum. Beatus autem
Poemē cōtristatus est valde cogitans apud se-
metip̄m: qꝛ si ceperint ꝑsone nobiles venire ad
salutandū ꝛ honorandū me manifestum est: qꝛ ꝛ
alij multi ēt populares hoīes frequētabunt me
ꝛ necesse ꝑ hoc vt perturbet secreta vite mee con
uersatio: ꝛ humilitatis gratiā quā cū labore tā-
to auxiliāte dn̄o a iuuētute mea studui custodire
forsitā surripiēte maligno diabolo perdā: ꝛ vane
glorie incurrā laqueos hec ergo apud semetip̄m
pertractās: diffiniuit quaten⁹ excusaret ꝛ nō sus-
ciperet iudicē. Cōtristatus autem iudex qꝛ non
eum suscepisset: ait ad officiarium suū. Quoniā
non merui videre hominē dei peccatis meis im-
puto. Ueruntamen nimis desiderauit per quan
cūq; occasionē videre sanctum virum. Excogita-
uit ergo huiuscemodi causam: que occasionem
ei preberet videndi eum. Comprehendens enim
filiū sororis. B. Poemenis: misit in carcerem vt
per istam occasionē aut susciperet iudicem: aut
certe ipse veniret ad rogandū iudicem. Dixitq;
ad officiariū suū vt non contristetur sanctus se
nior: mādate ei si voluerit venire ad me: necesse
est vt statim educamus eū de carcere. Talis eñ
est causa ei⁹ que non possit impune transire. Au

diens autē hec mater iuuenis id est soror sancti Poemenis: abiit in eremū vbi erat frater suus stabatq; ad ostiū cellule eius cum multo fletu et vlulatu: rogans eū vt descenderet ad iudicem et rogaret pro filio suo. Beatus autē Poemen non solū ad eam nihil dixit: sed nec ostium ei aperuit vt ingrederetur ad eam. Tunc cepit illa maledicere ei ac dicere. Durissime et impiissime et ferrea viscera gerens: quō te tantus dolor fletus mei non flectit ad misericordiā: quū vnicum ipsum filiū habeo quem in periculo mortis video constitutū. Tunc senior mandauit ei per fratrē qui ei ministrabat dicēs. Uade dic ei. Poemē filios nō genuit et ideo nō dolet. Hec audiens iudex dixit amicis suis. Scribite ad eū vt vel epistolam precatoriā faciat ad me quatenus possim eū dimittere. Sic tanq̄ plurimis suadentib⁹: scriptis senior scripsit ad iudicē dicens. Iubeat nobilitas tua diligenter requirere causam illius et si q̄d dignum morte admisit moriatur quaten⁹ in hoc presenti seculo exoluat crimē pctī sui vt euadat eternas ac perpetue gehēne penas. Sin aūt nihil dignū morte cōmisit: qd iustum videtur legibus ita iube discernere. §.xx.

Uit etiam de magnis patribus quidā senior nomine agathon: notatissimus in virtute humilitatis et patientie. Quodā aūt tpe peruenerunt ad visitandū eū fres. Audiētes enim de eo q magnā humilitatē haberit volētesq; pbare si vere humilitatis patiētiā possideret: dixerūt ei. Multi scandalizant in te pr: q nimis vitio supbie tenearis: et lō alios despicias et p nihilo eos habeas s; et detractiones aduersus fratres nō cesses loqui. Affirmāt etiā q plurimi q hec lō agas: q fornicationis vitio tenearis et ne sol⁹ videaris errare idcirco aliūs nō cesses detrahere. Ad hec respondens Senior ait. Hec omnia que dixistis vitia in me esse cognosco: nec possū negare tātas iniqtates meas. Procidensq; pnus in terrā adorabat eosdē fres dicens. Deprecor vos fratres: vt intentius p me misero: et multis peccatis obnoxio xpm dominū exorare nō cessetis: vt indulgentiā tribuat iniqtatib⁹ meis multis ac malis. Ad hec supradicti fres addētes dixerūt ei. Nō te lateat etiā hoc: q hereticū te eē q plurimi affirmāt. Hoc aūt cū audisset senior: dixit eis. Ets; i aliis multis pctīs obnoxi⁹ sim absit hoc ab aīa mea. Tūc oēs q ad eū venerāt pstrauerūt se in terrā ad pedes ei⁹: obsecrātes eum ac dicētes. Precamur te abba vt dicas nobis cur tāta vitia et pctā dicētib⁹ nobis de te i nullo cōmot⁹ es: de vbo aūt heretici valde te cōmouisti: et abominat⁹ es: nec sufferre potuisti auditū? Dixit eis senior. Illas priores culpas ac pctā pp̄ter humilitatē sustinui: vt pctōrē me eē crederetis. Nouim⁹ em̄ si custodiat humilitatis virtus: magnus fruct⁹ est aīe. Nā dñs et saluator nr̄ iesus xp̄s cū ei iudei multas cōtumelias et cōuitia irrogassent pat ēter cūcta tolerauit: vt nobis humilitatis pberet exēpla. Immisi em̄ falsi testes multa aduersus eū falsa dixerūt et vsq; ad mortē cūcta sustinuit. Ita em̄ et aplūs Petr⁹ predicabat dicēs. Christ⁹ passus est p nobis: vobis relinquēs exēplū vt sequamini vestigia ei⁹. Op;

igitur vt patiēter cum humilitate cūcta aduersa sustineam⁹. Sermonē aūt quem obiecistis de heresi nō potui sustinere: q heresis separatio est a deo. Heretic⁹ em̄ separat a deo viuo et vero: et cōiungit diabolo et angelis ei⁹. Alienatus enim a xp̄o non h; deū quē exoret p pctīs suis: q ex oī pte periit. Si aūt cūuersus fuerit ad verā catholicā sancte ecclesie fidē suscipit a bono et pio saluatore nr̄o xp̄o: et recōiungit deo vero creatori et saluatori nostro christo. §.xxi.

Onciliū inter se habuerūt seniores patres et oēs monachi habitātes in eremo scithie: et cōsenserūt vt pater isaac p̄sbyter eis ordinaret: in ecclesia q̄ in eremo sita est: vbi conuenit die et hora statuta multitudo monachorū q in illa eremo cōuersant. Audiēs aūt supradict⁹ abbas huiuscemodi cōciliū fugit in egyptū: et abscōdit se i quodā agro inter fruticeta arbitrans indignū se esse honore p̄sbyterū. Q plurimi autē fratrum sequebantur vt comprehenderent eū. Cum autem applicuissent ad vesperam in eodē agro vt reficerentur fatigati de itinere (erat em̄ nox) dimiserūt asellū q eis sumpt⁹ portabat in itinere vt pasceret. Cum autē pasceret asellus peruenit in locū vbi supradictus abbas Isaac latitabat. Cūq; illuxisset dies requirētes monachi asellū puenerūt ad eūdē locū vbi se senior occultauerat: et admirātes valde dispēsationē diuinā cōprehendētes ligare et cōstringere eū voluerunt et ita pducere. Uenerabilis aūt senior nō pmisit dicēs. Iā non possum cōtradicere vobis: q forsitā voluntas dei est: vt l; indignus suscipiam ordinem presbyterū. §.xxii.

Rant autem duo fratres monachi pariter in cella cōmorantes quorum humilitatem et patientiā multi etiā de sctīs patribus collaudabant. Audiens vero quidam sanctus vir voluit probare si verā perfectamq; humilitatē haberent: venit ergo ad visitandū eos. Cūq; cum gaudio suscepissent eum et ex more cōplessent orationes: egressus foris cellulam vidit paruū hortū vbi sibi olera faciebāt. Apprehensoq; baculo cū toto impetu cepit oīa olera cedēdo cōfringere ita vt nihil omnino remaneret. Uidētes autē supradicti fratres nihil penit⁹ dixerunt: sed nec vultum tristem aut turbatū habentes. Et rursus ingressi cellulam vespertinas orationes cōplentes adorantes eum dixerūt. Si precipis pater, ibimus vt eū qui remāsit caulem coquētes gustemus: q iā hora est vt cibum sumamus. Tūc senior adorauit eos dicens. Gratias ago deo meo: q video spiritū sctm̄ requiescere in vobis: et lō hortor vos ac moneo fratres charissimi vt vsq; in finē custodiatis sancte humilitatis et patientie virtutem: vt ipsa in regno celesti vos magnos et sublimes in cōspectu dn̄i faciat apparere. §.xxiii.

Rat quidam in cenobio iam senex et probatissimus monachus: et in [illegible]re gravissimam egritudinem [illegible] cuiusq; nimia et intolerabili infirmitate per longum tempus laborabat in doloribus multis, nec inu[illegible]ire poterant fratres: qualiter succurrerent egro

tudini eius: & ea que necessaria erāt egritudi
ni ei⁹ nō habebant in monasterio. Audiēs aūt
quedā famula dei de afflictione infirmitatis ei⁹
deprecabat patrē monasterij vt eū ad cellulā suā
tolleret & ministraret ei: maxime aūt qr facili⁹ i
n eis re posset i ciuitate q̄ necessaria egritudini
eius videbant. Precepit ergo pater monasterij
vt portarent eum fratres ad cellulā famule dei.
Ipsa xpo cū omni veneratione suscipiēs eū pro-
pter nomē dn̄i ministrabat ei pro retributione
mercedis eterne quā credebat a xpo saluatore
nr̄o recipe. Cumq̄ p tres & ampli⁹ annos sedule
obsequeret famulo dei ceperūt hoīes mēte cor
rupti: fm̄ scabiē mētis sue suspicari q̄ nō since-
rā haberet senior cōscientiā de virgine q̄ mini-
strabat ei. Audiēs aūt hec senior exorabat diui-
nitatē xp̄i dicēs. Tu dn̄e de⁹ noster q̄ sol⁹ nosti
oīa: & vides: qr multi sunt dolores egritudinis
& miserie mee: & afflictiōes tāte infirmitatis q̄
me ita p tāta cōsumit tp̄a vt necessariū habeam
obsequiū hui⁹ famule tue q̄ mihi ꝑpter nomen
tuū ministrat. Tribue ei dn̄e de⁹ me⁹ condignā
mercedē i vita eterna sicut dignat⁹ es ꝑmitte-
re ꝑpter bonitatē tuā his q̄ ꝑpter nomē tuū ex
hibēt egenis & infirmis suū ministeriū. Cū aūt
appropinquasset trāsit⁹ ei⁹ cōuenerūt ad eū q̄
plurimi scil seniores fratres de monasterio. Et
dixit eis senior. Obsecro vos dn̄i & patres & fra-
tres vt cū defunctus fuero tollatis baculū meū
& plātetis eū sup sepulchrū meū: & eū radices fe
cerit miserites fructū: tūc scietis qr mūda est cō
sciētia mea a famula dei que mihi ministrabat.
Si aūt nō fronduerit scitote qr nō sum mūdus
ab ea. Cū ergo vir dei exijsset de corpore fm̄ p̄ce-
ptū ei⁹ sancti patres plātauerūt baculū ei⁹ sup
sepulchrū ipsi⁹ & fronduit accedēteq̄ tp̄e protu-
lit fructū. Et admirati sunt omnes glorificātes
deum. Ad tale cū miraculū etiā de vicinia re-
gionibus multi cōuenientes magnificabāt gra-
tiā saluatoris: nā & nos ipsam arbusculā vidim⁹
& bn̄dixim⁹ dn̄m q̄ ꝑtegit in oībus in sincerl-
tate & veritate sibi seruientes. ¶.xxiiij.



Uodā tp̄e ad beatum abbatē apolo
duxerūt quendā vexatū qui fortiter
a demonio torq̄bat: cūq̄ p triduum
obsecrarēt qui cū eo venerant obse
crātes senē vt eū in nomine christi
sui ad deū p̄cibus curaret. Respō-
dēs senior dixit eis nō esse se hui⁹ meriti vt de-
monibus imperaret: cū aūt p̄sisterēt qui vene-
rāt rogātes eū & flētes nimis deprecantes: tādē
acquieuit: cū autē in nomine dn̄i saluatoris no
stri imperaret demoni dicēs. Exi immunde spi
ritus de plasmate dei. Tunc respondēs demon
dixit ei. Ego quidē imperante virtute xp̄i egre
dior: sed interrogabo te sermonē vt dicas mi-
hi. Quid est qd̄ scriptū est in euāgelio: qui sunt
hedi & que sunt oues? Respōdēs autē senior di-
xit ei hedi q̄dē iniusti sunt inter quos & ego sum
peccator: qui multis peccatis obnoxius sum:
oues autē deus nouit que sunt. Tunc exclama-
uit demō voce magna dicēs. Propter humili-
tatē tuā stare oīno nō possum & statim egressus
est de hoc hoīe quē obsederat: vidēteo aūt oēs
qui astabant dederunt gloriam deo. ¶.xxv.



Eferebant sancti seniores nobis di
centes: qr fuit quidā monachus in
eremo scithie. Uenit autē ad visitā-
dos sctōs patres in loco qui dr̄ cel-
lia vbi multitudo monachorū diui-
sis habitat cellulis. Cumq̄ nō inue-
niret ad p̄sens cellulā vbi posset manere quidā
de senioribus habens alterā vacātē cellulā dedit ei
dicēs. Interī repausa in hac cellula donec inue
nias vbi possis manere. Cūq̄ ad visitādū eū cōue
nirēt q̄ plurimi fratres desiderātes ab eo audi-
re verbū salutis eterne: habebat eni spūalē grāz
docēdi verbū dei. Uidēs ille senior q̄ ei ad habi
tādū p̄stiterat cellā inuidie liuore cor ei⁹ vulne-
ratū est & indignari cepit ac dicere. Qm̄ ego tā-
tis tp̄ib⁹ in hoc habito & ad me nō venit frēs ni
si rarissime & hoc i dieb⁹ festis: & ecce ad istū ipo-
store pene quotidie fratres q̄ plurimi vadūt. Di
xitq̄ discipulo suo. Uade & dic ei: vt egrediat de
cellula illa: qm̄ necessaria mihi est. Cū aūt perre
xisset discipul⁹ ei⁹ ad illū fratrē dixit ei. Mīda-
uit abbas meus sanctitati tue. Iube mihi māda
re qualr̄ habeas. Audiuit eni te infirmari. Ipse xo
mādauit ei dicēs. Ora p me dn̄e pater: qr valde
stomachū doleo. Reuersus aūt discipulus dixit
abbati suo. Nimis rogat sanctitatē tuam: vt vel
duos dies iubeas ei īducias dare vt possit ei aliā
cellam ꝑuidere. Trāsactis aūt tribus dieb⁹ ite-
rū misit discipulum suum dicens. Uade dic ei vt
egrediatur de cellula mea. Nā si rursus distule-
rit: dices ad eum. Quia cōtinuo venio & eū bacu
lo cedendo expello eū de cella mea. Pergēs aūt
discipulus ad supradictū fratrem dixit ei. Qm̄
valde solicit⁹ est abbas meus de infirmitate tua
ideo misit me requirēs si meli⁹ habeas. At ille
hec audiēs dixit: gratias ago dn̄e sancte charita
ti tue: qr solicit⁹ es de me verūtamē p̄cibus tuis
melius habeo. Reuersus autē discipul⁹ dixit ab
bati suo. Etiam & nunc deprecat sanctitatē tuāz
dicēs vt vsq̄ ad diē dominicū expectes & statim
egredietur. Cum aūt aduenisset dominic⁹ dies
& nō egrederet accipiēs vectē senior inflamma
tus inuidie & iracūdie spū pergebat vt cedēdo ex
pelleret eum de cella sua. Accedēs aūt discipul⁹
ei⁹ dixit ei. Si iubes pr̄ p̄cedo te & video ne forsi
tan aliqui fratres ad salutādum eum venerint:
& si viderint te scandalizent. Precessit ergo disci
pulus & ingressus ad eū dixit. Ecce abbas me⁹
venit ad salutandū te: egredere ergo celerius &
cum gratiarū actione occurre ei quia pro nimia
charitate & dilectione venit ad te. Qui statī sur
gens cū nimia alacritate occurrit. Cūq̄ vidisset
eum anteq̄ approximaret ad eū prostrauit se ꝑ
nus in terram. Adorabatq̄ senem cū gratiaruz
actione dicens. Retribuat tibi domin⁹ charissi-
me pater bona eterna pro cellula tua quam mi-
hi ꝑpter nomē eius p̄stitisti: & in celesti hierusa
lē inter sanctos suos christus domin⁹ preparet
tibi mansionē. Hec aūt audiens senior: compun
ctus est corde & ꝑiciens baculuz recurrit in am
plexus eius & osculatus est eū & inuitauit illū ad
cellulā suam: vt pariter cum gratiarum actione
sumerēt cibū. Uocauit aūt senior supramemora
tum discipulum suuz: & interrogauit eū dicens.
Dic mihi fili si dixisti xba isti fratri: que ꝑpter

cellulam mandauit vt diceres ei. Tunc discipul⁹ eius confessus est ei dicēs. Vere domine dico: qr propter humilitatē quā tibi exhibere debeo tan̄ patri ꝛ domino ideo non audebā respondere tibi quando me mittebas ad eū. Veruntamen nihil ei eorum dixi et que mādabas ad eū. Hec audiens Senior statim prostrauit se ad pedes eius dicens. Ex hodierna die tu meus pater es ꝛ ego discipulus tuus: quoniam te festinante ꝛ moderante: ac cum timore dei agente: ꝛ meā ꝛ illi⁹ fratris animā de peccati laqueo christus domin⁹ liberauit. Pro fide etiā ꝛ sancta solicitudine ꝛ intentione discipuli: qui perfecte in charitate xpi diligebat abbatem suū: ꝛ anxie timebat ne p inuidie ꝛ iracundie vitium aliquid tale ageret: pr suus spiritalis ꝛ pderet omnes labores sanctos quos ab infantili etate in christi seruitio ꝓ vite eterne premijs laborauerat. Ideoq₃ domin⁹ donauit gratiam suam vt in pace christi pariter letarentur. §. xxvj.



Dicebāt sancti seniores de discipulo abbatis Pauli nomine Joannes: quoniam magnam haberet humilitatem: et virtutem obedientie: vt etiam difficiles causas imperante ei abbate in nullo contradiceret: sed nec leuiter in aliquo murmuraret. Cum enī necessarium esset in monasterij vtensilibus fim⁹ boum: misit eum abbas in proximo vt requireret ibi fimuz boum ꝛ cum celeritate afferret ad monasteriū. Erat autē in loco illo mala bestia leena Statim ergo egressus discipulus eius Joannes ibat ſm preceptum abbatis. Cūq₃ pergeret: dixit abbati suo. Domīe pater: audiui q̄ plurimos dicentes: qr in illo loco mala bestia leena sit. Tūc senior quasi iocularitter dixit ei. Si venerit super te tene ꝛ alliga eam: ꝛ adduces eam tecum. Cū autem venisset ad locuz iam vespere: statiz egressa leena irruit super euz. Et ille comprehendēs tenere eam voluit: illa vero excutiēs se de manib⁹ eius aufugit. Sequebatur autē ille dicens. Mi abbas meus precepit: vt alligataz perducā te ad eum. Continuo autem stetit bestia: tenens eā reuertebat ad monasteriū. Dum autē se tardaret itinere: abbas nimis solicit⁹ ꝓ eo tristabat grauiter. Et ecce subito superuenit discipul⁹ ei⁹ tenens ligatam leenā. Quod cuz vidisset Senior admiratus valde gratias agebat saluatori nr̄o domino. Dicit autem discipulus ei⁹. Ecce domīe sicut precepisti adduxi leenā ligatā. Volēs autē humiliare sensuz ei⁹ senior: ne extolleret se ī cogitationib⁹ suis discipulus suus ait ei. Sicut tu insensibilis es: ita etiaz ꝛ istā insensibilē bestiā adduxisti: solue ergo ꝛ dimitte eam vt pergat ad locum suum. §. xxvij.



Quidam de sanctis senioribus misit discipulum suum ad hauriendam aquam ꝛ longius erat puteus a cella senioris. Oblitus est autem secuz tollere funem discipulus eius: quo hauriret aquam. Cumq₃ peruenisset ad puteum contristatus est valde: quia longe erat cellula eorum. Quid ageret: quo se verteret nesciebat. Dubitabat enim ad cellulaz sine aqua reuerti. Tūc anxius nimis prostrauit se in orationem cum lachrymis dicens. Domine miserere mei ſcd̄m magnam misericordiam tuā: qui fecisti celum ꝛ terram mare ꝛ omnia que in eis sunt qui fecisti mirabilia magna solus miserere mei ꝓpter seruū tuū qui misit me. Et cū exurrexisset ab oratione exclamauit dicēs. O putee seruus xpi abbas me⁹ misit me: vt hauriam aquā. Statiz aūt ascēdit aqua sursuz vsq₃ ad os putei. Et cū impleuisset lagenā suā frater abscessit glorificāo potentiā dn̄i saluatoris: aqua autē reuersa est in locum suum. §. xxviij.

Fuit quidā frater in monasterio nomine Eulalius nimis gratia humilitatis ornat⁹. Sed quid igitur: vt solet: culpabile admisissent fratres negligētiores: excusantes semetipsos supra dictū fratrē asserebāt culpabilem. Cumq₃ argueretur a senioribus fratribus nō negabat: sed ꝓsternebat se in terrā: ꝛ adorās eos se dicebat peccasse ꝛ negligēter fecisse. Cum autem iterum ac frequenter accusarēt eū: ꝛ ſm regulā monasticā biduana ac triduana ei ieiunia indicerent: ille oīa patienter tolerabat. Ignorātes autem fratres: quia hec oīa pro humilitate patienter sustineret conuenientes pariter ꝛ maxime seniores fratres ad patrē monasterij dixerunt. Considera pater quid faciendum sit. Quā diu enim possumus sustinere negligentias ꝛ damna que frater ille Eulalius facit in monasterio. Jam pene omnia vasa ꝛ vtensilia monasterij confracta sunt ꝛ exterminata per negligētiam eius. Quomodo ergo iste talis tolerand⁹ est? Respondens pater monasterij ait. Interim paucos dies sustineamus fratres ꝛ postea ordinabimus de eo quod eum petit fieri. Hec dicens dimisit fratres. Ingressus vero cellulaz prostrauit se in orationibus obsecrans misericordiam domini: vt ei manifestare dignaretur quid ordinare aut dīffinire posset de sepe dicto fratre. Tūc reuelatum est ei quid ageret. Conuocauit ergo omnes fratres abbas: dixitq₃ eis. Credite mihi fratres: quia magis opto mattulam fratris Eulalij cum humilitate ꝛ patientia eius: quam omnia opera eorum duntaxat qui murmurātes in cordib⁹ suis operantur in monasterio: vt autem ostendat vobis dominus quale meritum habet ipse idem frater apud deum precipio vobis vt deferantur mihi mattule oīm fratrū. Quas cū detulissent iussit: vt accēderēt ignē. Et misit in eū oīm fratrū mattulas. Que statiz cōbuste sunt: p̄ter mattulā fratris Eulalij: que integra reperta est: ꝛ non est combusta. Cūq₃ hoc vidissent fratres timuerunt valde ꝛ prostrauerunt se in terrā veniā ꝛ indulgentiā a christo domino postulātes ꝛ collaudantes admirabantur nimiam patientiā fratris Eulalij. Deniq₃ ex eo honorabant ꝛ magnificabant eū tan̄ vnum de magnis patrib⁹: istos autē honores ꝛ laudes nō poterat sustinere frater Eulali⁹ dicēs. Veh mihi infelici: qr pdidi humilitatē meā quā per tāta tēpora xp̄o auxiliāte acquisiui: ꝛ nocte egressus de monasterio fugit in eremū. Ubi null⁹ eū agnouit: ꝛ ibi in spelūca habitauit. Noluit eī tpales hoīm laudes: sed celestē eternāq₃ gloriā a saluatore nostro in futuro seculo percipere. §. xxix.



Beati abbatis anasthasij laudabilem virtutē patientie oportet vt cognoscatis quatenus admirabilem magnanimitatem ⁊ tranquillitatē animi eius cōsiderantes imitemur exēplum. Hic itaq; Anasthasius habebat codicē in pergamenis valde optimis scriptū qui decem ⁊ octo valebat solidis. Totum eñ vetus ⁊ nouum testamentum cōtinebat. Cum aūt quidā frater venisset ad eū visendi gratia vidit in cellula eius codicē ipsum ⁊ cōcupiuit: furatusq; est eum ⁊ abijt. Supra memoratꝰ autē abbas Anathasius cū requisisset eadē die ad legenduz codicem suum ⁊ non inuenisset intellexit: qr frater ille furatus esset eum. Et noluit mittere post ipsum: nec requirere eum: ne post furtuz etiā periuria adderent. Descendens autez frater ille in ciuitatem que in proximo erat ciuitatē voluit distrahere codicem illuz. Petebat autē in precio eiꝰ solidos sedecim. Dixit ei ille qui eum emere volebat. Da mihi codicem vt possim pbare: si valet solidos sedecim. Dedit ergo ei codicem Statiz aūt frater ille cum ipso codice perrexit ad scm̄ Anasthasium: ⁊ rogabat eum dicēs. Jube cōsiderare pater codicē istuz: ⁊ estimare cū si valeat solidos sedecim: quoniā tanto precio petit qui distrahit illum. Dixit autem abbas Anasthasius: qr bonꝰ est codex ⁊ valet tanto precio. Reuersus autem q̄ cuz emere volebat dixit distrahenti. Ecce accipe preciū: quia ostendi codicez abbati Anasthasio: ⁊ dixit mihi: quia bonus est codex: ⁊ valet tātuz. Interrogauit autē frater ille si nihil beatꝰ Anasthasius dixit aliud. Cui respōdēs ille ait. Crede mihi qr penitus nihil mihi aliud dixit. Hec cuz audisset frater ille: dixit ei. Qr iā recogitaui frater: ⁊ nolo distrahere codicem meuz. Compūctꝰ eñ corde festināter perrexit ad abbatē Anasthasiū ⁊ prostrauit se in terrā ad pedes eius: ⁊ precabatur cum fletu ⁊ lachrymis penitēdo: vt susciperet codicem suū. Sed non acquiescebat ei abbas dicens vade cū pace frater. Ecce iam cū voluntate mea habe ipsum codicem. Ille autez psistebat cum lachrymis petendo eum dicens. Quia si nō susceperis codicē pater: nullo mō requiescet aīa mea. post hoc ille recepit codicez suum. Nam frater ille permansit apud beatū Anasthasiū in cellula eius vsq; ad extremū vite sue. §.xxx.



Fuit quidā eremita Pior nomine de antiquis patribus: quem beatus Antonius adolescentem in sancto proposito monachorū instruxit. Demoratus est autem apud beatuz Antonium annos paucos. Cumq; viginti ⁊ quinq; annos etatis haberet: abijt ad alium secretuz heremi locū vt solitarius habitaret hoc etiam volente ⁊ cōsentiente beato Antonio. Dixitq; ei sanctus Antoniꝰ. Vade Pior: ⁊ habita vbi volueris: ⁊ cum tibi per aliquaz rationabilē occasionem reuelauerit deus venies ad me. Cuz aūt puenisset hic ipse Pior ad locū q̄ situs est inter nitriā ⁊ eremum scithie: effodit puteū cogitās apud semetipsū: qm̄ qualēcūq; aquā inuenero opz me ɔtētū esse qd̄ ⁊ factū est ad augmētū meritorū eius talis occasio. Tantū eñ salsa ⁊ amara inuenta est aqua: vt si quis ad eū visitādi grā veniret in pprio vasculo sibi aquā deportaret. Remoratus est in eodē loco annis trigita. Dicebāt ergo ei fratres: vt recederet de loco ipso propter amaritudinē aque. Ipse aūt dixit eis. Si amaritudinē ⁊ laborē fugimus abstinētie: ⁊ volumꝰ in hoc mūdo requiē habere: post exitū vite huiꝰ nō pcipiemꝰ illa eterna ⁊ vere dulcia bona: nec fruemur illis perpetuis paradisi delitijs: dicebant ergo fratres: qr tantū vnū paximatiū: ⁊ quinq; oliuas in cibo accipiebat: ⁊ hoc deambulādo foris. etiā ⁊ hoc affirmabāt de eo multi sanctorū patrū qr triginta ⁊ amplius annis: ex quo egressus est de domo patrū suorū: nunq; ei suasum fuisse cuz etiam defunctos audisset parentes suos: vt pgeret ad requirendū seu ad visitandū propinquos. Verūtamē soror eius cū esset vidua habēs duos filios iā adolescentulos misit eos in heremū ad reqrēdū fratrē suū piorē. Qui cū diuersa monasteria circuissent: reqrentes eū vix tādē inuenientes dixerunt ei. Nos filij sororis tue sumus q̄ nimio desiderio optat te videre añ exitū suū. Ipse vero nō acqeuit petitioni eorū. Perrexerūt aūt adolescētes ad hominē dei beatū Antoniū indicātes ei pro qua causa venerant. Misit aūt beatus Antonius ⁊ vocauit eū ad se: dixitq;. Quare frater tanto tempore nō venisti ad me. Qui respōdēs dixit ei. Precepisti mihi brīssime pater vt cū p aliquā occasionē reuelasset mihi dñs venirē ad te: ⁊ ecce vsq; hactenꝰ non mihi reuelatū est. Dixit ei beatꝰ Antoniꝰ. Vade vt videat te soror tua. Tunc assumpsit secū aliū monachū: ⁊ perrexit ad domū sororis sue: ⁊ stans foris prope ianuā atrij: clausis oculis: vt nō videret sororē suā stetit. Illa aūt veniēs proiecit se ad pedes eiꝰ. De nimio eñ gaudio angustiata est. Dicit ei Pior. Ecce ego suz frater tuꝰ. Vide ergo me q̄tū volueris. Et post hoc statim reuersus est in eremū in cellulā eiꝰ. Hoc aūt fecit ad erudiēdū mōachos vt nō daret eis licentia cū libitū eis fuerit visitare parentes vel propinquos suos. §.xxxj.



Etiam abbas Joānes qui commanebat in monte qui vocatur Catamus: habebat sororem que ex infantia in sancto proposito conseruabatur. Ipsa enim erudiuit ⁊ docuit eūdem abbatem Joannē vt relinqueret vanitates seculi huius ⁊ ingrederet monasterium per viginti quatuor annos nō est egressus de monasterio nec visitauit sororē suā. Illa vero nimis desiderabat videre eū. Naz frequēter scribebat ⁊ mittebat ad eū epistolas: petebatq; vt ante exitū eius de hoc corpore veniret ad eā vt in charitate xp̄i de presentia sua letaret. Ille aūt se recusabat: nolebatq; de mōasterio egredi. Venerabilis aūt famula dei ⁊ soror eiꝰ iterū scripsit ad eū dicēs. Quia si nolueris venire ad me necesse habeo vt ego veniā ad te: vt post tanta tēpora adorare merear sctā; charitatē tuā. Hec cū audisset supradictus Joannes cōtristatus est nimis: ⁊ cogitabat apud semetipsuz dicens. Quoniā si permisero: vt ad te veniat soror mea decetero licentia datur: vt ⁊ alij parētes ⁊ propinqui nostri veniant ad visitandū nos. Ideoq; tractauit apud se vt magis ipse pergeret ⁊ visitaret sororē suā. Accepit etiā alios duos secū fratres de monasterio

⁊ cū venisset ad ianuā monasterij sororis sue clamauit dicēs. Benedicite ⁊ audite peregrinos. Egressa est aūt soror eius cū alia famula dei. Et aperuit ianuā ⁊ penitꝰ nō cognouit fratrē suū. Ipse aūt cognouit sororē suā: sed non est locutus verbū ne forte cognosceret in voce eū. Monachi vero qui cum ipso erant dixerunt ad eā. Rogamus te dn̄a mater vt iubeas nobis aquā dare ad bibēdum: qꝛ de itinere fatigati sumus. Cum autē accepissent ⁊ bibissent facientes orationem ⁊ gratias agentes deo recesserunt ⁊ cōuersi sunt ad monasterium suum. Post aliquātos autē dies iterum scripsit ad eum soror sua: vt veniret ⁊ videret eum ante exitum suū ⁊ orationem faceret in monasterio eius. Tūc ille rescripsit ad eam ⁊ misit epistolam per monachū de monasterio suo dicens. Quia prestante gratia dei ego veni ad te ⁊ nullꝰ me cognouit: ipsa vero egressa es ad nos ⁊ dedisti nobis aquam ⁊ accepi de manibus tuis: ⁊ bibi ⁊ gratias agens deo reuersus sum in monasterium. Sufficiat ergo tibi quia vidisti me ⁊ non sis vlteriꝰ mihi molesta: sed ora pro me incessanter ad dominū nostrum iesum christum. §.xxxvi.

SEd ⁊ alius quidā monachus abijt ad sororē suam vt visitaret eā. Audierat enim eam egrotātem in monasterio. Erat autē ipsa famula dei nominata in sancta conuersatione. Itaq; non acquieuit illa suscipere ⁊ videre fratrē suum vt non per occasionē eius ingrederetur monasteriū feminarū: sed mandauit ei dicens. Uade domine pater et ora pro me ꝓstante enī gratia dei videbo te in futuro seculo in regno domini nostri iesu christi. §.xxxvij.


ETiam de abbate Theodoro oportet nos exēpla virtutum proferre. Hic itaq; beatus Theodorus discipulꝰ fuit sancti Pachomij viri de sanctis patribus: qui fuit pater infinite multitudinis monachorum: multorumq; monasteriorum pater in partibus Thebaide. Cum enim in omnibus sanctitatis fulgeret virtutibus: etiam prophetie gratiam a deo promeruit. Multa enī futura reuelabat ei dn̄s. Quodam autē tempore soror eius germana venit ad monasteriū in quo idem Beatꝰ Theodorus cōuersabatur: vt post multa tēpora videret germanū suum. Cumq; nunciassent ei de aduētu sororis eiꝰ misit cōtinuo duos monachos q̄ obseruabant ad ianuā monasterij: mādauitq; per eos sorori sue dicēs. Ecce soror audisti ⁊ cognouisti qꝛ viuo ne contristeris qꝛ minime me vidisti: sed cōuerte cor tuū: ⁊ magis considera vanitatem ⁊ instabilitatē presentis mundi: ⁊ apprehende sancte vite cōuersationē vt ꝑuenire possis ad eternā vitam: ⁊ ad celestia bona que preparauit diligentibus se dn̄s ⁊ facientibus mandata eiꝰ. Tracta ergo apud te: quia hec est sola ⁊ firma spes: vt ipse faciat homo precepta dei: vt mereat homo ꝑuenire ad gloriosa promissa dn̄i saluatoris xp̄i. Hec aūt cum audisset illa statim cōpuncta est corde: lachrymasq; fundebat ī cōspectu dn̄i. Et post paululū ingressa est in monasteriū virginū famularꝫ dei: qđ in eodē vico ꝯstructum erat: ⁊ procedenti tēpore multiplicabat in sancto proposito famula xp̄i. Hec itaq; gesta cū audisset mater eorum deprecata est episcopos: ⁊ dederūt ei epistolas ad supradictū sanctū Pachomiū patrē monasteriorū pro filio eius. Cumq; venisset applicuit in monasterio famularū dei: ⁊ direxit epistolā ad patrē monasterij obsecrans vt videret filiū suum. Beatus autem Pachomiꝰ vocauit eiꝰ filiū Theodorꝫ ⁊ dixit ei. Audiui fili: qꝛ mater tua aduenit propter te. Itaq; propter epistolas episcoporꝫ qui scripserūt ad me. Uade ⁊ videat te mater tua. Dixit ei Theodorus. Precepisti mihi dn̄e vt videā matrē meā. Si ergo abiero videre eā post tantā sciētiā spiritualē vereor ne culpabilis inueniar apud deū. Etenim oportebat me fortitudinē animi mei ad exemplū aliorꝫ fratrum demonstrare. Audiens aūt mater qꝛ nō acquieuit videre eā affectu feruēs in filiū noluit remeare ad domū suā: sed permansit in monasterio virginū dicēs. Quoniā si permansero hic: sepe etiā videbo filiū meū cū inter alios frēs egredit ad monasterij causas: ⁊ monitis ⁊ exhortatione eius ꝓficere possum in sancta cōuersatiōe: doctrinaq; eiꝰ cōfirmabit cor meū vt merear ꝑuenire ad eternā requiē quā ꝓmisit dn̄s noster iesus xp̄s diligentibus se. Multa aūt ⁊ magnifica per sanctum Pachomiū fecit dn̄s mirabilia. Nā ⁊ demonibꝰ obsessos frequēter inuocato xp̄i nomine curauit. Multis etiā diuersas egritudines sustinentibus: ⁊ paralyticis orationibus eiꝰ misertus est dominus: vt supra patuit in eius gestis et vita. §.xxxviij.

ALio tempore beatus abbas Pachomius cōtra immūdicissimas demonū impugnationes certamē bonū certauit: sicut athleta veritatis tanq̄ ⁊ beatus Antonius. Deniq; intentissimis precibus exorauit dominum vt somnū nō caperet per aliquot tempꝰ quatenus diebꝰ ac noctibꝰ peruigil maneret cōtra aduersarios demones dimicando: donec prosterneret ⁊ superaret eos sicut dicit in psalmo. Et nō conuertar donec deficiāt. Prestitit ergo ⁊ ꝯcessit ei dn̄s petitionē eius. Impossibiles enī ⁊ imbecilles sunt demones cū q̄s nostrū ex tota fide ⁊ ex tota intentiōe cordis feruēte sancto desiderio: ⁊ adiuuāte nos virtutē saluatoris nostri iesu christi cōtendimus cōtra eos. Referebāt nobis fratres de eodē beatissimo pr̄e Pachomio q̄ fuit vt diximꝰ monasteriorꝫ multorꝫ in regiōe Tabēnensiotarū ꝑpositus: referebāt ergo de eo qm̄ frequēter dicebat fratribus: qꝛ (sicut mihi testis est deꝰ) sepe audiui immūdos sp̄us demonū loquētes inter se diuersas ac varias artes suas q̄s cōtra seruiētes deo maximeq; cōtra monachos habent. Quidā enī dicebāt: qꝛ ego certamē ꝯtra durissimū hoīem habeo: ⁊ quoties ie immitto ꝑuersas cogitatiōes ille statī surgit ⁊ ꝓsternit se in oratiōe cū gemitu orans adesse sibi diuinū auxiliū. Ego aūt illo exurgēte cū grādi ꝯfusione egredior. Itē alius demō dicebat ego ad illū quē obseruo cū ei cogitatiōes īmisero: ꝯsentit ⁊ suscipit ⁊ facit eas. Sepe enī exardescere eū in iracūdia facio: ⁊ in ꝯtētiōes rixe: ⁊ pigritiā oratiōis ⁊ dormitionē in psalmodia ⁊ nō ꝯtradicit mihi. Ideo

q fratres mei dilectissimi semper opꝫ vt custodiatis sensum ⁊ aīm vestrū inuocātes nomē dn̄i nr̄i iesu xp̄i: ⁊ sm̄ p̄cepta dei cōuersamini tam in orationibꝰ q̄ psalmodia: sicut dicit apostolꝰ instātes orōni ⁊ vigilātes in ea. Ideoq̧ cū cōpunctiōe ⁊ timore cordis vigilantibꝰ nō preualebit inimicus. Ipse aūt btūs pater Pachomius docebat fratres vt semꝑ memores essent verbi dei in salutē aīarum suarū. Postmodū vero discedebant vnusq̧sq̧ fratrū in cellulas suas operantes manibꝰ suis ⁊ meditātes q̄ de sanctis scripturis didicerant. Impossibile est eīm aliquē apud eos verbū ociosum loqui: sꝫ ea tm̄ q̄ de sctīs scripturis didicerāt: erant inter se loquētes exponētes de capitulis scripturarū: q̄ ad timorē dn̄i confirmarent ⁊ illuminarent animas eorum. §.xxxv.



Uit quidam vir magnus de sanctis senioribus cui talē gratiā donauerat xp̄s: scꝫ reuelante ei spūsancto vt videret qđ alij non videbant. Referebant ergo sancti seniores: q̄ aliquando q̄ plurimi sedebāt fratres: ⁊ simul loquebant̄ inter se: ⁊ loquebant̄ de sctīs scripturis q̄ ad salutē pertinent animarū. Stabant autē circa eos sancti angeli letantes in hilari vultu considerātes: delectabātur eīm de eloquijs dn̄i. Cū aūt aliud qđcunq̧ loquerent̄: statim sancti angeli recedebāt longiꝰ indignantes cōtra eos. ¶ Ueniebāt aūt porci sordidissimi: et voluntabāt se inter eos. Demones eīm i specie porcorū delectabant̄ ꝑ superflua ⁊ vaniloquia eoꝝ. Btūs aūt senior hec videns abijt in cellulā suā ⁊ ꝑ totā noctē cū grandi fletu ⁊ vlulatu gemebat miserias nostras. Exhortabatur ergo sctōs patres ꝑ monasteria ⁊ cōmonebat frēs dicens. Cohibete a multiloquio: ⁊ ab ociosis sermonibꝰ linguā per quā malus interitus anime generatur: ⁊ non intelligimus: qm̄ per hec ⁊ deo ⁊ sanctis angelis odibiles sumꝰ. Dicit enim scriptura diuina: per multiloquium non effugies pctm̄. Nec enim infirmā ⁊ vanā efficiūt mētem atq̧ animā nostram. §.xxxvi.



Uit quidam vir in palatio sublimis sub Theodosio imperatore nomine Arsenius: cuius filios id est Archadium ⁊ Honorium augustus de baptismo suscepit: hic itaq̧ Arsenius desiderio diuini timoris accensus relinquēs oēm seculi gloriā temporalē perrexit ad eremū Scithie: vt inter sanctos patres secretam ⁊ quietā ab oī strepitu huius mundi ageret vitā separatus ab illecebris et delectationibus corporalibus vt cū tota mentis intētione adhereret domino saluatori sicut scriptū est. Adhesit aīa mea post te me suscepit dextera tua. Dicebāt ergo de eo sancti seniores: q̄ sicut cū in seculi cōuersatione esset nimis preciosis vestimentis pre oībus vtebat̄: ita postmodum in eremo scithie degēs studebat vt ab oībus monachis viliora et despectiora vestimēta haberet. ¶ Dicebat etiam abbas Daniel quoniā sanctus Arsenius referebat fratribꝰ dicēs: quasi de alio audisset: sꝫ quātum datur intelligi ipse talē vidit visionem: sedebat (inquit) quidā de senioribꝰ monachis in cellula sua: ⁊ subito venit ad eum vox dicens. Egredere foras ⁊ ostēdam tibi opera hominū. Et surrexit inquit ⁊ egressus est foras. Duxit autē eum ⁊ ostēdit ei ethiopē nigrum cum securi cedentē ligna ⁊ facientem grandem sarcinam: ⁊ tentabat subleuare sarcinā illam ⁊ ꝑ magnitudine non poterat portare eā: sed ridebat ⁊ cedebat iterum alia ligna ⁊ addebat super sarcinā illam. Iterum autē ostendit ei alium hominem stantem super lacū: ⁊ haurientem aquam ex eo ⁊ mittentem eam in collectaneū: ⁊ de alia parte per foramina defluebat aqua subter in eodē loco. Iterū dixit ei: veni sequere me: ⁊ ostendam tibi aliud. Et vidit quasi quoddam edificium templi: ⁊ duos sedentes in equis portātes suꝑ scapulas suas vterq̧ lignum vnū. i. perticā longā volētes pariter ingredi portā tēpli illiꝰ: ⁊ nō permittebat eos lignū (qđ ex aduerso portabāt) ingredi ꝑ portā illā. Non eīm humiliabat se alter alteri: sed cōtēdebāt vterq̧ pariter ingredi volētes ⁊ nō preualebāt. Nec eīm humiliabat se vnꝰ eorū vt alteri locū daret. Exponit ergo ei has visiōes dicēs. Hi q̄ lignū portāt: hi sunt q̄ habēt iugū sctm̄ monachorū: sed iustificātes seipsos in cordibꝰ suis cū exaltatiōe superbie nō humiliant̄ inuicē. Noluerūt eīm ambulare in humilitate viā saluatoris dn̄i nr̄i iesu xp̄i: q̄ dixit: discite a me: q̄ mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiē aīabꝰ vestris. Ideoq̧ ꝓpter supbiā cordis sui remāserūt foris: de regno regis celoꝝ exclusi. Qui aūt cedebat ligna ⁊ suꝑ sarcinā addebat adhuc hō est qui oneratꝰ est multis pctīs: ⁊ suꝑ sarcinā pctōrum suorū addit semper alia peccata quē oportebat vt magis penitentiā ageret de prioribꝰ pctīs: sꝫ negligens vitia emēdare peccatorū priorum: magis alia addit supra priora pctā. Ille aūt qui aquā de lacu hauriebat homo est q̄ aliqua bona operat̄: sed q̄ mala etiā ampliꝰ pctm̄ operatur: ⁊ ideo pereunt ⁊ delētur etiā bona opera que facit. Oportet ergo hominē sicut ait apostolꝰ cū timore ⁊ tremore salutē suā operari. ¶ Dicebat autē abbas Daniel de abbate arsenio: q̄ cum operatur sportas ex palmarū folijs: mittebat aquā i petuim vt infunderent̄ palme ⁊ cū feteret bramosa aqua odore: nō ꝑmittebat vt aliā aquā mutarēt: sꝫ suꝑ illā fetidā aliam addebat aquā vt semꝑ feteret. Interrogabāt aūt frēs cū dicētes. Cur nō ꝑmittis pr̄ vt aqua mutetur: sed pessimo fetore tota cellula tua repletur. Respondēs autē beatus senior ait. Quoniā pro thimiamate ⁊ muscata ⁊ alijs diuersis quibꝰ in seculari cōuersatione sine intermissiōe fruebar: oportet nunc me dū in hoc tempore sum sustinere istiusmodi fetorē pro suauissimo illo odore: vt in die iudicij de illo gehēne inenarrabili fetore liberet me dn̄s: ⁊ non cū illo diuite: qui epulabatur in isto mundo deliciose ⁊ splendide condēnet̄ anima mea. ¶ Quidā de fratribus dicit beato Arsenio. Ecce beatissime pr̄ meditari festino de scripturis sanctis que didici: ⁊ non sentio cōpunctionem in corde: qm̄ non intelligo virtutē diuine scripture. Unde ⁊ valde cōtristatur anima mea. Respondens autē beatus Arsenius ait Opꝫ te fili incessanter meditari eloquia domini audiui eīm quia dixit beatus abbas Poemen et alij multi sanctorū patrum: qm̄ incātatores illi q̄ serpentes solent incantare nō intelligunt ipsi

verba que loquunt: sed serpentes audientes intelligũt virtutem verborũ illorũ: et conquiescũt et subdũtur eis. Sic etiã et nos faciamus. Quanuis eñi non valeamus intelligere diuinarũ scripturarũ virtutem: tamen demones audiẽtes diuini verbi virtutẽ terrentur et effugati discedũt a nobis: non sustinentes eloquia spiritussancti que per seruos suos prophetas et apostolos est locutus. §.xxxvij.



Quodam tempore cum in vicino beati Macharij homicidiũ fuisset perpetratũ et cuidam innocenti homini impingeretur crimẽ admissum: surgens ille qui calumniam patiebatur fugit ad cellulam beati Macharij. Et fuerũt ẽt et illi q̃ eũ purgebãt: et alligabãt eũ dicẽtes: periclitari seipsos nisi cõprehenderẽt: et legib᷒ traderent homicidã. Ille vero cui crimẽ impingebat cũ sacramẽtis affirmabat cõsciũ se nõ esse sanguinis illi᷒. Et cũ diu abvtraq; pte certamẽ haberet: iterrogauit scũs Macharius vbi sepult᷒ eẽt q̃ dicebat occisus. Cũq; designassent ei locũ cũ ipsis pgit ad sepulchrũ: atq; ibi fixis genib᷒ inuocato christi noĩe ait ad eos q̃ assistebãt. Nũc dñs ostẽdet si vere re᷒ est hic q̃ a vobis perurget. Et eleuata voce ex noĩe clamabat defunctũ. Cũq; ei de sepulchro vocat᷒ respõdisset: ait ad eũ btũs Machari᷒. Per fidẽ christi te obtestor vt dicas nunc si ab isto hoĩe qui propter te accusat occisus es. Tũc ille clara voce de sepulchro respõdit dicẽs: non esse ab eo interfectũ: et cũ obstupefacti oẽs decidissent ad terram ac pedibus ei᷒ voluerẽtur rogare eum ceperũt: vt interrogaret illũ a quo esset occisus. Tũc sanctus vir ait. Hoc ego non interrogabo. Sufficit eñi mihi vt liberetur innocẽs: non est autẽ meũ vt reus prodatur. Forsitan eñi compũgitur adhuc pro scelere quod cõmisit et aget penitẽtiam vt saluetur anima eius. §.xxxviij.




Alio itidem tempore cũ sancto Machario quidam frater vuam detulisset ipse qui secundum charitatẽ nõ que sua sunt: sed que alterius cogitaret ad alium fratrem infirmum eã detulit: qui infirmior pre egritudine videbatur. Tunc infirmus grãs egit deo pro fratris officio et suscepit eã et ipse nihilomin᷒ pl᷒ de proximo q̃ de semetipso cogitans ad aliũ detulit eam ad infirmũ fratrẽ: et iterũ ille ad aliũ: et sic cũ p oẽs cellulas q̃ longe a semetipsis erãt p heremũ disperse vua illa circũlata eẽt ignorãtibus eis q̃ eã primus misisset: ad vltimũ defert ipsi qui eã miserat. gratulat᷒ ẽ scũs Macharius q̃ tantã videret in fratribus abstinentiam tantãq; charitatẽ: ad acriora semetipm̃ spũalis vite exercitia extendit. §.xxxix.



Illud etiã ad fidẽ confirmatũ nobis de eo est ab his qui ex ore ei᷒ audierũt quoniam quodã tempore nocte in specie monachi demõ ad ostium cellule eius pulsauerit dicens. Surge abba Machari [illegible] eam᷒ ad collectã vbi fratres ad vigilias cõgregãtur. Sed ille gratia dei replet᷒ falli non potuit. Intellexit eñi diaboli esse fallaciã: et ait O mendax et veritatis inimice quid eñi tibi cõsortij quid societatis est cum collecta et congregatione sanctorũ. Et ille ait. Latet ergo te o Machari q̃d sine nobis nulla collecta agit: nulla ve congregatio monachorum: Veni deniq; et videbis ibi operam nostram. Dixit autem sanctus Macharius. Imperet tibi dominus demon immunde: et conuersus ad orationẽ petijt a domino: vt sibi ostenderet si hoc verũ esset quod est gloriatus demon. Abijt ergo ad collectam: vbi iam vigilie a fratribus celebrabãtur. Et iterũ in oratione dominũ deprecabatur vt ei veritatẽ huius rei ostenderet. Et ecce videt quasi paruulos quosdã pueros ethiopes nigros per totam ecclesiã discurrere huc atq; illinc et velut volitãdo deferri. Discurrẽtes autẽ illi ethiopes pueri: singuli quibusq; fratrib᷒ in oratione positis atq; psallentib᷒ alludebãt: et si cui de eis oculos duob᷒ digitulis cõpressissent statim dormiebat. Si cui vero in os misissent digitũ oscitare eũ faciebãt. Itẽ post psalmũ cũ ad orandum se prostrauissent fres percurrebãt iterũ singulos: et añ aliũ quidẽ iacentẽ in oratione quasi in mulieris specie vertebant ante aliũ: quasi edificantes et portãtes aliq̃d: aut diuersa queq; agẽtes apparebant. Et quecũq; demones quasi ludentes formassent: hec orãtes illi in cordis sui cogitatione versabãt. ¶ Ab aliquãtis tñ fratribus vbi aliq̃d hoꝝ agere cepissent: q̃si violẽter repulsi precipites deijciebant: ita vt nec añ eos stare aut trãsire auderẽt: alijs vero etiã supra ceruices et dorsa ludebat. Hec cũ vidisset scũs Macharius ingemuit grauiter et lachrymas ꝓfundẽs ad deũ dixit. Respice dñe et ne sileas neq; mitigeris de᷒: sed exurge et dispergant inimici tui qm̃ aĩa nr̃a repleta est illusionib᷒. Post oratione autẽ examinãde veritatis gratia seorsum vocatis singulis q̃busq; frib᷒ añ quoꝝ facie viderat demones diuerso habitu et varijs imaginib᷒ ludẽtes req̃rit ab eis si in orõne vel edificãdi cogitationes habuerint vel iter agẽdi vel alia diuersa q̃ vnicuiq; p demones imaginata viderat: et singuli eorũ ita cõfitebant in corde suo fuisse cogitatiões sicut ille arguebat. Et tũc vere intellectũ est q̃ oẽs male et sup̃flue et vane cogitatiões: q̃ vel psallẽtibus vel somnioꝝ aut orationũ tpe vnusq̃sq; in corde suo ceperit illusiõe et instinctu demonũ fiãt. Nã ab his q̃ oĩ custodia seruãt coꝛ suũ: et timore et amore dñi illi tenebrosi ethiopes et he quas emittũt cogitationes repelluntur chi isto enim mens constricta et precipue in tẽpore orationis intenta nihil malum nihilq; superfluum recipit. §.xl.



Quidam frater requisiuit abbatem Sisoyum queadmodum in cella propria degere deberet. Cui ille respondens dixit: comede panem tuũ cum sale et aqua et non erit tibi necessitas aliq̃d coquendi aut lõgius euagandi. §.xlj.



Requisitus abbas poemen queadmodũ oporteat ieiunare respõdit. Ego volo monachũ ita quotidie parũ comedere: vt nõ satiet. Naz biduana et triduana ieiunia vane glie vacãt. Hec eñi oĩa examinauerũt scti pres et inuenerũt: q̃ bonũ est quotidie ieiunare et parũ cõedere: vt sitiãt

quotidie

quotidie ⁊ esuriant. Hanc enim viam regiam le-
uem nobis esse demonstrauerunt. §.xlij.



Abbas siluan⁹ dū cū discipulo suo zacharia ad quoddā monasteriū peruenissent antequā egrederētur fecerūt eos monachi parū comedere. Postquā ergo egressi sunt inuenit discipul⁹ eius aquā ⁊ volebat bibere. Cui abbas Siluan⁹ zacharis. Hodie ieiuniū est. At ille dixit. Nunquid hodie comedim⁹ pr̄: ⁊ dixit ei senex. Illa esca charitatis erat fili: nos autē nr̄m ieiuniū teneam⁹.
§.xliij.



Quidā de fratribus in panepho ad abbatē Joseph perrexerunt: vt requirerent de susceptiōe fratrū: si liceret cum his illo tp̄e vel fiduciā habere: vel leticiā. At ille antequā requirerent eum dicit discipulo suo. Quod facturus sum hodie fili ne mireris. Et posuit duo sedilia illis qui venerāt: ⁊ dicit eis sedere. Et posuit vnū a dextris suis ⁊ alterū a sinistris: ⁊ ingressus cellulā suā misit sibi vestimenta corrupta: et egressus transiuit in medio eorū. Et iterū ingressus misit alia meliora quibus solebat die festo vti: ⁊ egressus est postea ad eos. Iterū autē ingressus quotidiano vestimento suo vestitus venit et sedit inter eos. Illi autē mirati sunt ⁊ obstupuerūt propter hoc factū. Dicit eis senex. Vidistis quod feci. Cum autem illi annuissent dicit eis. Et quod feci. Et dicit ei. Primū vestimēto corrupto vsus es: ⁊ postea alio meliori ⁊ dicit eis. Nunquid mutatus sum: ex illo inhonesto: aut ex illo meliore. Dicunt ei: nō. Quib⁹ senex ait. Si ergo idem ego sum vtrisque ⁊ nō sum mutat⁹: ⁊ sicut illud primū nō me nocuit: ita nec scdm̄ mutauit. Sic ergo debemus facere in occursione fratrū: vt qñ presentes sint cū fiducia ⁊ leticia suscipiamus eos. Quando autē soli sum⁹: op⁹ est vt luctus ⁊ abstinentia permaneant in nobis. Illi vero audiētes quod in cordibus suis habebāt antequā requirerent eū glorificauerūt deū: ⁊ leti discesserunt. §.xliiij.

Dicebat vn⁹ ex patrib⁹: quia inuenitur homo multū comedēs ⁊ adhuc esuriēs se continet ne satietur. Alter autem parum comedit ⁊ satiatur. Qui ergo multum comedit ⁊ adhuc esuriens se continet maiorem mercedem habet: quam ille qui parū comedit ⁊ satiatur. §.xlv.

Dixit quidā senex. Ne quod desideraueris aliquando manduces. Comedēs autē quod tibi a dño transmissum fuerit: gratias age sine intermissione. §.xlvj.

De quodā sene referebant fratres quia desiderasset cucumerē: quē cū attulisset suspēdit ante oculos suos: ⁊ ne vinceretur a cupiditate nō tetigit eū sed magis agebat penitentiā puniens semetipsum ob hoc quia ipsum desiderasset. §.xlvij.

Quidā ex senioribus fact⁹ est infirmus: ⁊ per multos dies non poterat escā vllā percipere. Compulit autem eū discipulus suus dicens. Si iubes pater: facio tibi parū placentē. Et fecit ei. Erat autem ei vasculum paruum habens mel: ⁊ aliud vas simile habens oleū de lini semine expressum: ⁊ erat fetidū ⁊ in re nulla alia ꝓfuit nisi forte in lucerna. Et deceptus frater misit in escā senis de illo sperans quod mel misisset. Cū autē gustasset senex nihil locutus est: sed tacens comedit. Tertia vero vice cū ei daret dixit ei. Non possum comedere fili. Ille vero tanquā volēs adhortari eū dixit. Ecce abba bona sunt ⁊ ego comedo ex ipsis. Et postquā gustauit ⁊ sensit rem quam fecerat cecidit in faciē dicēs. Heu mihi abba: quoniam occidi te. Istud peccatū posuisti super me: quia locutus non es. Dicit ei senex. Nō contristeris fili propter hoc. Si enim voluisset deus vt bonum comederem tu mel misisses non hoc quod misisti. §.xlviij.

Dixit abbas Poemē: nisi Nabuzardam princeps coquorum venisset in Jerusalem tēplum domini non arsisset igne. Hoc autem est: quia nisi desiderium castrimargie in animā veniret sensus hominis non succēdit in pugnā diaboli. §.xlix.

Abbas macharius quotiescunque cum fratribus facta charitate reficiebatur: hoc in proprio corde statuerat. At quātos vini calices oblatos hausisset tantis diebus: nec ipsam aquam gustaret omnino. Cum ergo ei fratres vinum porrigerent eū gaudio sumebat vt postea se siti maceraret: quod cum discipulus eius didicisset: patefacto senis consilio ne ei vinum porrigerent coniurabat: tormenta illi potius esse quā pocula manifestans. §.l.

Facta congregatione in ecclesia cū esset festiuitas: ⁊ ceteri monachi comederent: vnus ministrantibus dicit: quia nihil coctum comedo sal mihi deferri precipito. Quo verbo minister audito cum clamore audientibus ceteris alijs imperauit dicens. Quoniam coctum ille frater non comedit parum illi salis afferto. Tunc beatus theodorus dixit ei. Oportuit te magis frater carnes in cella tua comedere quā hunc presentibus fratrib⁹ audire sermonem. §.lj.

Quidam peregrinus frater venit ad abbatem siluanum in monte syna: et vidit quod fratres operarētur: ⁊ dixit eis. Quare operamini escā que perit. Maria autem bonam partem elegit. Tunc senex dicit discipulo suo zacharie. Da illi codicem vt legat et mitte illum in cellulam que nihil habet: hora autem nona circunspiciebat frater ille vtrū si forte vocaret eum senex ad comedēdum. Postquā vero transijt hora nona: venit ad cenā dicēs ei. Nunquid hodie non comederunt fratres abba. Cunque senex fateretur: ait ille. Quare me nō vocasti: Tunc dixit ei abbas siluanus. Et homo spiritualis es ⁊ non habes necesse hanc escam: nos autem tanquā carnales opus habemus comedere: ideo operamur: tu autem bonam partem elegisti. Legis enim omni die et non vis carnalem escam accipere. Quod cum audisset cepit penitere ac dicere. Indulge mihi abba. Tunc respondit illi siluanus. Ergo necessaria est martha marie: propter martham enim ⁊ maria laudatur. §.lij.

DIcebāt de abbate Joāne breuis stature qꝛ dixerit aliquando fratri suo maioꝛ volebā esse securus sicut angeli sunt securi nihil operans: sȝ sine intermissione seruiēs deo: ⁊ expolians se quo vestitus erat: abijt in eremū ⁊ fecit ibi ebdomadā vnam ⁊ reuersus est ad fratrē suū. Et dum pulsaret ostiū respōdit ei ante ꝙ aperiret dicēs. Quis es tu? Et ille dixit. Ego sum Joānes. Et respōdens frater dixit. Joānes angelꝰ factꝰ est: ⁊ vltra inter homines nō est. Ille vero pulsabat dicens. Ego sum: ⁊ nō aperuit ei: sȝ dimisit eū affligi vsqꝫ mane. Postea vero aperiēs ei dixit. Si homo es opus habes iterū operari vt pascaris. Et ille penitentiā agens dixit. Ignosce mihi frater quia peccaui. §. liij.

QUidam frater impugnabatur a spiritu blasphemie: ⁊ erubescebat dicere: ⁊ quācūqꝫ audisset magnos senes: pergebat ad eos vt illis declararet: sed mox cum peruenisset iterum verecundabatur illis dicere. Cum ergo frequenter ad abbate Poemen veniret vidit eum senex habentem cogitationes: ⁊ dixit ei. Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes: ⁊ sic iterum remeas: tecum illas reportans. Dic ergo mihi fili. Quid habes? At ille dixit: in blasphemia impugnat me diabolꝰ: ⁊ erubescebam dicere: ⁊ mox vt aperuit leuioꝛ fuit eiꝰ impugnatio. Et dicit ei senex. Nō cōtristeris fili. Quādo hec cogitatio ad te venit. Dic. Ego hac causa non indigeo: blasphemia tua super te sit sathanas. Hanc eīm causā anima mea non vult. Quancūqꝫ aūt causam noluerit non diu permanebit: ⁊ ita sanꝰ factus frater ille discessit. §. liiij.

DIxit abbas moyses ꝑ has quatuoꝛ res passio gignitur: per abundantiā esce et potus ⁊ per satietatē somni: ⁊ per ociū: ⁊ ornatis vestibus incedendo. §. lv.

DIxit abbas Poemen: quemadmodum imperatoris spatarius semper illi assistit armatus: ita ⁊ animaȝ aduersus demonē huiusmodi opoꝛtet esse semper paratam. §. lvj.

DIxit quidam senex sicut venena animalia foꝛtioꝛes herbe vel pigmenta expellūt: ita cogitationes soꝛdidas: oratio cum ieiunio repellit. §. lvij.

ABbas macharius dum in illa solitudine (in qua solus erat) maneret inferioꝛ autē plena esset fratribus sero per viam circumspiciebat: ⁊ vidit demonem venientem in figura hominis: vestitum tunica linea perfoꝛata: ⁊ per singula foꝛamina vascula parua dependebant: ⁊ dixit illi senex. Quo vadis maligne? Et respondit ei. Uado cōmouere fratres hos qui sunt inferius. Cui senex dixit. Et propter quid tot vascula fero tecum. At ille dixit. Gustum fero fratribꝰ ⁊ iō tāta fero: vt si vnum displicuerit: ostēdā aliud ⁊ si illud nō placet poꝛrigā aliū: ⁊ fieri non potest nisi vnum ex ipsis aliquod placeat eis. Et hec dicens discessit. Permansit autē senex iterum viam circūspiciens vsqꝫquo rediret: ⁊ cū rediret dixit ei. Salueris. Dixit ⁊ ille. Quō istud mihi verbū dicis: qꝛ oēs mihi contrarij facti sunt: ⁊ nullus meis cōsilijs acquiescit. Et dixit ei senex. Ergo nullū habes amicū. At ille respondit. Unuȝ habeo amicū vel ipse ꝯsentit mihi: ⁊ quoties me viderit conuertitur huc atqꝫ illuc. Cūqꝫ nomē eius ab eo requisisset ait. Quia theopentꝰ dicit: Discedēte illo mox surrexit abbas Macharius descendit ad inferioꝛē eremū. Qd cū audissent fratres egressi sunt illi obuiā: ⁊ vnusquisqꝫ sperans quod apud se maneret preparauit se. At ille requirens cellā theopenti ad eū prouectꝰ est. Cumqꝫ cum gaudio illū suscepisset: ⁊ essent vterqꝫ simul soli. dixit ei senex. Quēadmodum est tecum fili? At ille respōdit. Oratio nibus tuis bene sum. Et senex ait. Non te impugnant cogitationes. At ille respōdit iterum, bene sum. Erubescebat eīm dicere. Et dicit ei senex Ecce quot annos sum in solitudīe: ⁊ ab omnibꝰ honoꝛoꝛ: ⁊ in hac etate cū sim senex: molestāt me cogitatiōes mee. Respōdit Theopentꝰ: crede mihi abba: et similiter ⁊ mihi faciūt. Tūc senex singulas cogitationes quasi se impugnantes fingebat vsquequo totū illi Theopentus confiteref. Post hec dicit ei. Quemadmodum ieiunas. At ille dixit ei. vsqꝫ ad nonaȝ. Cui senex ait. Usqꝫ ad vesperam ieiuna: ⁊ de euangelio vel de aliīs scripturis sine cessatione semper aliquid meditare. ⁊ quoties tibi aliqua immunda cogitatio superuenerit nunꝙ deoꝛsum aspicias: sȝ sursuȝ: ⁊ mox dūs tibi adiutoꝛ est. Et mox ita discessit abbas Macharius in ꝓpriā solitudinē. Iterumqꝫ viam circumspiciens vidit demonem redeuntem ⁊ requirit. Quo vadis. At ille respōdit. Similimodo commouere fratres cum autem reuerteretur requirit eum quemadmodum agerent fratres. At ille dicit. Male quoniā omnes agrestes effecti sunt: ⁊ eum quem habui amicum ⁊ obedientem mihi ipse nescio quomodo conuersus est ⁊ iurauit non ibi accedere nisi post multum tempus: et hec dicens discessit. §. lviij.

QUidam frater requisiuit quendā senem quid faciam pater quia nō possum sufferre cogitationes. Cui senex dicit. Ego in hac causa nunꝙ impugnatus sum. Scandalizatus autem frater ipse venit ad alterum senē, ⁊ dicit ei. Ecce quid mihi dicit senex. Scādalizatus sum in ipso quoniam sup naturā humanā locutꝰ est. Dicit ei ille senex scđs. Nō simpliciter tibi dixit ille homo dei hunc sermonem. Uade ergo ⁊ age penitentiā apud ipsuȝ: vt dicat tibi virtutem verbi illius. Reuersus ergo frater venit ad senē ⁊ cepit ei dicere. Indulge mihi abba: quoniam insipienter egi vt tibi vale non dicerem ⁊ sic egrederer. Sȝ rogo te explana mihi quomodo nō es impugnatꝰ. Dixit ei senex: ex quo factꝰ sum monachꝰ nō satiatꝰ: neqꝫ pane, neqꝫ aqua neqꝫ somno: ⁊ hec causa nō me permisit habere pugnā quā tu dixisti: ⁊ egressus est ab eo frater illesus ab eo. §. lix.

INterroganti iterum quidam super cogitatiōe eius dixit abbas Poemen. Monachus si ventrem suum ⁊ linguam tenuerit: et vacationem non fuerit sectatus confidat: quia nō moritur ⁊ viuit imperpetuum. §. lx.


Uo fratres ad abbatem helyā venerunt impugnati a cogitationibus suis: et videns eos senex ꝙ essent corpulenti: tāꝗ ad discipulū suum subridens ait. Uere frater: ego erubesco pro te quia sic enutristi corpꝰ tuum: cum certe profitearis te monachum. Pallor enim et macies cū humilitate decus est monachi. Item dicit: quia monachus edēs multum non confidat etiam operans multum: qui autem parum edit: etiam si parum operetur: cōfidat viriliter agit. §.lxi.


Bbas arsenius dum sederet in cāpo quedam mulier virgo diues timens deum: ac propterea abbatis Arsenij famma cōperta de romana ciuitate: vt eū videre mereretur aduenit in Alexandriā. Que cū honorifice a Theophilo fuisset suscepta ipsiꝰ ciuitatis archiepō rogauit eū quatenꝰ persuaderet. B. Arseniū: vt eam suscipere dignaret. Ipse igitur ad eū profectꝰ est dicens. Quedā mulier romana ex dignitate et opibꝰ et opinione ceteras antecellēs videre te ac benedici desiderans de tam longinqua regione peruenit cui occurras exposco. Sed cum nō acquieuisset occurrere ei Arsenius: illa cognoscēs hoc animalia sua sternere precepit dicēs. Cōfido in deo meo qꝛ videbo illū: nec ab hac intētione fraudabor. Nō enī hoīes veni cōspicere: qꝛ in nostra supersunt ciuitate: sed prophetā videre desideraui. Cū ergo venisset ad cellā beati Arsenij contigit vt foris illum deābulantem cōspiceret. Ac mox ante pedes eius in faciē prosternit. Quā ille cū festinatione sustētans ita cōpellebat dicēs. Si faciem meā tantū videre desideras: ecce intuere. Illa vero pre verecundia oculos nō audebat attollere. Dicit ei senex. Si quid de meis actibꝰ cōperisti: hoc debueras intueri. Quo ergo et tātū pelagus nauigare psumpsisti? An ignoras te mulierē esse quibꝰ quocūqꝫ nō licet exire: An vt romā rediēs: aliis te feminis glorieris vidisse arseniū vt fiat peruiū mare ad me venientiū feminarū? At illa respōdēs ait. Si vult deus nullā huc peruenire pmittit. Sed vt pro me ores et in memoria me habere digneris exoro. Cui arsenius dixit. Oro deū meū vt deleat tuā ex corde meo memoriā. Quo illa verbo pcepto in ciuitatē regrediēs egritudine pre tribulatione correpta est. Ad quā cū visitationis causa venisset epūs: et quid rei esset inquireret. Illa sermonē senis quē vltimū de memoria sui dixerat enarrauit: ac propterea se velle mori pre tristitia cōfitet: sed epūs tali eam cōsolatur alloquio. Nunquid nescis te esse mulierē? Et qꝛ p feminā solet inimicus hominē impugnare: ideo vultū tuum de corde suo delere dixit. Nā pro aīa tua dnm deprecat. Quibus verbis mulier recreata est. §.lxij.


Icebat abbas moyses. Si voluerit imperator inimicorum ciuitatem aliquā expugnare prius escā eorum et aquā interdicit: et ita inimici eius fame ac penuria compulsi subijciūt se regno eius. Et ita passiones carnales si in ieiunio et fame depresse fuerint decrescunt: et non sunt fortes aduersus animam. Quis enim tam fortis vt leo. Et tamen ppter ventrem suum intrat in caueam et omnis virtꝰ eius humiliatur. §.lxiij.


Uidam iuuenis volebat renūtiare mūdo et frequenter egressum reuocabant eum cogitationes: inuoluentes eū varijs negotijs. Erat enim diues. Una ergo die egressum demones circundederunt et multum puluerē ante eum excitauerunt. Ille vero confestim expolians se et iactans vestimēta sua currebat nudus ad monasteriū. Declarauit autem deus vni seni dicens. Surge et accipe athletā meū. Exurgēs ergo senex: obuiauit illi nudo et cognoscēs cām admiratꝰ est: et dedit illi habitū monachalē. Quādo autē veniebāt aliqui fratres ad ipsum senē perquirere eū de conditionibus varijs: respōdebat eis: de renuntiatione autē sciscitātibus dicebat. Hunc requirite fratrem: quia ego ad renuntiationem ipsius nondum perueni. §.lxiiij.


Uidam frater renuntiauit seculo et cū dispersisset res suas pauperibus: quedam sibi retinuit propria ratione et venit ad abbatem Anthonium. Qd cum senex comperisset dixit ei. Si vis vade in vico et eme tibi carnes: et impone tibi corpori tuo nudo et veni ad me. Cum ergo hoc fecisset frater tācanes ꝙ aues omne corpus suum propter carnem rapiendam: tam dentibus ꝙ vnguibus diruperunt. Cum ergo venisset ad Anthonium requisitus est si fecisset quod preceperat. Illo autem demonstrante corpus suum laceratum dicit ei sanctus Anthonius. Quicunqꝫ renuntiant seculo et volunt adhuc habere pecunias: sic a demonibus lacerantur. §.lxv.


Uidam frater requisiuit senem dicēs vis vt teneā mihi duos solidos ppter infirmitatem corporis. Et vidēs senex cogitationes eiꝰ ꝙ vellet retinere eos dixit: retine. Reuersus ergo in cellā frater cepit cum cogitationibus proprijs colluctari dicens. Putas benedixit mihi senex an non. Exurgens ergo venit ad senem rogans et dicens propter deum dic mihi veritatem: quia conturbor a cogitationibus meis propter illos duos solidos: dixit illi senex. Quia vidi cogitationē tuam volētem retinere eos dixi tibi vt retineres: nam nō est bonum vt plus teneas ꝙ necesse est corpori: duo ergo solidi sunt spes tua et si contigerit vt pereant: nunquid deus nō cogitat de nobis. Iacta ergo cogitationē tuam super deū: quoniam ipsi cura est de nobis. §.lxvj.


Uidam monachorum: tantum euāgelium possidens vendidit illud et esurientibus dedit: dignum memorie imitādo sermonem: ipsum inquit verbum venundedi quod mihi semper dicebat vēde que possides et da pauperibus. §.lxvij.


Um quidam vir rogaret abbatem Agathonem vt pecuniam illius susciperet in propria ratione: nolebat ille dicens: non est necesse mihi quia opera manuum mearum me pascunt cum autem ille persisteret

diceret vel propter indigẽtes dignare suscipere respondit: Duplex verecundia est: quia non indigens suscipio ⁊ aliena pꝛestãs vane gloꝛie sub iacebo. §.lxviij.


Icebat abbas paulus si aliquas res voluerit monachus in cella sua habere pter eas sine quibus nõ potest viuere frequẽter cogit de cella sua egredi: ⁊ ita a demone decipit. Hec aũt ipse Paul⁹ obseruãs in vna quadragesima cũ sextario lẽticule ⁊ paruo aque vasculo pdurauit: ⁊ vnã marrã faciẽs eãdẽ texebat ⁊ retexebat ne tantũ modo foris exiret. §.lxix.


Bbas macharius cum esset in egypto ⁊ egressus fuisset de cella sua reuersus inuenit quendam furãtem id quod in cella sua habebat. Stetit ergo et ipse tanꝙ peregrinus: ⁊ caricauit animal cum illo cum multa requie et perduxit dicens. Nihil in hunc mundum intulimus: dominus dedit dominus abstulit: sicut ⁊ ipse voluit: ita factum est. Benedictus dominus in omnibus. §.lxx.


Uidam frater veniẽs ad cellam cuiusdam magni senis ingrediebatur ⁊ furabatur ei victum. Cum autem videret senex non arguebat illum sed amplius operabatur dicens. Puto frater ille necesse habet. Habebat autem grandẽ tribulationem senex ex penuria panis. Cum autem idem senioꝛ moreretur: ⁊ circũdedissent eum fratres ille videns cũ fratrẽ qui solebat furari ei panem suum dicit ei. Accede huc ad me frater: ⁊ apprehendit manum ei⁹: et osculatus est dicens. Gratias ago manib⁹ istius fratris quia per eas arbitroꝛ me intrare in regnum celoꝛum. Ille autem compunctus de hoc verbo ⁊ agens penitẽtiam factus est ipse strenu⁹ monachus ex actib⁹ senis quos vidit. §.lxxj.


Bbas agathon dispensabat semetipsum et in omnibus cum discretione pollebat tam in opere manuum suarum: ꝙ in vestimẽto. Talibus enim vestibus vtebatur vt nec satis bona: nec satis mala cuiꝙ apparerent. §.lxxij.


Ixit quidã senex: ira ꝑ has quatuoꝛ res exurgit: per cupiditatem ⁊ auariciam dandi ⁊ accipiẽdi: ⁊ si quisꝙ velit suam defendere sententiam: ⁊ si quis vult se honoꝛibus sublimari: ⁊ si quis se doctoꝛem esse ⁊ pl⁹ omnibus sapientem sperat. Ira etiam per hec quatuoꝛ humanos sensus obscurat. Si odio habueris homo proximũ suum: aut si illi inuideris: aut si pro nihilo duxeris: aut si detractaueris. Passionis autem huius retributio quatuoꝛ modos habet. Primũ ex coꝛde. Secundũ ex facie. Tertium ex lingua. Quartũ ex facto: Si ergo potuerit quis ita portare malum vt ne ingrediatur in coꝛ nõ perueniet vsꝙ ad faciem: si autem venerit in faciem: custodiat ne loquatur illud. Quod si locutus fuerit vel hoc custodiat ne reddat in facto: sed mox dimittat. Tres enim gradus sunt hominũ in passione ire. Nam cui volũtarie nocetur ⁊ iniuriatur ⁊ parcit proximo suo hic ſm naturam christi est. Qui autem non ledit nec ledi vult hic ſm naturã adam est. Qui vero nocet aut iniuriatur aut calumniã ingerit: aut vsuras exigit: hic ſm diabolum est. §.lxxiij.


Uidam ex fratribus passus ab alio iniuriam venit ad abbatem Syloyum: ⁊ contumelie genus exponẽs addebat: cupio me vindicare pater. Senex autẽ rogare eum cepit: vt relinqueret deo vindictã. At ille inquit. Non desistam nisi foꝛtiter dimicauero. Cui senex ait. Quatenus semel hoc in animo statuisti vel nunc oꝛemus. Exurgẽs autem senex: his verbis cepit oꝛare. Deus iam nobis non es necessarius vt pro nobis sis sollicit⁹: qꝛ nosipsi: sicut frater iste dicit: ⁊ volum⁹ ⁊ possumus nos vindicare: qđ cum ille frater audisset ante pedes senis effusus veniã postulabat: promittens se cum illo cui irascebatur nunꝙ deinceps certaturum. §.lxxiiij.


Uidam frater dum ab altero iniuriaretur venit ⁊ nuntiauit seni. Cui ille respondit: Satisfac cogitationi tue quoniam non vult te frater iniuriari: sed peccata tua. Nam in omni temptatione que tibi contingit per hominẽ non arguas eum: sed tantummodo dic: quia propter peccata mea contingunt mihi hec. §.lxxv.


Icebat frequẽter abbas Poemẽ mali ita nunꝙ te exuperet. Si quis tibi malum fecerit tu illi bonũ redde: vt ꝑ bonum vincas malum. §.lxxvj.


Uidã frater ꝙto plus cũ aliquis iniuriabatur aut deridebat: tanto plus ille gaudebat dicens. Isti sunt qui nobis occasionẽ pꝛebẽt ad profectũ nostrum qui autem beatificant nos conturbant animas nostras. Scriptum est enĩ: qm̃ hi qui beatificãt vos: decipiunt vos. §.lxxvij.


Lter senex si quis detraxisset ⁊ ille festinabat (si vicin⁹ ei erat) per seipsum bene illum remunerare. Quod si longius manebat transmittebat ei munera. §.lxxviij.


Uidam frater rogabat abbatem Sysoyum dicens. Si latrones aut Barbari super me irruerint: occidere me volentes: et ego si preualere potuero: iubes occidam eos? Cui ille respondit. Ne facias omnino: sed totũ ⁊ deo cõmitte. Quicquid enĩ tibi aduersi contigerit: profitere hoc tibi ꝓpter peccata tua venire. Diuine enĩ dispẽsationi debes totũ ascribere. §.lxxix.


Rat quidã eremita magnus in mõte qui dicitur adhibeus ⁊ venerunt super eum latrones. Cum autẽ ille vocẽ fecisset de vicinis locis fratres alij confluentes: compꝛehenderunt eos. Quos trãsmissos in ciuitatem iudex misit in carcerem: fratres ergo illi mesti facti sunt: quia propter ipsos latrones traditi essent iudici: ⁊ venientes ad abbatem Poemenen renuntiauerunt eis factum: qui scripsit ad eremitam. Si recoꝛdareris primã proditionem nunquam secundam perpetrasses. Quo ille sermone cum compunctus esset in omni illa regio

ne nominatus et per multum tempus de cella sua exiens surrexit statim: ⁊ venit in ciuitatem ⁊ excutiens latrones publice de carcere liberauit eos a tormentis. §.lxxx.

Cuiusdam philosophi discipulus peccauit ⁊ cum sibi indulgeri vellet dicit ei philosophus. Nõ tibi indulgeo nisi in his tribus annis portaueris onera aliorũ. Cui reuerso post tres annos cũ iam peccato satisfecisset. Dicit ei philosophꝰ. Nec nunc tibi adhuc indulgeo nisi alijs tribus annis dederis his mercedẽ: qui te iniurijs ⁊ conuitijs affligunt. Quod etiã cũ ille cõplesset: dicit ei magister suus. Ueni modo ⁊ ingredere athenienſium ciuitatem vt illic sapientiã possis discere. Erat autẽ ibi quidã sen ex sapiẽtia studiosus: et sedebat ad portã omnesq; ingrediẽtes experiẽdi cã conuitijs affligebat: qui cũ idem iuueni illi ingredienti faceret ille exorto cachinno risit. Cui senex ait. Quid est hoc quod agis ego tibi iniurior ⁊ tu rides? Cui iuuenis ait. Et nõ vis vt rideam: cũ tribus annis mercedẽ dederim vt hoc paterer qđ hodie a te gratis patior? Tunc senex dixit ei. Ingredere ergo ciuitatẽ qz dignus es. Hoc autẽ solebat abbas Johãnes referre ⁊ his ipse addebat dicẽs. Hec est porta dei per quam patres nostri per multas tribulationes ⁊ iniurias ingressi sunt ciuitatem dei. §.lxxxj.

Frater quidam requisiuit senem dicẽs. Da mihi pater vnam rem: quã custodiam ⁊ saluer per eam. Respõdit ei senex: si potueris iniuriari et affici conuitijs: et portare ac tacere magna est hec res ⁊ super alia mandata. §.lxxxij.

Interrogãtibus quibusdam fratribus abbatem Moysen vt de sermone quo hortatꝰ est discipulũ suum zachariã: eis aliquid diceret. Tũc ille pallium suum deposuit subtus pedes suos et conculcauit illud et dixit. Nisi quis sic fuerit conculcatus monachꝰ esse non potest. §.lxxxiij.

Dicebat abbas Macharius. Ille vere est monachus qui se in omnibus vincit. Nam si quis alium arguens ad iracundiam mouetur propriam passionem implet. Nec enim vt alterum saluet seipsum debet ꝑdere. §.lxxxiiij.

Quendam fratrem sub presentia abbatis Antonij alij fratres collaudabant: sed cum tentasset eum senex. reperit ꝙ non sufferret iniuriã. Et dixit ei senex. Tu quidem frater similis es edificio qđ ꝓuis habeat ingressum ornatum per postitia tamẽ a latronibus expugnatur. §.lxxxv.

Quidam frater requisiuit abbatem Isaac dicens. Abba: quare te ita demones timent? Respondit senex. Ex quo factus sum monachus: statui apud me: vt iracundia mea foris guttur meum nõ procederet: ⁊ ideo timent me demones. §.lxxxvj.

Cum venisset quidã de patribus ad abbatem Achilem vidit eum sanguinẽ expuẽtẽ. Et requisiuit quid hoc esset. Ad ille respondit. Sermo erat fratris qui me cõtristauerat ⁊ repugnaui vt non illum dicerẽ: sed petiui dominũ vt tolleretur a me: ⁊ factus est ille sermo sanguis in ore meo: et postꝙ expui requieui. Sed ⁊ ipsam tristitiam ⁊ sermonem istum oblitus sum. §.lxxxvij.

Quidam fratres venerunt ad quendam sanctum senem sedẽtem in solitudine: ⁊ inuenerunt infantes pecora pascentes: ⁊ aliquoties inter se loquẽtes verba turpia. Postꝙ autem de singulis cogitationibus requirẽtes a sene acceperunt respõsum: dicunt ei. Quemadmodum potes sustinere abba voces infantium istorum? vt quid non precipis eis vt non ita vociferent. Et dicit ei senex. In veritate fratres plurimos dies habuit cogitatio mea volens illis aliquid dicere: sed redargui memetipsum reputãs mihi. Si parum hoc non porto: quomodo si maior mihi tentatio aduenerit portabo. Et ideo illis nihil dico: vt fiat mihi consuetudo portandi. Item dixit. Si quis linguam suam non tenuerit in tempore ire: nec passionem carnis sue aliquando poterit continere. §.lxxxviij.

Abbas Johannes dũ sederet inter fratres ⁊ singuli cum de proprijs cogitationibus inquirerent: atq; ille responsum omnibus daret. Quidam senex ex inuidia dicit ei. Sic est hic Johannes quomodo mulier meretrix ornãs semetipsam vt cõgreget sibi amatores. Cui abbas Johãnes ait. Uerũ dicis abba: ⁊ non est aliter: nã ⁊ hoc ipsum deus tibi reuelauit. Respondit illi iterum ille senex dicens. Nam ⁊ vas tuum Johãnes veneno plenum est. At Johannes ait illi. Sic est abba vt dixisti ⁊ hoc dicis: quia illa tantummodo que de foris sunt vides: si ea que intrinsecꝰ sunt videres quãto plus haberes quod diceres? Et post hoc quidam ex discipulis eius dixit ei: non es cõturbatus abba in verbo senis huius? Cui ille respondit nõ: sed sicut sum deforis / ita sum deintus. §.lxxxix.

Erat quidam senex in egypto et anteꝙ veniret illuc abbas Poemen: grãdem venerationem habebat ab omnibus. Cum autem abbas poemen de scithia illuc subijsset: multi relicto illo sene veniebant ad hunc ⁊ propterea cepit illi inuidere ⁊ detrahere. Qđ audiens abbas Poemen contristatꝰ est: ⁊ dixit fratribus suis. Quid facimꝰ qz in tribulationẽ miserunt nos homines vt illum senem tam sanctũ relinquerẽt / ⁊ nos qui nihil sumus respicerẽt. Quomodo sanabimus hũc virum magnũ: venite ergo faciamꝰ paucas escas ⁊ portãtes pergamus ad eum: ⁊ parũ vini ac pariter cum eo gustemus: forsitan in hoc possumꝰ animũ eius placare. Profecti ergo pulsauerũt ostiũ eius. Audiẽs vero discipulꝰ illiꝰ senis dixit. Qui estis? At illi dixerũt. Dic abbati tuo quoniã Poemẽ venit vt benedicatur ab eo. Qđ cum ille per discipulũ suum audisset. Respõdit ad eum. Uade

hinc non enim mihi vacat: illi tamen restiterūt in isto dicentes: q2 nō hinc discedim⁹ nisi digni fuerimus adorare eum. Quorū cum ille humilitatem ⁊ patientiam perdidisset compunctus aperuit ostium: ⁊ osculantes se inuicem gustauerunt pariter. Dixit ergo eis ipse senex. In veritate nō sunt ea sola que audiui sed ⁊ centupla opera vidi in vobis. Et ab illo die amicus charissimus factus est ei. §.xc.

Abbas mutues aliquando edificauit sibi cellulam in loco qui dicitur Eracleona. Et dum ibi a multis molestaretur: alterum locum introgressus est ⁊ similiter etiam ibi cōstruxit habitaculū. Sed per insidias diaboli quidam frater inuētus est ibi: qui per inuidiam semper irā cum eo habuit propter quod surrexit inde: ⁊ ad propriū reuersus est vicum: ⁊ fecit sibi illic quoq3 cellulā: ⁊ reclusit se in eā. Post tempus autem aliquantulū cōgregati sunt senes de illo loco vnde egressus est. Deducentes secū illū fratrē: cū quo habuit litem quatenus rogarent eū vt rediret ad cellā suam. Postq̄ autem in vicinū locum venerunt: tam melotes suas q̄ illum fratrem ibidem dereliquerunt. Ipsi vero profecti sunt ad senem. Et pulsantibus illis aperta fenestra respexit eos: ⁊ cognouit ⁊ dixit eis. Ubi sunt melotes vestre. Atilli responderūt. Ecce hic in vicino sunt vna cum fratre illo: qui tecum iram habebat. Hoc postq̄ senex audiuit et illos cognouit: pre gaudio ostium per quod ingressus fuerat eum securi confregit: ⁊ egressus cucurrit vsq3 ad locū vbi erat ille frater: ⁊ cepit ipse prior penitētiā apud eum agere: ⁊ amplexat⁹ est eum. Et introduxit illos in cellam suam: ⁊ per tres dies cōuiuatus est cum eis qui nunq̄ habebat consuetudinem vt ieiunium solueret. Et postea surrexit ⁊ profectus est cum illis. §.xcj.

Abbas agathon solebat dicere. Nunq̄ litē habens cū aliquo dormiui: sed nec permisi aliquem mecum litem habentem dormire: quātum ad virtutē meā pertinuit: nisi prius cum illo in pace reuerteretur. §.xcij.

Erant duo senes in vna cella pariter sedētes ⁊ nunq̄ inter se vel qualēcūq3 parum in contentione habuerunt. Dixit ergo vnus ad alterum. Faciamus vel nos vnā litem sicut ⁊ alij hoīes. At ille alter dixit ei. Nescio quemadmodum fit lis. Dicit ei ille. Ecce ego pono laterē ī medio ⁊ dico q2 me⁹ est: ⁊ tu dic: quia non est tuus sed meus: ⁊ ex hoc fit contentio ⁊ rixa. Et cum posuissent laterem in medio dicente vno quia meus est: ille alter primo respondebat ego meum esse spero. Cum ille alter iterum diceret. Non est tuus sed me⁹. Tunc ille respondit. Et si tuus est tolle illum. Quo dicto non inuenerunt quemadmodum litigarent. §.xciij.

Quodam tempore orāte beato Machario abbate vox ad eum personuit dicēs. Machari nedum mensuram duarum mulierum peruenisti: que in proxima habitant ciuitate. Quo audito: senex exurgens arrepto baculo in destinatam peruenit ciuitatem. Cunq3 ostium quesiite domus atq3 inuēte pulsaret egressa vna ex illis cū magna exultatione eū suscepit. Quas virasq3 senex cōuocatas ita est allocutus: propter vos tantum laborem veniens ex solitudine longinqua sustineo: vt opera vestra cognoscerem: que mihi vos condecet enarrare. Cui ille sic dixerunt. Crede nobis sanctissime pater: quia nec presenti nocte a maritorū lectulis fuimus separate. Qualia ergo operas nobis exquiris. Sed senex in precibus persistebat vt ei vite sue ordinem declararent. Cui tunc ille compulse dixerunt. Nos nulla inter nos sum⁹ consanguinitatis affinitate coniuncte. Contigit autem vt duobus fratrib⁹ iungeremur: ⁊ cum his quindecim annis in domo vna pariter pmanentes neq3 turpe verbum altera dixit ad alteram: neq3 litem aliquando cōmisimus: sed in pace hactenus viximus et consensum tractauimus: quatenus pariter relictis maritis in congregatione religiosarum virginum proficisceremur: et multis precibus hoc a coniugibus non valuimus obtinere. Quo non adepto inter nos ⁊ deum posuimus testamentū vt vsq3 ad mortem nostram seculare verbum nō loqueremur omnino. Que cum audisset beatus Macharius dixit. In veritate nō est virgo neq3 maritata neq3 monachus: neq3 secularis: s3 de⁹ tantum propositum querit: ⁊ spiritū vite omnibus ministrat. §.xciiij.

Frater quidam erat in cōgregatiōe inquietus ⁊ frequenter mouebatur ad iram. Dicit in seipso. Uado ⁊ solus habito in aliquo loco: ⁊ cum nō habeo cum quo dicam vel audiam: ero quietus: et quiescet a me passio ire. Egrediens ergo manebat in spelūca solus. Una autem die implens sibi surculam aque: posuit ibi in terram. Contigit autem vt subito verteretur. Ille vero implebat secundo. Et iterum versa est. Dein de tertio implens posuit. Et iterum versa est. Qui commotus furore tenuit vasculum ⁊ fregit. In se autem reuersus cognouit: quia ab eodem demone iracundie sit illusus: et dixit. Ecce ⁊ solus sum ⁊ vincit me. Reuertar ergo in congregationem quia vtiq3 labore ⁊ patiētia opus est maxime dei adiutoriū. Et exurgēs reuersus est in locum suum. .§.xcv.

Beatus macharius de semetipso referebat dicens. Dum essem iuuenis ⁊ tamen in cella residerem: tenuerūt me tenentes clericum ordinauerūt in vico. Cum autē ibi essem nolens: sed in solitudinem refugissē3 ⁊ quidā mihi secularis opere meo vēdito ministraret cōtigit quandā virginē per stuprū ventris onus accipere. Que dum a parētibus a quo fuisset cōpressa requirit. Dicit illa Anachoreta ille noster hoc in me scel⁹ perpetrauit. Egressi vero parentes puelle cōprehēdētes me: suspenderunt meo collo vasa fictilia ⁊ p singulas semitas circūducebant me cede mactātes atq3 insuper his vocib⁹ vna cū cachinno insultātes hic monachus filie nostre vim intulit. Cūq3 me vsq3 ad necē fustib⁹ pene mulctassent: quidā ex seniorib⁹ dixit. Usq3 quo hunc peregrinū monachum cedēdo interfi

citis. Sed ⁊ mihi ministrāti ⁊ rubore perfuso iniurias irrogabāt dicentes. Ecce quid fecit tuus sanctus: cui tu testimonium perhibebas. parentes autem puelle dixerunt: nulla hunc ratione dimittimus: nisi pro alimentis puelle prestandis aliquis pro ipso satisfactor accesserit. Qd dn̄ ministranti mihi vt faceret innuissem: interposita me sua fide suscepit. Itaq; regressus ad cellulam: quantascunq; inueni sportellas ei cōtribuebam: quibus venditis: victū mihi cōiugiq; mee ministraret. Dicebam autē. Ecce machari inuenisti tibi vxorem: necesse est ergo amplius operari: vt eam valeas enutrire. Et tam dieb⁹ q̄ noctibus operabar: vt ei victum ministrarem. Sciebam enim quia deus iudex ⁊ testis est in omnibus. Sed quando illi tempus pariendi aduenit diebus plurimis magnis stridorib⁹ cruciata parere non potuit. Que quid rei esset: ab obstetricibus requiritur. Illa vero rn̄dit. Quia anachorete illi cām nō haberē: crimen imposui. Nam me iuuenis vicin⁹ noster ille cōpressit: qd cū ille q̄ mihi ministrabat audisset: gaudio repletus festinus aduenit dicēs: infelicem illā puellā priusq̄ fateret q̄ tibi calūniā frustra cōtexit: parere nullaten⁹ potuisse vociferans: sed ⁊ oēs vicinos postulans venire: ⁊ ad te me misit veniā a te postulare. Que ego cognoscēs ne me ipsi hoīes molestarēt festinus abscedēs in scithia pueni ⁊ hec est causa nostri ad ista loca aduentus. §.xcvj.

Quidam frater requisiuit abbatem Poemenē dicens Quid faciā pater qm̄ conturbor a tristitia. Dixit ei senex. Neminem pro nihilo despicias nullum condemnes: nulli detrahas: ⁊ dabit tibi dominus requiem. §.xcvij.

Dicebat abbas Poemē de abbate Isidoro q; solus ipse se cognouisset. Nā quoties illi cogitatio sua dicebat: q; magn⁹ esset: rn̄ce ⁊ ipe rn̄debat ad se: nunqd talis sum qualis antoni⁹: aut certe abbas Pābo: vel reliq̄ pres q̄ deo placuerūt quoties ergo hec cogitabat: requiescebat. Qn̄ vero inimic⁹ cōturbās eū suggerebat ei desperationē: ⁊ penas dicēs qm̄ post hec oīa iturus es ī tormēta dicebat iterū ipe: q; Et si vis ego in tormēta mittar: ibi vos subtus me inuenio. §.xcviij.

Abbati moysi frequēter apparuerūt spūs mali dicētes. Preualuisti nobis Moyses: ⁊ nihil tibi possum⁹ facere: ⁊ quoties te in desperationē humiliare volumus exaltaris quoties autem exaltaris: ita te humilias: vt nullus de nobis accedat ad te. §.xcix.

Cum quidam abbatem sysoyum frequēter talem sermonem requireret qd faciā pater qm̄ cecidi: respondit surge. At ille respōdit. Exurrexi. Et iterum se cecidisse confessus est. Ait senex. Et iterū surge. Cum aūt frater frequenter se surrexisse: ⁊ frequenter se cecidisse narraret: eodē sermone senex vtebat exclamās. Nō cesses exurgere fili. Tū frater. Usq; quo possum surgere pater explana. Tūc senex ait Quousq; aut in bono opere aut in malo deprehensus occumbes. In quo enim opere homo deprehensus fuerit in eo iudicabitur. §.c.

Quidam senex tentabatur a cogitationibus grauiter per annos decem: ita vt iam desperaret dicens. Perdidi iam aīam meā: si quatenus semel perij iam reuertar ad seculum: Cūq; aūt proficisceret venit ad eū vox dicens. Decē anni in quibus certasti corone tue erunt. Reuertere ergo in locum tuum: ⁊ ab omni mala cogitatione libero te. Et statim regressus permāsit in incepto opere. Nō est ergo bonū desperare se quemq̄: ꝑpter cogitationes. Ille enim magis nobis coronam prouident: si vtiliter eas pertractantes transierimus. §.cj.

Quodam tempore abbas Antonius dum resideret in eremo spiritu tentatus accidie dicebat ad deum. Domine saluari desidero: sed cogitationes varie non me permittunt: Quid faciā in tribulatione mea vel quomodo saluari valeā? Dignanter ostende. Et post paululum surgens quendā sibi similem conspicatur: sedentem torquentem funiculum ⁊ surgentē ex opere ⁊ orantem. Erat aūt ad emēdationē angelus Antonij destinat⁹. A quo etiam hunc sermonem audiuit. Et tu ita faciēs Antoni: saluaberis. At ille simo gaudio cumulatus: accepta cōfidentia: saluatus est. §.cij.

Quidām frater requisiuit senem dicēs. Quid faciam pater: quoniā nulla opera facio monachi: sed in negligentia cōstitus comedo: ⁊ bibo ⁊ dormio: ⁊ de hora in horam transgredior de cogitatione in cogitationem: ⁊ propterea contristor ⁊ deficio? Cui senex ait. Tu sede in cella tua: ⁊ fac quod potes sine perturbatione animi: ⁊ cōfide in deum quia qui sedet in cella sua propter deum inuenietur in loco illo vbi est abbas Antonius. §.ciij.

Alter frater requisiuit abbatē Achillem dicēs. Cur sedens in cella mea patior accidiam? Cui senex ait. Quia necdum vidisti requiem fili: quā speramus: neq; tormenta que timem⁹ Si enī ea diligēter inspiceres: etiam si vermibus plena esset cella tua vsq; ad collum: tu tamen in ipsa iaceres sine accidia. §.ciiij.

Quidam frater abbatem Antonium requisiuit dicens. Quid obseruando deo placebo. Respondit senex. Quod demando tibi custodi. Quocunq; vadis deum semper habeto p̄ oculis tuis. Et quodcunq; opus exerces: sume ex diuinis scripturis exēpla: ⁊ in quocunq; loco resederis ne inde citius mouearis: sed patienter in eodem loco consiste. Hec tantū tria custodiens saluus efficieris. §.cv.

Quidam frater cum expetisset sermonem ad abbatem Moysen dicit ei senex. Uade et sede in cella tua. Cella autem tua omnia te potest instruere: si ibi permanseris. Sicut enim piscis ex aqua eductus statim moritur ita et monachus perit si foris cellā

suam voluerit tardare. §.cvi.

Uidam frater requisiuit abbatem Poemenez. Si melius est remotiꝰ an cum alijs manere. Respondit senex homo si seipsum reprehendit: vbiqꝫ potest persistere. Si autem se magnificat nusq̃ stat: sicut scriptuz est. Qui se existimat aliquid esse cũ nihil sit: ipse se seducit. Quicquid enim boni fecerit homo: ne exultet in eo: quia mox perdet illud. §.cvij.

Liquando venit ad abbatẽ zenonẽ: in Syriaz aliquis frater egyptius: ⁊ cepit cogitationes proprias accusare presente sene. Ille autem admirans dixit. Egyptij virtutes quas habent celant ⁊ vitia que non habent manifestant. Syri autem ⁊ greci virtutes quas non habent predicant: ⁊ vitia que habent abscondunt. §.cviij.

Uidam senex dixit qui ab hominibꝰ amplius honoratur aut laudatur: nõ parum anime dãnum patitur: qui autem penitus ab hominibꝰ nõ honoratur desup gloriã a deo accipiet. Idem dixit fieri nõ põt vt simul ⁊ herba nascatur ⁊ semen. Ita impossibile est vt laudẽ ⁊ gloriã secularẽ habẽtes simul etiã ⁊ fructũ faciamꝰ celestẽ Idẽ dixit. Sicut thesaurus manifestꝰ minuetur ita ⁊ virtꝰ deperit publicata. Nã sicut cera a facie ignis soluit: ita ⁊ aĩa per laudem resoluta perit ab intẽtione sua. Idẽ dixit. Qñ cogitatio vane glorie vel superbie te impugnat: perscrutare teipꝫ si oĩa dei mãdata seruasti: si inimicos tuos diligis: si gaudes in gloria inimici tui: ⁊ contristaris in deiectione eius: si apud te habes: quoniaz seruus inutilis sum ⁊ plus oĩbꝰ hominibꝰ peccans: ⁊ neqꝫ tunc tamen aliq̃d grande sapias tanq̃ aliquid boni feceris sciens q̃ elata cogitatio oĩa illa bona dissoluit. §.cix.

Uidã senex cũ venisset ad aliũ senẽ: dixit ei. Ego iã mortuꝰ sum seculo huic. Et ille alter rñdit. Ne cõfidas ĩ teipm donec egrediaris de corpe hoc. Nã ⁊ si tu dicas: qm̃ mortuus sum: diabolꝰ iñ necdũ est mortuꝰ: cuiꝰ innumerabilia sunt artis mala. §.cx.

Icebãt de quodã sene q̃ fuerit q̃nquagita annos nec panẽ comedẽs nec facile aquã bibens. Et dicebat q̃ extinxi fornicationẽ ⁊ auaritiã ⁊ vanã gloriã. Et veniẽs ad eũ abbas Abraaz audiẽs q̃ hoc dixisset: dicit ei. Tu dixisti hũc sermonẽ Et ille rñdit. Etiã: ⁊ dixit ei abbas Abraã. Ecce intra ĩ cellã tuã ⁊ inuenies sup mattã tuã mulierẽ potes non cogitare q̃ mulier est. Et ait: non. sed repugno cogitationi mee nõ tangã illã. Dicit ei Abbas Abraã. Ecce nõ interfecisti fornicationem: q̃ viuit passio ipsa: sed alligata est. Iterum si ambulas in via ⁊ vides lapides ⁊ testas vasorũ ⁊ inter ipsas iacẽs aurũ potes mẽte tua aurum q̃d vides velut lapides reputare. Et rñdit nõ. Sꝫ resisto cogitatiõi mee ne colligã illud: ⁊ dicit ei Abraã. Ecce ergo viuit passio: sed alligata est. Et dixit iterũ abbas Abraaz. Si audieris de duobus fratribꝰ: quia vnus diligit te ⁊ bona loquit̃ de te alius autem odit ⁊ detrahit tibi ⁊ venerint ad te vterqꝫ: equaliter suscipis: ⁊ dixit. Nõ: sed extorqueo aĩo meo vt similiter benefaciam ei qui me odit sicut ⁊ illi qui diligit me. Et dixit ei Abraam. Uiuũt ergo passiones: sꝫ tantũmodo a sanctis viris quodaz modo ligantur. §.cxi.

Uidã senex habitabat in inferioribꝰ partibꝰ eremi: ⁊ sedebat quiescens: vnus autez secularis religiosus ministrabat ei. Contigit autem vt filiꝰ secularis istius infirmaretur. Multis ergo precibus postulabat senem vt veniret in domum suam: ⁊ faceret orationem pro infante. Exurgens autem senex ambulabat cum eo. Ille autez precessit ⁊ ingressus in domũ suã dixit. Uenite ĩ occursum anachorete. Quos cum vidisset de longe egressos cum lampadibꝰ sensit q̃ ad se venirent. Despolians itaqꝫ se vestimenta sua misit in flumen: ⁊ cepit ea lauare stãs nudus. Ille aũt qui ministrabat ei erubuit ⁊ rogauit hoĩes dicẽs. Reuertimini senex eñ noster sensum p̃didit. Et veniẽs ad eũ ait illi. Abba ad quid hoc fecisti? Oẽs eñ qui te viderũt dixerũt q̃ demonem hꝫ senex. Cui ille. Et ego hec volebam audire. §.cxij.

Um quidam iudex p̃uincie abbatem Moysen vellet adorare: audiẽs ille fugiebat de loco suo. Et cũ obuiã forte illi fuisset: requisiuit iudex ab eo dicẽs. Dic nobis: vbi est cella abbatis Moysi? At ille rñdit. Quid illũ vultis videre hoĩem stultũ ⁊ hereticũ. Q̃d cũ audisset iudex veniẽs ad ecclesiam: retulit clericis dicens. Ego quidẽ diuersa audiẽs de abbate Moyse: volui ab eo benedici: sed quidã veniens mihi obuiaz monachus retulit de eo q̃ esset hereticꝰ. Q̃d cum audissent clerici contristati sunt. Et ceperũt interrogare euz qualis esset monachus ille: q̃ hoc ei dixisset. Ille aũt respondit. Senex erat ⁊ vetertimis indutus vestimentis longus ⁊ niger. Et tunc cognoscẽs ex relatione eoruz quia ipse erat Moyses: satis miratus discessit. §.cxiij.

Bbas Sysoyus cuz habitaret in mõte in quo erat beatus Antonius reclusus quidam secularis ad eum cum filio proprio percipiende benedictiõis gratia properabat. Contigit autem vt infans moreretur in via. Quem pater sine vlla perturbatiõe mentis sublatum cum fide portauit ad senez: ingressusqꝫ cellulam tam se q̃ infantem proiecit in terram: vt est moris postulantium benedictionem. Oratione autem expleta exurgens pater egressus est: filiũ corpusculo derelicto ante pedes abbatis: quem cum adhuc senex orandi causa iacere speraret: surge inquit fili ⁊ egredere defunctum enim esse nesciebat Cõfestimqꝫ puer exurgens egressus est. Cũqꝫ vidisset pater eius: obstupuit egressusqꝫ in cellulam adorato sene: totaz causam filij q̃ luctum cum fide narrauit. Sed senex valde mestus effectus est: non enim a se quicq̃ tale volebat audiri factum. Sed per discipulum suum homini illi ne cuiq̃ vsqꝫ ad transitũ suum hec diceret imperauit. §.cxiiij.



Um quidā secularis in ecclesiam veniens ab immundo spiritu teneret: ⁊ cum omnes orationem fecissent: ⁊ nullatenus spiritus immundus ab eo egrederetur: dicunt ergo inter se fratres. Quid possumus huic spiritui facere. Nemo potest illū excutere nisi abbas Besarion. Sed si dixerim⁹ hoc: ille nec ad ecclesiā acquiescet venire. Sed faciam⁹ taliter: quoniā ante omnes solet ad ecclesiā venire: hūc qui patitur faciam⁹ sedere: ⁊ postea dicamus abbati. Abba suscita hunc dormientē. Fecerunt ita. Et veniente abbate Besarione: steterūt oēs in oratione ⁊ dicūt ei. Abba suscita etiam istū dormientem. Ille autem excitauit eum dicēs. Surge et egredere foras. Et mox ab eo egressus est spūs immundus ⁊ sanus effect⁹ est ex illa hora. §.cxv.



Rat quidā habens filium paralyticuʒ in egypto et attulit eū in cellam beati Besarionis abbatis: ⁊ reliquit eū super ostium plorantē ⁊ discessit longe. Cepit ergo infans flere. Cū autem senex per fenestram vidisset eum dixit quis te huc detulit fili? Cui infans respondit. Pater meus detulit me: ⁊ ipse discessit. Cui senex dixit. Surge ⁊ adiungere illi. Et mox sanus effectus surrexit ⁊ ꝑuenit ad patrem suum. §.cxvj.




Ixit abbas mutues. Quantum homo deo appropinquauerit: tantum se peccatorem videbit. Esaias enim propheta videns dominum miserū se ⁊ immundum vocauit. Nos ergo non simus hic sine solicitudine. Dicit enim scriptura. Qui stat videat ne cadat. Incerti ergo nauigauim⁹ in hoc mundo. Sed nos quidē quasi in tranquillo mari nauigare videmur: seculares viro q̄si ī periculosis locis. Nos q̄si in die sole iustitie illustrari: illi vero in ignorantia quasi per noctē. Sed frequenter contingit vt secularis in tenebrosa nocte nauigās propriam nauim saluet: nos aūt dum in tranquillo nauigamus: sepius ex ipsa securitate negligim⁹ ⁊ primū humilitatis gubernaculum relinquentes sepe periculosa naufragia patimur. Sicut eī impossibile est nauim firmā fieri sine clauis ita impossibile est hominē sine humilitate saluari. Idē dixit. Humilitas nec ipsa irascitur: nec alios permittit irasci. Idem dixit. Humilitas est si quādo peccauerit in te frater tuus anteꝙ peniteat ille indulseris ei. §.cxvij.



Acharius abbas dū diluculo palmarum folia portans ad cellam suam reuerteretur / occurrit ei diabol⁹ cū falce preacuta: volensq̄ eum percutere non valebat: qui exclamans dixit. Magnam a te vim patior o Machari: qui cum tibi cupio nocere non valeo: duʒ te quecūq̄ facis ego magis exuperē. Tu ergo ieiunas interduʒ: ego nullo vnꝙ cibo reficior. Tu sepe vigilas me vero sopor nunꝙ oppressit. Sed in vna re me vincis ipse profiteor. Cū ab eo rem ipsam btūs Macharius requisisset humilitas tua dixit sola me vincit. Hec dicēte inimico ⁊ extendente btō Machario manus suas ad orationē spūs immūdus inter auras euanuit. §.cxviij.




Uidam ex senibus monachorū eremita fuit: quem quidē a spiritu malo correptus ⁊ spumans fortiter eum in maxillam percussit. Senex autem prebuit illi alteram maxillam vt feriret: diabolus auteʒ non sufferens incendium humilitatis eius statim discessit. §.cxix.



Uidam ex patribus dicebat. Omnis labor monachi sine humilitate van⁹ est. Humilitas enim precursor est charitatis. Sicut Joannes erat precursor Jesu: omnes trahēs ad eum: ita ⁊ humilitas attrahit ad charitatem: id est ad ipsum deum: q2 deus charitas est. §.cxx.



Uodam tēpore abbas Machari⁹ dum ad mōtē nitrie ascēderet discipulo suo vt parū ꝓcederet imperauit. Qui cū aū illū pergeret: obuiū habuit quendā sacerdotē idolorū: cursu cōcito venientē ⁊ lignum grande portantē. Cui exclamās ait. Quo curris demon. At ille iratus tantis eū plagis affecit vt exanimē pene relinqueret. Et relicto eo sacerdos idolorū iterū currebat: progressusq̄ parū obuiauit btō Machario. Qui ait ad eū. Salueris liberator salueris. At ille admiratus respōdit. Quid in me boni cōspexisti: vt me ita salutares. Cui senex ait: quia vidi te laborantem ⁊ curris ignoranter. Cui sacerdos dixit. Et ego salutatione tua compunctus magnum seruum dei te cognoui. Nam alter nescio quis miserabilis monachus occurrēs mihi iniurias fecit sed ⁊ ego plagas illi ꝓ verbis imposui. Tunc apprehendens pedes btī Macharij clamabat dicens. Nisi me monachum feceris nō desistam. Pergētesq̄ pariter venerunt ad locū vbi cesus frater iacebat. Quē vtriq̄ tollentes q̄m gradiri nō poterat manibus in ecclesiam pertulerūt. Cū aūt fres vidissent sacerdotē illū btm̄ Machariuʒ comitantē stupefacti cū admiratione monachū illū perfecerūt: ⁊ multi ꝓpter illū ex paganis facti sunt christiani. Dicebat ergo abbas Macharius: q2 sermo superbus ⁊ malus etiā bonos viros conuertit ad malum: sermo vero humilis ⁊ bon⁹ etiam malos mutat in melius. §.cxxj.



Epe dicebat beatus Antonius: nisi pistor mole oculos opiret mercedeʒ suam recipiēs ipse consumeret. Ita ⁊ nos per dei dispensationem tegumē accipimus: vt ea que operamur bona non valeamus attendere: ne nosipsos beatificantes possimus extolli: ⁊ mercedem propriam amittamus. Nā ⁊ ob hoc quando relinquimur in sordidis cogitationibus: necesse est vt hoc tantūmodo prouideamus vt nosipsos ⁊ nostram sententiam condemnemus ne ea que sunt in nobis sordida illud paruum bonum opus nostrum in nobis obscurēt. Nunꝙ eīn homo bon⁹ est: etiā si bonus esse desideret: nisi de⁹ habitauerit in ipso: q2 nemo bon⁹ nisi solus de⁹. Oportet ergo vt nosipsos semper incusemus. Quādo eīn se quisq̄ reprehendit: mercedem propriā non amittit. Item beatus Antonius retulit vidisse oēs laqueos inimici super vniuersam terram extentos: ⁊ cū suspirans dixisset: quis hos poterit transire? vocē ad se dicentem audiuit hu

milias sola pertransit Antoni: quam nullo modo valent superbi contingere. Item beatus Antonius dum in cella propria oraret venit ad eum vox dicens. Antoni nondum peruenisti ad mensuram coriarij: qui est in Alexādria. Quo audito senex surgēs mane arrepto baculo in ciuitatē Alexandriā festinus venit. Cumq; ad designatū hominē fuisset ingressus ille viso tanto viro obstupuit. Cui senex dicit. Refer mihi opera tua: quia propter te relicto deserto huc veni. Qui respondens ait. Nescio me aliquādo aliquid boni perpetrasse. Unde ex cubili proprio mane consurgēs antequam in opere meo residꝫam dico quod omnis hec ciuitas a minore vsq; ad maiorē ingreditur regnum dei propter iustitias suas: ego autē solus propter peccata mea penā heredito sempiternā. Quod verbū antequam quiescaꝫ sero ex cordis mei recenseo veritate. Quod audiens beatus Antonius respōdit. In veritate fili: sicut bonus artifex sedens in domo tua cum requie regnum dei adeptus es: ego autē veluti sine discretione omne tempus meū in solitudine conuersatus: necdum verbi eius assumpsi mensuram. §.cxxij.

Uidā fr̄ requisiuit abbatē Poemenē dicēs. Quid est pr̄ qḋ ait apostolus Omnia munda mūdis? At ille dixit ei. Si quis ad hūc sermonē poterit puenire vt eū intelligat: videbit se minorē esse toti⁹ creature. Cui frater. Et quō possum me minorē videre eo q̄ homicida est. Rn̄dit senex. Si potuerit homo ad hūc sermonē apl̄i puenire: et viderit hoīem q̄ forte occidit aliū dicit in semetipso. Ille q̄dē hoc solū pctm̄ fecit: ego aūt oī hora homicidiū cōmitto meipsum peccādo interficiēs. Et cū fr̄ requireret: quō hoc possit fieri. Rn̄dit. Hec sola iusticia est hoīs vt semetipm̄ reprehēdat. Tūc eīn iustus est cum sua peccata condemnat. §.cxxiij.

Um sederent quidam fratres prope abbatem Poemenē: vnus alium quēdam fratrem laudauit dicēs. Bonus est ille frater quoniam mala horret. Cui senex ait. Et quid est mala horrere. At ille nesciens quid ei responderet petebat dicēs. Dic mihi qd est malū horrere. Cui senex ait. Ille horret mala qui sua peccata horret: et omnem fratrem suū beatificat et diligit. §.cxxiiij.

Uidam frater requisiuit abbatē Poemenē dicens. Quomodo pōt hō vitare ne loquatur malū de proximo suo? Respondit senex. Ego et proximus meus due imagines sumus: cum ergo meam imaginē reprehēdero: inuenitur imago fratris mei apud me venerabilis. Quando autem meam laudauero tunc fratris mei imaginem paruam respicio. Tunc ergo de alio non detracto: si semper meipsum reprehendo: quia magnum virum despicit qui seipsum considerat. §.cxxv.

Ixit abbas yperitius: quia sicut leo terribilis est onagris: sic monachus probatus cogitationibus concupiscentie. Dixit iterum supra quod ieiunium frenum eē monacho aduersus peccatum. Qui autem abijcit ieiunium velut equus feruens desiderio femine rapitur. Dixit iterum qui supra sic castum ieiunio corpus monachi animam de profundo eleuat exsiccat fistulas delectationum. Dixit iterum qui supra. Castus monachus in terra honorabitur et in excelso coronabitur. Dixit iterum qui supra. Monachus qui non retinet linguam suam in tempore furoris: nec corporalium passionum retentor erit aliquando. Dixit iterū qui supra. Uerbum malum non proferat os tuū: quoniam vitis non affert spinas. Dixit iterum qui supra. Bonum est manducare carnem et bibere vinum quam mādúcare carnes fratrum. Dixit iterum qui supra Susurrans serpens euam eiecit de paradiso. Huic ergo similis est qui proximo suo obloquitur: quia audientis se animam perdit: et suam non saluat. Dixit idē qui supra. Acta est aliquando festiuitas in scithia: et dederunt seni in calice vinū. Qui abijciens ait. Tollite a me mortem istā. Qḋ vidētes alij qui cū ipso edebāt nec ipsi biberūt. Alia vice allatū est vasculū vini de primitijs: vt daret fratrib⁹ ad singulos calices. Introiens aūt quidā senex et vidēs quia vinū acceperāt fugit in criptāq; cecidit. Et cum audissent sonum currentes inuenerunt fratrē seminanimē iacentē: et ceperunt eū obiurgare dicētes. Bn̄ tibi cōtigit: quia vanā gloriam habuisti. Abbas aūt refrenās eū dixit. Dimitte filiū meū: bonū opus fecit: et viuit dn̄s: quia non reedificabitur cripta hec tēporibus meis vt cognoscat mūdus: quia propter calicem vini cecidit cripta. §.cxxvj.

Olebat dicere abbas Joānes. Paruam sarcinam dimisimus id est nosipsos reprehendere et grauem portare elegimus id est vt nos iustificem⁹ et alios condēnemus. Aliquando factus est cōuentus in scithia: et loquebantur patres de quodam fratre culpabili: abbas autem prior tacebat: postea aūt surgēs egressus est: et tollens saccum impleuit harena: et portauit in humeris suis: et mittēs in sportella modicū de hac harena portabat etiam ipsam in ante. Interrogatus a patrib⁹ quid esset ille rn̄dit. Sacc⁹ iste q̄ multū harene hꝫ mea pctā sunt: quia multa sūt: et posui ea retro me ne dolcā pro ipsis et plorē: ista aūt modica harena pctā sunt fris isti⁹ et sunt aū faciē meā: et ipsis excrucior iudicās fratrē. Qḋ nō oportet ita fieri: sed pctā mea aū me magis esse. Et de ipsis cogitare sepe: et rogare deū vt ignoscat mihi. Audientes aūt patres dixerūt. Uere hec est via salutis. §.cxxvij.

Enit abbas Isaac de thebaida in cōgregationem fratrū et vidit quēdam de fratribus culpabilē et adiudicauit eū. Cū aūt regrederet ad eremū venit angel⁹ dn̄i: et stetit ante ostiū celle eius dicens. Non te dimitto intrare. Ille aūt rogabat vt eius culpa manifestaretur. Et rn̄dens angelus dixit. De⁹ misit me vt dicerē tibi. Ubi iubes vt mittam illū fratrem quē adiudicasti. Et statim abbas Isaac penitentiā egit dicēs. Peccaui ignosce mihi. Et ait angelus. Surge ignouit tibi de⁹: sed custodi decetero ne adiudices quemq̄ priusquam iudicet eū deus. §.cxxviij.

Ontigit fratri cuidam culpa in cenobio et dum a ceteris increparetur ad abbatem profectus est Antonium.

Et assecuti sunt eum fratres volētes eum redu
cere:ceperuntqꝫ ei culpas exprobrare. Ille vero
fecisse culpam denegabat. Inuētus est ibi Ab-
bas ꝗ aphūtius cui cognomen erat cephalus:
qui talem retulit in congregatione fratrum in-
auditam parabolam. Uidi inquit in ripa flumi-
nis hominē vsqꝫ ad genua in limo demersum:
venientes autem vt eum porrecta manu extra-
herent vsqꝫ ad collum demerserunt. Hunc bea-
tus Antonius de beato Paphuntio ait. Ecce
homo q̄ ex veritate potest animas saluare. Qđ
fratres illius sermone compuncti agētes peni-
tentiam cum qui discesserat ad cenobium reuo
cauerunt. §.cxxix.

Dixit quidā de senioribꝰ. Si videris ali
quē peccantē ne mittas culpā in eum
sed in quo illū impugnat eum apud te
metipꝫ dicens. Ueh mihi qꝛ sicut iste
nolēs victus est sic ⁊ ego hodie vel cras ⁊ plan-
ge ⁊ inquire dei solatium:nemo enim vult pec-
care:sed omnes decipimur. §.cxxx.

Quidam thimoteus anachoreta:negli-
gentem fratrem aliquem audiens in-
terrogante ipsius abbate:quid illi fra
tri faceret dedit consilium vt eum ex-
pelleret. Cum ergo ille fuisset expulsus:tētatio
venit ad timotheū. Et cum ploraret in cōspectu
dei ⁊ diceret miserere mei venit ad eum vox di
cens. Timothee ideo tibi hoc venit quia fratrē
tuū in tēpore sue tētatiōis despexisti. §.cxxxj.

Dicebant autē quia narrauerit aliquis
sanctorū patrū vidisse se quatuor ordi
nes in celo quorū primus erat hoīm
infirmorū ⁊ gratias agētiū deo. Scđs
ordo erat hospitalitatē sectantiū ⁊ instāter mi-
nistrātiū eis. Tertius ordo in eremo cōmanen-
tium ⁊ non videntium homines. Quartus ordo
erat qui ad obedientiā spiritualibus patribus
se subijciūt propter deum. Uidebatur ergo ordo
obedientium torque aurea ⁊ maiorē gloriam ꝙ
alij habebat. Ego autē dixi ei: quis mihi hec oīa
ostendebat. Quomodo iste ordo qui paruus est
maiorē gloriā habet ꝙ alij ordines. Et rñdens
dixit mihi. Quia qui hospitalitatē sectātur fm
ꝓpriā voluntatē idipsum faciūt. Similiter qui
in eremo se relegāt ambitiose de seculo recesse-
runt. Hic autē ordo qui se ad obediendum dedit
oēs volūtates suas abijciēs pēdet ad deum et
ad iussionē spiritualis patris ꝓpterea ⁊ maio-
rem gloriam habet. Quapropter o filij bona est
obediētia que propter deū fit. Intēdite ergo fi-
lij virtutis huius aliqđ ex parte vestigiū. Obe-
dientia salus est omnium obedientia genitrix
est omnium virtutū: obedientia regni celorum
inuētrix est:obediētia celos aperit ⁊ hominem
de terra eleuat:obediētia cohabitatrix est ange
lorum:obediētia sanctorū omniū cibus est. Ex
hac enim ablactati sunt ⁊ per hanc ad perfectio
nem peruenerunt. §.cxxxij.

Quidam senex dixit. Quia si q̄s fra
tri suo iniunxerit causam.cū timo-
re dei et cum humilitate sermo ille
qui propter deum fit compellat fra
trem suum obedire et facere quod
iniunctum est ei. Si autem obedire
quis cupiens non fm timorē dei:sed ex autorita
te ⁊ ꝓpria voluntate fratri voluerit imperare:vi
det deus absconsa cordis:⁊ non illum pmittit vt
obediat imperanti ne faciat qđ illi preceptū est
quia manifestuꝫ est opus dei quod fit ꝓpter deū
⁊ manifesta est omnis autoritas que per iactan-
tiam ordinatur. Quecūqꝫ enī ex deo sunt a prin
cipio humilitatem habent:que autē ex autorita
te ⁊ iracundia aut scurrilitate vel ꝯturbatiōe ex
diabolo sunt. §.cxxxiij.

Abbas Siluanꝰ habebat discipulū no-
mine Marcū:cuiꝰ obedientia erat ma-
gna ⁊ ꝓpterea senior diligebat eū. Habe
bat aūt ⁊ alios vndecim discipulos qui
cōtristabanł eo ꝙ illū plus diligeret. Qđ postꝙ
alij senes audierūt mesti venerūt ad eū vt ei re-
nūciarēt:qꝛ fratres illi qui cū eo erāt ꝯtristabāł
Sꝫ anteꝙ illi aliq̄d faterenł:ipse cū illis ad sin-
gulorꝫ cellas ꝓfectꝰ est. Et vnūquēqꝫ noīe ꝓprio
vocauit dicēs. Egredere foras frater:qꝛ opus te
habeo. Et nullꝰ ex illis voluit egredi. Uenerūt
autē post oēs ad cellā Marci:⁊ cū pulsasset ostiū
vocauit nomē eius:ille aūt mox vt audiuit voceꝫ
senis foris egressus est. Et ingressus abba in cel-
lā Marci:qm̄ scriptor erat:reperit quaternionē
quē scribebat:⁊ inuenit qđ in qua hora vocatus
est literā quā faciebat mediā dereliquit:tātissimo
doꝛ vt obediētiā adimpleret. Noluit aūt post au-
ditā vocē senis literā:quā ceperat complere. Uñ
illi alij senes dixerūt ei. In veritate quē tu diligis
⁊ nos iam diligimus:qꝛ ⁊ deus euꝫ propter suaꝫ
obedientiam diligit. §.cxxxiiij.

Senex quidā solitarius habuit quē-
daꝫ ministrū manētem in possessio-
ne. Contigit aūt semel:vt tardante
ministro deficerent necessaria seni.
Et cum tps intercessisset:⁊ nōveni-
ret minister ille defecerūt q̄ necessa
ria habebat senex ad victū:⁊ qđ operaretł mani-
bus suis. Qui cū affligeretł nō habendo qđ labo
raret:neqꝫ vñ viueret:dicit discipulo suo. Uis
vt vadas ad possessionē illā:vt voces nobꝭ mini
strū q̄ solet nobis afferre q̄ opus sunt nobis; ille
respondit. Qđ iubes facio. Differebat aūt senex
nō ꝑsumēs mittere fratrē. Et cū sustinerēt ⁊ tri-
bularenł nō veniēte ministro illo. dicit iteruꝫ se
nex ad discipulū suū. Uis ire ad possessionē ⁊ ad-
ducere eū. Et ille rñdit. Qđ vis facio. Timebat
aūt ⁊ discipulus eius descēdere ad possessioneꝫ
ne forte scandalizetł aliunde: sed ne inobediens
esset patri suo:acquieuit abire. Dixit aūt ei senex.
Uade ⁊ credo in deū patrū meorꝫ:qꝛ proteget te
ab omni tētatione ⁊ facta oratiōe dimisit eū. Ue
niēs aūt frater in possessionē requisiuit vbi ma-
neret minister ille. Et inuenit hospitiū eiꝰ. Cō-
tigerat aūt eum cū suis oībus ad memoriā parē
tuꝫ suorꝫ extra possessionē inuenit ⁊ nō inuenit
ibi quēꝙ:excepta vna filia eius que vt pulsantē
fratreꝫ audiuit venit ad ostiū ⁊ aperuit ei. Et cū
interrogaret eā de patre suo:illa hortata est euꝫ
vt intraret hospitiū:simił etiā ⁊ trahebat eū. Ille
vero nō acquiescebat intrare. Sed cum diu coge
ret:ꝓualuit eū introducere ad se:⁊ cōplexa est eū
⁊ cepit illicitare eū ad cōmixtionem corporis eiꝰ
Ille autē videns se trahi ad luxuriam ⁊ cogita-

tionibus confundi ingemiscens clamabat ad dominum dicēs. Dn̄e propter orationē patris mei libera me in ista hora: ꝛ dū dixisset subito inuētus est ad flumē pergēs ad monasteriū ꝛ restitutus est illesus ad abbatē suum. §.cxxxv.

Duo fratres carnales venerūt habitare in quodā monasterio: ex qb⁹ vn⁹ erat ꝑclare ↄtinētie: alter obedientie magne cui dicebat pr̄. Fac hoc ꝛ faciebat: ꝛ fac illud ꝛ faciebat mādu ca mane ꝛ mādu cabat. De qua re magnā in mōasterio opinionē habebat: qꝛ ita obediēs existebat. Uictus est frater ille cōtinēs aduersus eū inuidia: ꝛ dixit in semetipso. Ego ꝓbo istū si h₃ obedītētiā: ꝛ accedens ad patrē monasterij dicit ei. Mitte mecū fratrē meū vt eamus alicubi: ꝛ dimisit eos abire: ꝛ assumēs eū frater ille abstinēs voluit eū tētare. Et cū veniret ad flumē vbi erat multitudo crocodillorū dicit ei. Descende in flumē ꝛ transi: ꝛ mox ille descendit. Uenerūt crocodilli ꝛ lingebāt corp⁹ ei⁹: in nullo ledētes eū. Qd̄ cum vidisset frater ei⁹ dicit ei. Ascende de flumine: ꝛ cū iter agerēt inuenerūt corpus humanū iacens in via. Et dixit ille abstinēs ad fratrē suum. Si habuissem⁹ aliquid vestium: iactarem⁹ super corpus illud. Et respōdēs ille obediēs fratri dixit. Magis orem⁹ forsitan surget. Et stantib⁹ illis ad orationē: atq; orantib⁹ intente: surrexit mortu⁹ ille. Quo facto gloriatus est abstinēs frater ꝛ dixit. Pro cōtinētia mea suscitatus est mortuus hic. Omnia autē hec reuelauit deus abbati mōasterij corā: ꝛ qualiter tentauerit fratrē suum de crocodillis ꝛ quomodo suscitatus fuerit mortu⁹ ꝛ cū venissent ad monasteriū dicit abstinēti illi abbas. Quare ita fecisti fratri tuo. Ecce tantū per obedientiā eius surrexit mortuus ille. §.cxxxvj.



uidam ex senibus de Scithia discipulū suum transmisit in egyptum: vt ei camelum deferret qui sportellas quas fecerat portaret in egyptū. Cum autem deduceret camelum alter senex obuius ei dicit ei. Si scissem frater quando ibas in egyptū dixissem tibi vt ꝛ mihi alterum camelum deduceres. Qd̄ cū ille frater ꝓprio abbati dixisset ꝑ multa charitate dicit ei. Uade fili ꝛ duc camelū ad illū dices ei qꝛ necdū parati sumus: cōple necessitatē tuā ꝛ vade tu cum ipso camelo vsq; in egyptū: ꝛ iterū reduc nobis camelū: ꝛ nostra vasa portem⁹. Cū ergo fecisset frater sic ꝛ iuisset ad illū senē dicēs Abbas Pambo dicit quia nos necdū parati sumus tolle ꝛ comple necessitatē tuā. Caricauit aūt senex camelum ꝛ iuit in egyptum. Cum aūt discaricasset: iterū ille frater reducebat camelū: ꝛ dixit ora ꝓ me pater. Cūq; senex requisisset quo pergeret respondit. In scithiam vado: vt etiā nostras sportellas huc afferam. Qd̄ cū audisset senex cōpunctus cepit penitere dicens lachrymādo. Indulgete mihi dulcissimi: quia charitas vestra fructum meum abstulit. §.cxxxvij.



lter senex cum perfecisset sportellas suas ꝛ iam retinacula misisset earum audiuit vicinum suum dicentē. Quid faciam quoniam nundine prope sunt: ꝛ nō habeo vnde mittā retinacula in sportellas meas ꝛ mox ingressus dissipauit ꝓpria retinacula: ꝛ attulit ad fratrē dicēs: ecce ista superflua habeo tolle ꝛ mitte in sportellas tuas ꝛ ita pre nimia charitate fecit vt fratris opa cōplerent̄ sua aūt imperfecta reliquit. §.cxxxviij.



oānes abbas gratia charitatis omnem malitiam est oblitus. Hic cum a quodam fratre mutuasset solidū vnum ꝛ comparasset linū vnde operaretur venit vnus frater petens eū parum lini vt faceret sibi saccū. Et ille dedit ei cum gaudio. Item alter venit petēs eum linum ꝛ dedit ei. Necnō ꝛ aliis plurimis venientibus ꝛ petentibus dedit omnibus cū gaudio. Post hoc ille qui mutuauerat solidū venit repetēs eū. At ille dixit. Ego vado ꝛ afferā tibi. Et nō habēs vnde redderet surrexit ꝛ ꝓfect⁹ est ad abbatem Jacobū vt peteret eum: quatenus redderet illi a quo mutuauerat. Et dum iret per viam inuenit solidum iacentem et non tetigit: sed facta oratione reuersus est in cellulā. Et cū iterū frater ille repeteret rationem suam dicit ei. Undecunq; modo defero illum. Et iterum profectus inuenit solidū vbi ante positus erat. Et facta oratione reuersus est. Et ecce iterū venit frater ille molestās eum pro solido. Tunc senex dixit modis omnibus modo vado fero illum: ꝛ dū proficeretur inuenit eodem loco solidū iacentē: ꝛ facta oratione tulit eum ꝛ venit ad abbatē Jacobū. Et dicit ei abbas: veniens ad te inueni hūc solidum in via. Fac ergo charitatē ꝛ predica hoc in ciuitate ne forte aliquis perdiderit illū ꝛ si inuentus fuerit dominus eius: redde illū. Profectus est ergo senex: ꝛ per tres dies predicauit: et nemo inuentus est qui perdidisset solidum illū. Tunc ergo Joannes dicit ad abbatem Jacobū. Si nemo illū perdidit reddo illū fratri illi quoniā debeo illi ꝛ veniens ad te mutuare aut certe tollere in charitate reddere illi debitū meum inueni illum. Et miratus senex quēadmodum debens ꝛ inueniēs nō statim tulit eū ꝛ reddiderit nisi bis ꝛ tertio reuersus esset ꝛ predicasset. Hoc autem erat eius mirabile: qꝛ si quis volebat ab illo aliquid mutuari: nō dabat per manus suas: s₃ dicebat fratri. Uade ꝛ tolle tibi qd̄ op⁹ habes ꝛ cum reportaret iterū dicebat vade ꝛ reporta in loco vnde tu eras: si aūt nihil detulisset nihil ille penitus dicebat. §.cxxxix.



bbas Poemē dicebat voluntatē tuā nunq̄ adimpleas: sed magis humilia teipsum vt facias voluntatē ꝓximi tui. Item abbas Poemen quādo vocabatur ꝛ extra voluntatem suam comederet ibat plorans: ne inobediēs fratri suo contristaret eum. Item mactans propriam voluntatem humiliatus voluntatem sequebatur alterius. §.cxl.



uidam anachoreta sedebat in speleo iuxta cenobiū multas virtutes faciens: et cū aliqui monachi venissent de cenobio compulerunt eū hora non consueta comedere. Et post hoc dicūt ei fr̄es. Cōtristat⁹ es abba: qꝛ hodie extra ↄsuetudinē fecisti. Quib⁹ ille respōdit. Tunc mihi est tribulatio quādo ꝓpriā

fecero voluntatem. §.cxlj.



Bbas paphuncius non gustabat vinum aliquando. Semel autē ambulans deuenit super latrones. Et cum in via eos inuenisset bibētes cognitus est a principe latronum: qui sciebat eū ꝙ vinū nō biberet: sꝫ vidēs ꝙ ex laborio itinere fatigatꝰ esset impleuit calicē grādē vino ⁊ gladiū tenēs in manu sua dixit seni. Nisi biberis hunc calicem occidā te. Cognoscens senex ꝙ ex mādato dei vult facere: volēs eum lucrari tulit ⁊ bibit. Princeps autem latronum cepit ei dicere. Indulge mihi abba quoniā contribulaui te. Cui senex ait. Confido in deum meū: quia propter calicem vini faciat tecū misericordiā: ⁊ in presenti seculo ⁊ in futuro. Dicit ei princeps latronuꝫ. Et ego confido in deum quia ab hodie nemini malefacio. Et lucratꝰ est senex omne collegium latronum. §.cxlij.



Rant duo fratres: vnus ex ipsis senex erat qui rogabat iuniorem dicens. Rogo vt pariter habitemus frater. Ille autem respondit. Ego peccator sum et non potes mecum habitare. Ille vero rogabat eum dicens: possumus. Erat autē ille senior mūdus ⁊ nolebat audire quia monachꝰ habebat aliquādo cogitationem prauā. Et dicit ei ille iunior ꝑmitte quiescere hac vna septimana ⁊ iterū loquamur. Cū ergo post septimanaꝫ senex venisset ad eum ille volens experiri eum dixit ei. In grādem tentationē incidi in septimana hac abba. Profectus enim in vicum propter necessitatē peccaui. Et dixit ei senex. Et vis penitere. Cum aūt ille promisisset ait senex. Ego tecuꝫ porto mediū peccati illiꝰ. Tunc ille frater dixit. Modo possumꝰ ambo pariter manere. Et māserunt pariter vsqꝫ ad tempus transitionis sue. §.cxliij.




Uidam senū dicebat quicquid horret homo mali omnino ne faciat alteri. Horres enim si quis detrahit tibi: tu ne detrahas alteri. Horres si quis tibi calumniam fecerit: vel si quis tibi aliquid abstulerit: ⁊ tu sicut hoc siue alia his similia ne facias alicui. Qui enim hoc verbum seruauerit potest illi sufficere ad salutem. §.cxliiij.




Bbas poemen ⁊ abbas nub postquā in desertum venerunt desiderabat mater eorum videre eos: et sepe veniebat ad eorum cellam: nec tamē potuit illic cōtemplari eos. Captato itaqꝫ tempore occurrit eis cum ad ecclesiam festinarent. Qua visa reuersi velociter ostium celle clauserunt. Illa auteꝫ stans foris cū lachrymis querebat eos. Tūc abbas nub egressꝰ ad beatū Poemē ait. Quid faciemꝰ de hac matre nostra que plāgit ad ostiū. Tunc exurgēs abbas poemen vadit ad ostium. Quo non aperto audiens eam iugiter lamētari dixit ei. Cur tantos clamores cū iam etate defessa sis ⁊ planctus effundis. Illa autē voce filij cognita: amplius exclamauit dicēs. Quoniā vos videre desidero filii. Quid est enim si vos videro. Nōne sum vestra genitrix. Nonne vos his meis lactaui vberibus. Iā omni moratū ꝯtractiōe repleta sum: ⁊ audita voce tua oīa viscera mea p̄ desiderio ꝯturbata sunt. Cui poemē ait. Hic nos magis an i futuro seculo videre desideras. At illa dixit. Quid ergo si vos hic nō videro quasi illic pro certo visura sim. Sene autem respōdēte: ꝙ si te hic cohibere potueris ne nos videas illic ꝓculdubio nos videbis. Tunc illa discessit cū gaudio dicens: si pro certo illic vos visura sum: hic vos videre iam nolo. §.cxlv.



Oannes minor thebeus discipulus abbatis ammonis per duodecim annos cuidam seni infirmāti fecit obsequium. Senex tamen cum inuenisset eum laborantē nunqꝫ illi sermonem blandum aut placitum locutus est. Cum autem trāsiret sedētibus alijs senibus tenuit manū eius ⁊ dixit ei tertio. Salueris/salueris/salueris. Et tradidit illū senibꝰ dicens. Iste nō homo sed angelꝰ est: qui tot annis mihi infirmāti: nec tñ bonū sermonē audiēs fecit obsequium cū magna patiētia. §.cxlvj.



Bbas agathon veniens in ciuitatem vt opera sua venderet: inuenit quendam peregrinum iacentem in angiportu infirmum: nullum habentem qui ei curam adhiberet ⁊ permansit ibi senex: ⁊ conducit sibi cellam: ⁊ ex opere manuum suarum prestabat infirmo illi obsequium: permansit autem ibi mensibus quatuor donec sanaret infirmum. Et sic ad cellā suā regressus est. §.cxlvij.




Uidam magnus senex infirmanti discipulo suo dicit. Non contristeris fili ex infirmitate vel plaga corporis tui. Summa enī religio est vt in īfirmitate quis agat deo gratias Si ferrum es per ignem eruginem amittis. Si vero aurum es: per ignem probatus a magnis ad maiora venies. Ne anxieris ergo frater. Sic enim deus te vult in corpore torqueri in quo es: vt eius potestati resistas: aut moleste feras. sustine ergo ⁊ roga deum vt que ipse vult illa concedat. §.cxlviij.



Enex quidam cum frequenter infirmaretur corpore ⁊ langueret: contigit vt vno anno nulla cum egritudo contingeret. Et propterea flebat et grauiter ferebat dicens. Reliquisti me domine: et noluisti me presenti hoc anno visitare. §.cxlix.



Icebant de quodam sene: quia cum moreretur in scithia: circūsteterūt fratres lectum eius ⁊ fleuerunt eū ⁊ ceperunt flere. Ille autem aperuit oculos suos ⁊ risit: ⁊ adiecit iterum ridere. Hoc autem factum est tertio Quod cum vidissent fratres: rogauerūt eum dicentes. Dic nobis abba: quare nobis flētibus tu ridebas. Et dicit eis. ¶ Primo risi: ꝙ vos timetis mortem. Secundo risi: quia non estis parati. Et tertio risi: quia a labore ad requieꝫ vado. Hec cū dixisset statiꝫ clausit oculos in mortē. §.cl.



Bbas pammon in ipsa hora quando transibat iam de corpore dicit alijs viris sanctis abstātibꝰ sibi. Quia ex quo veni in hunc locum solitudinis ⁊ fabri

caui mihi cellulam: ⁊ habitaui in ea extra manuum mearum laborē non recolo me comedisse panem neq; me loquutum fuisse sermonem quē me protulisse peniteret vsq; in hāc horam: ⁊ sic vado ad dominum: quomodo qui nec initium seruiendi deo adhuc fecerim. §.cli.

Abbas agathon dum moreretur per tres dies oculos apertos tenuit non eos mouēs. Fratres autem tangētes eum dixerunt. Ubi nunc es abbas? At ille dixit. In conspectu iudiciū dei sto. Et dicunt ei fratres. Nunquid ⁊ tu times? Quibus ille respōdit. Interea quantum fuit ad virtutem meam semper consideraui: vt mandata dei mei facerē. Sed homo sum ⁊ vnde scio si opera mea placent deo. Cui fratres dixerunt. Non confidis q̄ opera tua s̄m deum sunt. At ille respondit non confido in cōspectu dei: quia aliud est iudiciū dei et aliud hominum. §.clii.

Abbati Sysoyo cum tempus dormitionis eius aduenisset: ⁊ multi alij senes conuenissent: viderunt faciē eius fulgore quodā radiātem: ⁊ dicit eis ipse. Ecce abbas Anthonius venit ad nos. Et post parum ait. Ecce ⁊ chorus prophetarū ⁊ iterum facies eius clariore luce aspersa est. Et dicit eis. Beati quoq; apostoli assunt. Uisusq; est cū quibusdā loqui. Cū ergo postularēt ab eo patres vt cum quibus loqueretur ediceret: ait ille. Angeli inquit venerūt auferre animam meam ⁊ supplico illis vt paululū me pro penitentia agēda sustineant. Dicunt autē ei patres. Tu iam nō indiges penitentiam agere abba. At ille respondit. In veritate dico vobis: quia nec initium penitentie me reminiscor arripuisse. Ex quo dicto senserūt q̄ in timore domini esset perfectus. Tūc in splēdore solis effigie relucente eius dicit ad eos ipse. Uidete videte: quia dominus venit. In hoc sermone reddito spiritu omnis locus ille grato odore repletus est. §.cliii.

Beatus arsenius dū tēpus eius vt migraret de hoc seculo approximaret dicebat ad discipulos suos. Nemo super me faciat charitatem nisi in sola oblatione: ego si feci charitatem inueniō illam. Turbatis autem discipulis eius quasi iam tempore propinquante dicit eis. Nec dum hora mea venit. Cum autem venerit non tacebo. Sed tamē stabitis mecum ante diuinum iudicium si alicui de meo corpusculo aliquid velut reliquias dederitis. Illis autem respondentibus. Et quid faciemus pater: quia nescimus hominē sepelire. Respondit ille. Nūquid nescitis funē in pedibus meis mittere ⁊ ita me ad montē trahere. Pili autē oculorum eius ex iugi fletu ceciderant. Nam per omne tēpus vite sue sedēs ⁊ operās pānum in sinu suo habebat propter lachrymas defluētes ex oculis eius. Dū ergo moreretur cepit flere ⁊ cū fratres illius requirerēt dicētes. Quid fles pater? Nūquid ⁊ tu times? Ille respondit. In veritate timeo: ⁊ iste timor qui nunc mecū est semper in me fuit ex quo factus sum monachus. Cū autē vidisset abbas Poemē: q2 trāsijt dixit Beatus es abba arseni: q2 te ipsum in hoc seculo plāxisti. Qui enim hic se nō planxerit illic se lugebit. Aut ergo hic ex volūtate aut illic pro tormētis impossibile est hominem nō plangere. ¶ Abbas daniel narrauit de eodem beato arsenio q2 nūq̄ voluerit loqui dē questionibus scripturarū cum magnifice posset: si voluisset: sine q; epistolā cito scripsit ad aliquem. Quando autem ad ecclesiam veniebat post columnā sedebat ne quis videret faciē eius: ⁊ ne ipse aliquē videret alium. Erat autē visio eius angelica sicut iacob capillis canus ⁊ ornatus elegās corpore siccus tamē. Habebat autem barbam prolixam oīno attingentem vsq; ad ventrē eius. Longus autē erat: sed senio lōgiuo curuatus: moritur annorum nonaginta quinq;. Hic fuit in palatio diue memorie Theodosij maioris q̄ fuit pater archadij ⁊ honorij annos q̄draginta. Et decē annos in loco qui dicitur troin: supra babyloniā cōtra ciuitatē que dicit mēphis ⁊ tres ānos ī cāpo Alexādrie. Alios duos ānos reuersus iterū in troin: ⁊ ita dormiuit in pace cōsumēs cursum suum vie bonus ⁊ spiritu sancto plenus ⁊ fide. §.cliiii.

Beatus Athanasius episcopus rogauit aliquando abbatem Poemen: vt iret ad Alexandriā. Qui descendens cū fratribus cum vidisset quosdam seculares dixit eis. Surgite et salutate monachos vt benedicamini ab eis. Frequenter enim isti loquunt cū deo ⁊ os eorum sanctum est. Et cū vidisset ibi multe rētheatricā lachrymatus est. Et requisierūt astātes cur plangeret. At senex respōdēs dixit. Due me res ad has lachrymas cōpulerūt. Una quidem perditio illius mulieris. Secūda vero: q2 ego tātā curā nō habeo placēdi deo quātā habet hec mulier vt hoibus turpibus placeat. §.clv.

De quodā sene dicebatur: quia quoties illi sua cogitatio dicebat: dimitte hodie ⁊ cras penitebis: ipse iterum respondebat. Non ita sed hodie debemus penitere et cras voluntas dei fiat in nobis. §.clvi.

Quidam ex patribus de aliquo referebat episcopo eo quod audisset duos de plebe sua viros nimie impuritatis adulteros. Rogauit ergo deū vt si ita esset sibi ostenderet. Cum ergo post oblationem consecratam vnusquisq; ad communionem accederet: singulorum facies intelligebat ⁊ animas. Peccatorum ei facies nigras īspiciebat vt carbonē ⁊ oculos eorum sanguine repletos: alios vero vidit clara facie ⁊ vestibus albis indutos: Cū autē corpus dñi suscepissent: in quorūdā vultibus lumē in quorūdā flāma videbat. At autē agnosceret de illis quorum crimina audiebant: cōmunionē illis porrexit ⁊ vidit vnū ex eis clara facie ⁊ honorabili: albisq; vestibus circūdatū. Alterū vero nigrū ⁊ horribili vultu. Et postq̄ diuini gratiā mysterij perceperūt illum vis luminis illustrabat: istū vero aliū quasi flamma succendebat. Orauit autē ep̄s de singulis qui ei ostensa fuerāt se doceri. Astitit autē angelus dñi dicens ei. Oia que de ipsis audisti vera sunt: sed ille vnus in sordibus suis permanet: ⁊ in volūtate peccandi: ideo illum nigra facie ⁊ aū

ma succendi vidisti. Illi vero alter similis ei q̄dē erat: sicut audieras sed tō illum clara facie illustrari vidisti: qꝛ recordatus de his que primum fecit abrenūcians illis malis operib⁹ cū lachrymis: ⁊ gemitib⁹ dei misericordiā postulabat ꝓmittēs ꝙ si preterita ei fuissent remissa peccata: vlterius ad eadē non rediret. Et ideo prioribus deletis criminibus ad hanc gratiam quā vidisti peruenit. Cū aūt ep̄s gratiā dei miraretur eo qd̄ nō solum de tormētis tā turpis vite hoiem eruerit: sed etiā tāto honore decorauerit. Rūdēs angelus dixit. Bene miraris homo cū eo. Nā dn̄s nr̄ qui vester naturaliter bon⁹ ⁊ human⁹ est cessantibus a pctis: penitentib⁹ eni͂ se per cōfessionē nō solū pctā dimittit: sꝫ etiā honore efficit dignos. Sic ei dilexit de⁹ hoieꝫ vt vnigenitū suū filiū ꝓ peccatorib⁹ destinaret ⁊ ꝓ ipsis daret ad mortē Qui ergo cū inimici eius essent mori ꝓ ipsis elegit quantomagis q̄n illi proprii fiant. Hoc ergo scias quia nullum peccatū humanū bonitatē dei vincit si tātummō per penitentiā vnusquisqꝫ ea q̄ prius fecerat aboleuerit mala misericors eni͂ de⁹ ⁊ infirmitatē gn̄is vestri scit: ⁊ passionū fortitudinē ⁊ diaboli virtutē vel maliciā ⁊ cadētib⁹ quidē hominib⁹ in peccatū tanq̄ filius indulgēs expectat emēdationē: penitētib⁹ vero tāq̄ lāguidis cōpatitur: ⁊ mox soluens pctā eorū iustis illis āt p̄mia tribuit. Audiēs vero hec ep̄s mirat⁹ est nimis ⁊ glorificabat deum. §. clvij.

Abbas Paul⁹ simplex habebat hāc gratiam vt ingredientes in ecclesiā aspiceret et ex ipsa facie eorū vniuscuiusqꝫ cogitatiōes seu male essent seu bone sentiret. Cū ergo venissent ad ecclesiam ⁊ ingrederentur: senex vidit eos clara facie, ⁊ leto animo ingredi: ⁊ angelos eorū pariter cum gaudio cum ipsis. Vnū autem nigrum vidit ⁊ nebulosum habentem corpus ⁊ demones hinc atqꝫ inde trahētes eum ad se misso freno in naribus: ⁊ angelum sanctū eius a longe sequentem tristem. Beatus ergo Paul⁹ cepit flere ⁊ pectus suum tundere: ⁊ sedens ante ecclesiam propter eum queꝫ talem viderat. Omnes autem alii videntes eum sic flentem ceperunt rogare vt si quid in ipsis vidisset manifestaret: aut cum eis ingrederetur in congregationē Ille autē nolebat ingredi: sed semper flebat propter eum quem sic viderat. Post paululum autē cum absoluta congregatione discederent iterū oīm vultus circumspiciebat si tales egrederentur quales ingressi sunt ⁊ vidit illum quem ante vidit nigrum ⁊ nebulosum: egressum de ecclesiā clara facie ⁊ candido corpore ⁊ demones a longe sequentes eum: sanctum autem angelum eius prope eum hilarem: ⁊ gaudentem super eum nimis. Tunc Paulus exurgens cum gaudio vociferabatur benedicens deum ac dicens. Quanta misericordia ⁊ benignitas dei est. Quanta miseratio eius est. Et ascendēs in altiorem locū magna voce dicebat. Venite ⁊ videte opera dei: venite ⁊ videte quemadmodū vult oēs hoies saluos fieri: ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Venite adoremus eū dicētes qꝛ tu solus potes peccata tollere. Cum autem omnes cōuenissent exposuit eis Paulus quid vidisset anteq̄ ingrederentur in ecclesiā: ⁊ que postea: ⁊ petebat illum fratrē quē sic viderat vt ei manifestaret cogitatiōes suas ⁊ actus: vel quemadmodū tantam commutationē illi deus donasset. Ille autem ante omnes cepit referre dicens: ego sum hō peccator: ⁊ in multis turpibus sum deditus. Ingressus autem nūc in ecclesiā dei audiui verba Esaie prophete magis autē dei per ipsum loquentis. Lauamini: mundi estote ⁊ tollite maculas de animabus vestris ante conspectum meū. Discite benefacere: querite iudiciū. Et si fuerint peccata vestra tanquam coccinū velut nix dealbabuntur: ⁊ si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Ego autē miser ⁊ fornicator cōpunctus in hoc sermone ꝓphete ⁊ ingressus intra pectus meū dixi ad deū. Domine tu es q̄ venisti saluare peccatores. Hec ergo que nunc per prophetā promisisti opera cōple in me indigno pctōre. Ecce eni͂ amodo profiteor tibi ⁊ ex toto corde profiteor quia hoc vlterius non faciā malū sed renūtio omni iniusticie ⁊ amodo seruio tibi in cōscientia munda. Ab hodie ergo dn̄e ⁊ ab hac hora suscipe me penitentē ⁊ adorantē ⁊ renuntiantem oībus peccatis iuraui ⁊ statui apud me seruare omnes tuas iustificationes. Sub hac ergo sponsione egressus sum de ecclesia statuēs apud me nihil de priorib⁹ peccatis vlteri⁹ facere. Tūc oēs senes exclamauerūt dicētes ad dn̄m voce magna: q̄ magnificata sūt opa tua dn̄e: oīa in sapientia fecisti. §. clviij.

Ioseph abbas cū aliis senib⁹ ad abbatem Poemē venisset quidam ex parētibus predicti senis attulit infantē cuius facies per corruptionē fuerat deprauata: et sedēs pater ei⁹ cū eo foris monasteriū plorabat. Cū autem vnus senex ad vocem flentis egressus eēt et interrogaret eum cur ploraret ille respondit Parēs sum istius abbatis Poemenis ⁊ ob hoc veni vt hunc infantem quem tentatio contexit vidissetis: timuimus tū illū huc afferre. Et nunc si cognouerit qꝛ hic sum: adhuc expellat me hinc Ego autē videns vos patres qui ad eū venistis presumpsi venire huc. Quomodo vis ergo abba miserere mei ⁊ tolle infantem hūc ⁊ defer intus tecū vt oret pro eo. Quem cū senex attulisset in cellam sapienti vsus consilio: non illum obtulit primo abbati Poemeni: sꝫ a minorib⁹ fratribus incipiēs dicebat. Signate hūc infantē fr̄es facientes orōnē rogāns ꝑ singulos senes. Post oēs detulit illū ad abbatē Poemen. At ille nolebat eū cōtingere. Cū aūt rogaret eū vt sicut oēs ita ⁊ ille oraret exurgēs senex ingemuit ⁊ orauit dicēs De⁹ sana facturā tuā ne dn̄etur illi inimic⁹. Et signauit infanteꝫ mox ꝙ patri sanus est redditus. §. clix.

Requisitus quidam ex patrib⁹ si perfectum bonum esset egestas rn̄dit. Magna est penuria. Nam qui eam voluntarie sustinet tribulationem quideꝫ carnis habet anime vero sue inuenit requiem. §. clx.

Quidam frr̄ requisiuit senē dicēs. Si pauco nūmos mihi dz ff̄ iubes vt repetam eos. cui senex ait. Semel tantummodo dic illi cum humilitate. At ille dixit q̄d

si semel ei dixero et nihil mihi dederit quid faciã. Tũc senex ait. Alterius nihil ei dicas. At ille dixit. Et q̄d faciã q2 nõ possum vincere cogitationẽ meã nisi fuero illi importun⁹: dixit ei senex: dimitte cogitationẽ tuã crepare tantũmodo ne contristes fratrẽ tuum quia monach⁹ es. §.clxj.

Quidam frater requisiuit senem dicẽs. Q̄ñ põt anima humilitatem adipisci. Ille respondit. Si sua tantummodo et non alterius mala consideret. Dicebat aũt q2 perfectio hominis humilitas est quantũ cunq̄ enim deposuerit se hõ in humilitate tantum proficit in altũ. Sicut enim superbia si ascẽderit in celũ vsq̄ ad inferos deducit ita humilitas si descẽderit vsq̄ ad infernũ tunc exaltabitur vsq̄ ad celos. §.clxij.

Abbas Macharius dum ambularet in deserto caput cuiusdam hoĩs aridũ inuenit in terra. Quod postq̄ baculo suo conuertit: vocem visum est emittere. Quod senex quis nã esset interrogat: at ille respõdit: ego quidẽ princeps eram sacerdotũ idolorum qui in hoc loco habitabãt. Tu aũt es abbas Macharius spiritu diuino repletus. Quacunq̄ enim hora misert⁹ eorũ fueris qui in pena sunt: et ꝓ eis oraueris cõsolationẽ aliquã sentiũt. Cui senex: et q̄ est ꝯsolatio vestra vel pena: respõde. At ille altı⁹ ingemiscẽs. Quantũ inquit celũ distat a terra tantũ ignis est altus in quo medio sum⁹ a pedib⁹ vsq̄ ad caput vndiq̄ perfusi nec cuiq̄ licet faciẽ alterius intueri: sz facies nostro dorso cõiuncte sunt. Cũ ergo oras ꝓ nobis ex parte videmus alterutrũ et hoc nobis ꝓ cõsolatione ꝯstat. His auditis lachrymas fudit dicẽs. Vch diei illi in quo hõ mãdata dei trãsgressus est. Et iterũ ab eo si cẽt altera pena maior inquirit. Cui ille respondit. Sunt nobis aliĩ multo inferi⁹. Cunq̄ qui essent illi interrogaret dixit. Nos quidẽ q̄ deũ non cognouimus misericordiam quantulãcunq̄ patimur: illi vero qui cognitũ negauerũt grauiorib⁹ et ineffabilibus penis subtus nos cruciãtur: quib⁹ auditis beatus Macharius capite altius terre defosso descessit. §.clxiij.

Frater quidam requisiuit a sene dicens. Abba cur a demonibus grauıter impugnamur. Respondens senex dixit: quia arma nostra proiecimus a nobis: id est patientiam, humilitatem, mãsuetudinem atq̄ obedientiam. §.clxiiij.

Quidam frater requisiuit abbatem sysoyum dicẽs. Putas abba si mõ persequitur nos diabolus sicut antiquos patres. Respõdit magis modo homines persequitur nostre etatis: q2 appropinquant penarum genera: vbi ille cum legionibus suis angustiatur: dum sit stagnum vbi cum igne et sulphure erit arsurus. Ideo hominibus infestatur: nec tantum infirmos quosq̄ appetere dignatur quos vbi voluerit cito subuertit: sed fortes magis et magnos supplantare per diuersa precipitia aggreditur. §.clxv.

Quidam fratres requisierunt abbatẽ siluanum: per quã viam adept⁹ esset tantã prudentiã. Respondit eis ille dicens: nunq̄ dimisi motari cogitationes malas in corde meo: q̄ deũ prouocarent ad iram. §.clxvj.

Beatus antonius dicebat. Si potest fieri quantos passus ambulet monachus vel quot calices aque bibit in cella sua habet declarare sentorib⁹ vt nõ decipiatur in ipsis. §.clxvij.

Abbas Poemen dixit in nullo sic gaudet inimicus quomodo in illo qui non vult cogitationes suas manifestare. §.clxviij.

Frater quidam dixit ad senem. Ecce abba frequẽter interrogo seniores patres vt dicant mihi cõmonitionẽ pro salute anime mee: et quicquid dixerunt mihi: nihil retineo. Erãt autem ibi duo vasa vacua. Et dixit ei senex. Vade et affer vnum ex illis vasis et mitte aquam et laua illud et effunde et pone nitidum in locum suum. Fecit ergo ita frater semel et bis. Et dixit ei senex. Vtraq̄ vasa simul affer. Et cum attulisset dixit ei. Quale est ex vtrisq̄ mundius. Respondit frater. Vbi aquam misi et laui. Tũc senex dixit ei. Sic est et anima filı que frequenter audit verba dei: huius nihil retineat ex his que interrogat: tamen plus mundatur q̄ illa que nõ requirit. §.clxix.

Quidam senex dixit. Quando opera bona exercet monachus veniens diabolus locũ non inuenit in eo et statim discedit. Si autem malum opus exercet veniens frequenter spiritus dei: et videns malum opus non ad eum accedit: sed recedit. Si autem ex toto corde iterum requisit⁹ fuerit cito reuertetur. §.clxx.

Quidã senex dicit. Vsq̄ tũc debet laborare monach⁹ vsq̄ quo possideat christum. Qui autem semel illũ adeptus fuerit iam non laborat. Permittit tũ dñs laborare electos suos vt rememorentur tribulationũ laborũ vnde semetipsos custodiãt simentes ne tantos labores amittant. Nã et filios israel ideo deus per desertũ quadraginta annos circũduxit: et rememoratis tribulationib⁹ nõ redirent retrorsum. §.clxxi.

Quidam frater interrogauit senẽ dicẽs. Dic mihi pr̃ quare nũc laborantes monachi non accipiũt gratiam sicut antiqui patres? Cui senex dixit. Tũc tanta charitas erat vt vnusquisq̄ proximũ suum sursum traderet: nunc vero postq̄ charitas refrigescit totus mũdus in maligno positus est: et singuli proximos suos ad inferiora deducunt: et ideo sic gratiam non sortimur. §.clxxij.

Quidã fr̃ requisiuit senẽ dicens. Putas abba cognoscũt serui dei q̄ñ venit in eos grã? Rñdit senex dicens: non semꝑ cognoscũt. Nã cuiusdã magni senis discipul⁹ cũ peccasset in aliqua re: irat⁹ senex dixit ei cum clamore. Vade et morere. Et statim ille cecidit defunctus est. Cũq̄ senex vidisset eũ mortuũ timor ingens irruit sup eum: et cũ magna humilitate orauit rogãs deũ et dicẽs. Dñe iesu christe resuscita illum et iam vlterius sine cõsideratione talẽ nõ loquar sermonem.

sermonem. Et cum hec dixisset statim surrexit discipulus eius. §.clxxiij.

Abbas Poemen dixit: homo qui alios docet et nō facit ea que docet similis est fonti aqui omnium sordes lauat: et omnes satiat potu: seipsum autē lauare nō potest: sed habet immundicias et sordes limorū. Item dixit: Doce animam tuam seruare: que lingua tua alios docet. §.clxxiiij.

Quidam anachoreta cum venisset ad abbatem Poemenē suscepit eū senex cum leticia. Et cum se alterutrum amplexi fuissent cepit anachoreta de scripturis sanctis: et de rebus celestibus conferre. Tunc senex vertit faciem suam ad aliū fratrem: et non dedit anachorete responsum. Ille vero videns qđ non loqueretur cum eo egressus est tristis: et dicit discipulo illi°. Sine causa laborem tanti itineris laboris assumpsi: vt venirem ad eum qui mihi loqui dedignatur. Ingressus autem discipul° ad abbatē Poemenē dixit: propter te huc venit abba iste homo magnus tantā gloriam in locis suis habēs: et tu non vis loqui cum ipso. Respōdens senex dixit. Iste homo de superioribus est: et celestia loquitur: ego autem de inferiorib° sum et terrena vix loqui possum: si mihi locutus fuisset aliquid de passionibus monachi forsitan et ego respōdissem illi. Si autem de celestibus loquitur ego me nescire confiteor: egressus ergo discipulus dixit ad anachoretam. Senex iste noster nō vult de altioribus questionib° loqui: sz si quis ei de passionib° locut° fuerit respōdet illi. At ille cōpunct° in hoc sermone ingressus ad senē dixit. Quid faciā abba quia dominant mihi passiones cordis mei. Tūc senex respexit eū gaudēs et dixit ei. Modo bene pater venisti. Aperio ergo os meū: et iplebo illud bōis tuis: et hoc sermone adiut° est anachoreta et dixit. In veritate bona est hec via quā tenes: et vera. Et agens seni gratias reuersus est in propria regione. §.clxxv.

Senex quidam dixit. Si cum aliquo de quacunque causa loquens fueris intentio sit cū eo: sed siquidem bene dicit consenti ei si vero male dicet ei. Tu scias quomodo loquaris. Ait apostolus. Noli contendere verbis: hoc obseruās et humilitatē possidebis et odiū euitabis. Nā si persistas contendēs: et vis defendere sermonē tuum nascitur scādalū. Frequenter ergo dum laudas alterū fit etiam ex iustificatione contentio. De quibuscunque enim rebus grauiter contenderis non paruā noxietatē scies: et nullo modo requiē possidebis. Magis autem stude silentium et de nullo es sollicitus. Attende meditationi tue tam mane quam vespere et impetum inimicorum nō timebis. §.clxxvj.

Frater quidam interrogauit senem dicens. Usquequo est obseruandū silentium pater? Respōdit senex. Usquequo interrogaris. In omni enim loco si taciturnus fueris requiem possidebis. §.clxxvij.

Abbas Poemen dicebat sicut apis quocūque vadit mel operatur: ita et monach° quocunque pergit: si propter opus dei perrexit dulcedinem bonorum actuum semper potest perficere. §.clxxviij.

Mutues abbas venit aliquādo de loco qui vocatur Ragitham in partibus gebolonis. Erat autem cum eo etiam discipulus eius. Videns autē eum episcopus loci illius tenens eū inuitum presbyterum fecit. Et dum pariter comederent dicit ei episcopus. Indulge mihi abba: scio enim quia hunc honorem nolebas: sed ego a te benedici desiderās hoc presumpsi facere. Cui senex pro humilitate ait. Et mea cogitatio parum volebat: sed in hoc laboro: qz diuidi habeo a fratre qui mecum est: et solus nō sufficio orationes meas implere. Dicit ei episcopus. Si scis eum esse dignum ordino ego et illum. Respondit abbas mutues. Siquidem dignus sit: nescio vnum autē scio quia melior me est. Ordinauit autem et illum. Utrique tamen ipsi ita permāserunt vsque ad finem suum: vt non minus ad altare quantum ad oblationem sacrandam accederent. Unde dicebat senex. Confido in deum meū: qz nō habeo grande iudiciū propter hāc ordinationē: qz oblationem nō mihi presumpsi offerre. Nam ordinatio hec illorū est qui sine culpa sunt iusti et immaculati. Ego autem bene me cognosco. §.clxxix.

Quidā frater beati macharii postulabat vt ei sermonē diceret per quem posset saluari. Cui senex ait. Oportet fugere hoīes et sedere in cella: et pro peccatis iugiter lamentari: et quod super omnes virtutes est: tam linguā coercere quam ventrem. §.clxxx.

Abbas arseni° dū adhuc secularis ī palatio moraret orauit dn̄m dicēs. Dn̄e ostende mihi viā ī qua possim saluari. Et audiuit vocē dicētē sibi. arseni fuge hoīes et saluaberis. Cū ergo recessisset in solitudinem et eundē sermonē oraret rursus audiuit sibi vocem dicentē. Arseni fuge tace quiesce. Hec enim sunt principia salutis. Cū ad eū aliquādo Theophilus archiepiscopus venisset: volens ab eo audire sermonē edificationis: tūc sc̄tus Arseni° ait cunctis qui aderāt. Si dixero vobis aliqđ custodietis. Qđ cū illi gratāter promisissent addidit ille. Quocunque loco audieritis Arseniū illuc vltre ritus ne accedatis. Itē cū eū vellet archiepiscop° videre misit p̄rio videre si aperiret ei. At ille remādauit ei dicens. Si solus veneris aperio tibi. Si aūt cū pluribus vltra hic nō sedebit Arsenius. Qđ cum audisset episcop° ceptū iter dimisit ne propter se de loco illo heremita discederet. Uenit aliqn̄ idem abbas Arsenius in quendā locum: et erat arundinetum: et motū est vēto. Et ait senex ad fratres. Quis est hic mot°? Et dicūt ei. Harundines sunt. Dixit eis senex. Uere si quis sedet cū quiete et audierit vocē auis nō habebit cor eius eandē quietē: quanto magis vos habentes sonū harundinum harū. Dicebant autem de eo quia erat cella eius longe millia triginta duo et nō exibat eis vsque ad eū faciebant mysterium. Quando aūt in solitudinē redact° est loc° qui vocat Sithi: exiuit plorās et dicens. Perdidit mundus romam: et monachi scithiam. §.clxxxj.

Quidam fratres dñi linū ex thebaida p-
gerent cōparare dixerunt per occasio
nē beatū videamus arsenium. Cū autem
daniel discipulus eius nūciasset: pce-
pit vt pro qua cā illuc aduenissent de
alexādria ab eis inquireret. Cū ergo renunciasset
q ppter linū pgerent cōparandū. Respondit
arsenius. Ergo faciē meā nō videbūt: qz nō ppter
me sz ppter opus suū aduenerūt. Uade itaqz ꝛ su
sceptis eis fac obsequiū ꝛ dimitte eos dicēs. Qz
senex nō pōt vobis occurrere. ¶ Cū quidā ad eū
dem beatū Arseniū ex fratrib⁹ aduenisse volēs
videre eū pulsauit ostiū. Abbas aūt arseniꝰ spe
rans suū esse discipulū aperuit ei. Sz postq̄ alte
rū esse cōspexerat mox se in terrā piecit. Illo au
tē surgere eū postulāte rñdit. Nō hinc exurgam
donec discesseris. Per multas aūt horas roga
tus a fratre nō acquieuit donec discederet ille qui
venerat. ¶ Miserūt aliqñ abbati arsenio demo
nes in cella sedēti ꝛ tribulabāt eū. Superuene
runt aūt ꝛ fratres qui ei ministrare solebāt: stan-
tesqz extra cellā audiebant eū clamantē ad dñm
ꝛ dicentem. Dñe nō me derelinquas: quia nihil
boni feci corā te sed presta mihi sm benignitatē
tuam saltem mō assumere initia bene viuendi.
Cum interrogaret aliqñ abbas arsenius quēdā
senē egyptiū de cogitationib⁹ suis alius vidēs eū
dixit ei. Abba arseni quō tu qui tanta eruditiōe
in latina ꝛ greca lingua edoctus es rusticū istuz
de cogitationib⁹ interrogas. Et ille respōdit di-
cens. Latinā quidem ꝛ greceam linguam q̄tum
ad seculum pertinet apprehendi: sed alphabetuz
rustici huius necdū discere potui. ¶ Senes dice
bant: qz dederunt aliquādo quidē in scithia fra
trib⁹ paucas caricas ꝛ quia pauce erant nō trās-
miserunt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriā
pateretur. Ille aūt cum hoc audisset nō est egres
sus iuxta morem ad collectam cum fratrib⁹ di-
cens. Excommunicastis me: et non mihi dedistis
eulogiam quam transmisit dominus fratribus:
ex qua nō fui dign⁹ accipere. Quod cū audissent
oēs edificati sunt in humilitate senis. Et vadēs
presbyter portauit de caricis illis et adduxit
eum in congregatiōe gaudentē. Dicebāt autez de
eo: qz nemo poterat comprehendere modum cō
uersationis eius. ¶ Sedente eodē abbate Arse-
nio aliquando in inferiorib⁹ egypti: cū illic im-
portunitatē pateretur: visum est ei derelinque-
re cellaz ꝛ nihil ex ea tollere secū. Et sic profect⁹
est ad discipulos suos Parantem: Alexandrū et
zoilum. Dixit ergo. Tu alexāder surgēs nauiga.
Et zoilo dixit. Ueni mecū vsqz ad flumen: ꝛ que
re mihi nauiculā alexandriam nauigantē ꝛ na-
uiga etiam tu ad fratrem tuum. Zoilus aūt tur-
batus in verbo est ꝛ tacuit ꝛ ita diuisi sunt abin-
uicem. Descendit autē senex circa partes alexan
drie ꝛ egrotauit egritudine magna. Discipuli au
tem eius dixerūt adinuicē. Putasne aliquis no
strū cōtristauit senez: ꝛ ppterea diuisus est a no-
bis. Et non inueniebāt inter se contristationis
causam: neqz qz aliquādo ei inobedientes extitis
sent. Cū vero sanat⁹ fuisset senex dixit ad seipm.
Uadam ad fratres meos. Et transnauigans venit
ad locū qui dicitur petra: vbi erāt supradicti mi
nistri eius. Cū vero iuxta flumen esset puella q̄

dam ethiopissa veniens tetigit peram eius. Se
nex autē increpauit eam. Illa vero dixit. Si mo
nachus es vade in montem. Compunctus autez
in hoc verbo Arsenius dicebat ad seipsuz. Arse
ni si monachus es vade in montez. Et inter hec
occurrerunt ei Alexander ꝛ zoilus discipuli ei⁹
Et cuz cecidissent ad pedes eius proiecit se etiā
senex in terrā ꝛ flebant simul. Dixit autez illis senex.
Nō audistis: qz egrotaui: Dixerūt ei. Etiam audi
uim⁹. ꝛ ille dixit. Quare nō venistis videre me?
Et dixit ei Alexander: qz diuisio tua a nobis ac-
cepta bilis nō fuit: qm̄ ꝛ multi [illegible] ea contristati
sunt dicētes: Nisi inobediētes fuissent seni [illegible] q
q̄ si separasset ab eis ꝛ dicit ei senex ꝛ ego cogno
ui: qz hoc dicerēt. Sed iterū dicturi sunt homi-
nes qz nō inueniēs columba requiē pedibus suis
reuersa est ad noe in archā. In hoc igit̄ verbo cura
ti sunt animi discipulorū ei⁹: ꝛ permanserunt cū
eo vsqz ad vltimū vite ipsius tēpus. §.clxxxi.

Abbas Besarion dum ambularet cū
discipulo suo per eremuz: venerunt
ad quandaz speluncam ꝛ ingressi ibi
inuenerūt fratrē sedētē: ꝛ funiculuz
operantē: qui neqz respexit eos: neqz
salutauit: neqz aliquid locutus est eis. Dixit ergo
eis abbas Besarion: eam⁹ hinc qz hic senex non
vult loqui nobiscum. Et profecti sunt ad abbatē
Joannem. Cum autem reuerterentur ad eandē
speluncā ꝛ dixit abbas Besarion. Ingrediamur
iterum ad hunc fratrem si forte vel modo persua
deat illi deus: vt loquat̄ nobiscum. Et cū ingres
si fuissent inuenerunt corpus eius tummodo mor
tuum: ꝛ dixit discipulo suo. Ueni frater compo-
namus illud: propter eum enim nos dominus
transmisit. Cum autem sepelirēt inuenerunt qz
mulier esset ꝛ admirati sunt: ꝛ dixerunt quemad
dicens. Ueni aliqn̄ in cellā abbatis mei et inueni
eum stantem ad orationem: et manus ei9 erant ex
tense in celū. Permansit autem hoc faciens iu=
giter quatuordecim dies: et post hec vocauit me et
dixit. Sequere me. Et exeuntes perreximus in
eremū: et cum sitirem dixi ei. Abba sitio. Ille autē
tollens melotem discessit a me quātus est iactus
lapidis: et facta oratione attulit eā plenā aqua et
bibi. Tūc perreximus in ciuitatem Lyco et ve=
nimus ad abbatem Joannem: et salutantes eum

fecim⁹ orationẽ. Deinde sedẽtes cepit loq̄ abbas Bisarion de visiõe quã viderat: q2 exiuit in quit preceptũ a dño vt destruanꝫ tẽpla: ⁊ factũ est sic: ⁊ destructa sunt. ❡ Dixit abbas Euagri⁹. Si deũ cis aso: ora. Scriptũ est enĩ: ora cũ timore/tremore ⁊ labore/sobrie ⁊ vigilãter. Itaq3 opꝫ nos sem per orare maxime ꝓpter malignos ⁊ nequã vagãtes ⁊ inuisibiles inimicos nr̃os: q̄ nos ꝑcipue in hoc impedire nituꝫ. ❡ Dixit iterũ. Qñ cogitatio cõtraria in cor venerit: noli alia ꝓ aliis in oratiõe querere: sed aduersus eã q̄ te impugnat gladiũ lachrymarum exacue. ❡ Mandatum est sancte memorie Epyphanio episcopo cyprio ab abbate monasterij sui qđ habuit in palestina: q2 orationib⁹ tuis nõ neglexim⁹ regulam: sed cũ solitudine tertiã/sextã/et nonã atq3 vesperã celebram⁹. Ille aũt reprehendẽs eũ mãdauit ei. Cõstat vos vacare ab oratiõe ceteris horis: eũ aũt q̄ vere est monach⁹ oportet sine intermissiõe orare aut certe psallere in corde suo. ❡ Dixit Abbas Esaias. Quia presbyter pelusij cũ fierent agape atq3 fratres in ecclesia comederẽt ⁊ loquerenꝫ adinuicẽ: increpans eos dixerit. Tacete fratres. Ego enĩ scio fratrem manducantẽ vobiscũ: ⁊ oratio ei⁹ ascendit in cõspectu dei velut ignis. Uenit abbas Loth ad abbatẽ ioseph: ⁊ dixit ei. Abbas sm̃ virtutẽ meã facio modicã regulã ⁊ paruũ ieiuniũ/⁊ orationẽ/meditationem ⁊ quietẽ ⁊ sm̃ virtutẽ meã studeo purgare cogitationes meas. Quid ergo debeo deceterо facere: surgens ergo senex expãdit man⁹ suas in celũ ⁊ facti sunt digiti ei⁹ velut decẽ lãpades ignis. Et dixit ei. Si vis effici tot⁹ sicut ignis sic age. Uenerũt aliqñ ad abbatem Luciũ in hennato monachi quidã: qui dicebanꝫ eusciti. Hoc est orantes: et interrogauit eos senex dicens. Qđ est opus manuũ vestrarũ ⁊ illi dixerunt. Nõ cõtingim⁹ aliqđ opus manuũ: sed sicut ait apostolus: sine intermissione oram⁹ Dixit ei senex. Et nõ manducatis. Illi aũt dixerũt ei: ẽt mãducamus: ⁊ dixit eis. Et qñ mãducatis qs ꝓ vobis orat. Et iterũ interrogauit eos dicẽs. Nõ dormitis. At illi dixerũt. Dormim⁹: ⁊ dixit senex. Et cũ dormitis qs ꝓ vobis orat: ⁊ non inuenerũt q̄d ad hec r̃ñderẽt ei ⁊ dixit eis. Ignoscite mihi fr̃es quia ecce nõ facitis sicut dicitis. Ego aũt ostẽdã vobis: q2 operãs manib⁹ meis sine intermissiõe oro. Sedeo enĩ iuuãte deo infundẽs mihi paucas palmulas: ⁊ facio ex eis plectã ⁊ dico Miserere mei de⁹ sm̃ magnã misericordiã tuã ⁊ sm̃ multitudinẽ miserationũ tuar̃ dele iniquitatẽ meã: ⁊ dixit eis. Oratio est an nõ. Et dixerũt ei: ẽt. Et ille dixit. Qñ permãsero tota die laborãs ⁊ orãs corde vel ore: facio plus min⁹ sedecim nũmos: ⁊ pono ex eis ad ostium duos ex resi duo mãduco: ⁊ qui accepit illos duos denarios: orat ꝓ me t̃pe quo ego mãduco vel dormio: atq3 ita p gr̃am dei implet in me qđ scriptũ est: sine intermissiõe orate. ¶ Interrogauerũt quidam abbatẽ Machariũ dicentẽ. Quo debemus orare et dixit eis senex. Nõ opus est multũ loqui in oratione: sed extendere man⁹ frequẽter ⁊ dicere. Domine sicut tu vis ⁊ sicut tu scis miserere mei. Si aũt instat belliũ in animo dicite: dñe adiuua me ⁊ q2 ipse scit que expediunt: facit misericordiã nobiscum. ¶ Dicebãt de abbate Sysoy: q2 nisi cito deponeret man⁹ suas qñ stabat ad orationem rapiebatur mens eius in superiora. Si ergo cõtingebat cum eo aliquẽ fratrẽ orare. Festinabat cito deponere man⁹ ne raperetur mens eius ⁊ moraret. ¶ Dicebat aliquis senex: q2 assidua oratio corrigit mentẽ. Dicebat quidã patrũ: q2 sicut impossibile est vt videat qs in aqua turbida faciem suã sic ⁊ anima nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis cõtẽplatiue nõ põt orare deũ. ❡ Uenit quidã senex aliqñ in montẽ syna. Et cũ exiret inde occurrit ei frater in via: ⁊ ingemiscẽs dicebat seni illi. Affligimur abba ꝓpter siccitatẽ: q2 nobis nõ pluit. Et dixit ei senex. Quare non oratis ⁊ rogatis deũ. At ille dixit. Et orationẽ facimus ⁊ deprecamur assidue deũ ⁊ non pluit. Et dixit ei senex. Credo q2 non oratis attenti⁹: vis aũt scire q2 ita est. Ueni stemus pariter ad orationem. Et extendens in celũ manus orauit: ⁊ statim pluuia descendit. Qđ cũ vidisset frater ille timuit ⁊ procidens adorauit eũ. Statim aũt senex fugit illinc. Narrauerunt fratres dicentes. Q2 venimus aliqñ ad quosdam senes: ⁊ cum ex more facta esset oratio: salutantes inuicem sedimus. Et postq̄ locuti sumus: cũ discederemus: poposcimus vt rursus fieret oratio. Dixerat autẽ vnus illorum seniorũ ad nos quid enim. Nonne orastis. Et non diximus: etiam. Sed qñ intrauimus pater t̃ñc est facta oratio: ⁊ ex illa hora vsq3 modo locuti sumus. Et ille dixit. Ignoscite mihi fratres q2 vobiscum sedẽs quidã senex ⁊ loquẽs centum ⁊ tres orationes fecit. Hoc cũ dixisset facta oratione dimiserunt nos.

❡ Explicit liber de eo ꝙ sine intermissione debeat orare.

¶ Incipit liber de hospitalitate ⁊ misericordia.



Erexerũt aliqñ quidã patrũ ad abbatem Joseph in panephoyt interrogarẽt eũ de susceptiõe fratrũ: q̄ superueniũt ad eos si deberẽt sibi relaxare abstinẽtiã cũ ipsis ⁊ cõgaudere cũ eis. Et priusq̄ interrogarẽt eũ dixit senex discipulo suo. Cõsidera qđ facio hodie et expecta et posuit duo seditia ⁊ scirpo i fasciculis ligata vnũ ad dexterã suã: ⁊ vnũ ad sinistrã: ⁊ dixit Sedere. Et intrauit in cellã suã ⁊ vestiuit se rebus vetustas ⁊ exiẽs ꝓcessit in mediũ illorũ. Et iterũ intrauit ⁊ vestiuit se rescellis suis qb⁹ pri⁹ indut⁹ fuerat: ⁊ egressus iterũ sedit i medio eorũ. Illi aũt stupẽtes de eo qđ fecerat senex: interrogauerũt eũ q̄d hoc eẽt: q̄ ait eis: me osiderastis. Et dixerũt ẽt. Et dixit eis: vidistis q̄d feci. Qui dixerũt: ẽt. Et ille dixit. Ne mutat⁹ suꝫ ego ꝓpter cõtumeliosam vestẽ. Et dixerũt. Nõ. Dixit iterũ senex. Ne lesus sum de meliori veste. Et r̃ñderũt. Nõ. Et ille dixit. Sicut ego ip̃e suꝫ ĩ vtrisq3 ⁊ sicut priori veste mutat⁹ nõ sum nec sequẽti lesus: ita debem⁹ in fratrũ susceptione facere sicut in euãgelio sancto dñs loquit. Date inq̄t q̄ sunt cesaris cesari: ⁊ q̄ sunt dei deo. Qñ ergo est p̃ñtia fratrũ cũ gaudio debem⁹ suscipere eos: qñ xp̃o soli sum⁹ op⁹ habem⁹ lugere. Illi aũt audiẽtes admirati sunt ꝙ ea q̄ in corde eorũ erãt et interro-

garent prius agnouit ⁊ glorificauerũt deũ. ¶ Di
xit abbas Cassianꝰ: qꝛ venimꝰ a palestina i egy
ptum ad quendã patrẽ: ⁊ cũ hospitalitatẽ nobis
ĩpendisset: interrogauimꝰ eũ: q̃re tp̃e susceptiõis
fratrũ regulã nõ custodiret ieiunij: sicut ĩ palesti
na fit. Et r̄ndit. Ieiuniũ semꝑ mecũ est. Uos aũt
nõ sꝑ mecũ tenere possũ. Et ieiuniũ q̃dẽ q̃uis
vtile ⁊ necessaria res sit: in nr̃a volũtate est: chari-
tatis aũt plenitudinẽ lex dei exigit a nobis. Un
de suscipiẽs vos in xp̄o debeo exhibere q̃ chari
tatis sũt cũ oĩ sollicitudĩe: cũ aũt dimisero vos re
gulã ieiunij possum recuperare: q̃ñ nõ possũt fi-
lij spõsi ieiunare q̃diu cũ illis est spõsus. Cũ aũt
eis ablatꝰ fuerit spõsus: tũc ex sua potestate ieiu
nabũt. Dixit itex q̃ supra: qꝛ venimꝰ ad aliũ senẽ:
Et fecit nos gustare: ⁊ hortabaꝛ nos iã satiatos
adhuc sumere cibũ. Et cũ dixissem qꝛ iaz nõ pos
sum. Ille r̄ndit. Ego hodie suꝑuenientibꝰ fratri-
bus sexies mensam posui: ⁊ dũ singulos hortor:
etiã ego sexties mãducaui ⁊ adhuc esurio: tu ve
ro semel mãducãs ita satiatus es vt iã mãduca
re nõ possis. ¶ Datũ est aliquãdo mãdatũ in sci-
thia: vt ieiunarent illa hebdomada ⁊ facerẽt pa
scha. Cõtigit aũt vt in ipsa hebdomada venirẽt
ad abbatẽ Moysen fratres quidã ab egypto: ⁊ fe
cit eis pulmẽtũ. Et cũ vidissent vicini fumũ di-
xerũt clericis ecclesie q̃ illic erant. Ecce moyses
soluit mãdatũ: ⁊ coxit apud se pulmentũ. Illi au
tem dixerũt. Qñ venerit loquemur ei ⁊ nos. Fa
cto aũt sabbato vidẽtes clerici magnã ꝯuersatio
nẽ abbatis moysi dicunt ei corã oĩ plebe. O ab-
ba moyses mãdatũ quidẽ hoĩs soluisti: sꝫ dei mã
data fortiter alligasti. ¶ Frater q̃dã venit ad ab
batẽ pastorẽ in secunda hebdomada quadragesi
me: ⁊ dicens ei cogitatiões suas atq̧ in eiꝰ respõ
sione inueniẽs requiẽ: dixit ei. In modico impe
diri habui ne venirẽ ad te hodie: ⁊ dixit ei senex:
quare? Et ille dixit. Metuebã vt ꝓpẽ quadrage-
simam non mihi aperiret. Et r̄ndit ei abbas pa
stor. Nos nõ didicimus ianuam ligneã claudere
sed magis lingue ianuã cupimꝰ clausaz habere.
¶ Frater quidã dixit abbati pastori. Si dedero
fratri meo modicũ panis aut aliq̃d aliud demo
nes polluũt illud vt videaꝛ ad placendũ homi-
nibus fieri. Dixit ei senex. Si ad placẽdũ homi-
nibus fiat tale opus: nõ tamẽ debemus fratribꝰ
prebere q̃d egent. Dixit aũt ei ⁊ parabolam talẽ.
Duo homines erãt agricole habitantes in vna
ciuitate: ⁊ vnꝰ ex eis seminãs collegit pauca et
sordida. Aliꝰ negligẽs seminare oĩno nihil colli
git. Si ꝟo fiat fames: quis duoꝝ potest euadere.
Et respõdit frater. Ille qui fecit: q̃uis parũ atq̧
modicum. Et dixit ei senex. Ita ⁊ nos seminemꝰ
pauca (⁊ si ĩmũda) ne famis tp̃e moriamur. ¶ Fra
ter quidã venit ad quendã solitarium ⁊ cum ab
eo egrederet dixit. Ignosce mihi abba qꝛ impe-
diui regulam tuaz. Ille respõdit: ⁊ dixit ei. Mea
regula est vt recipiam te in hospitalitatẽ: ⁊ cum
pace dimittaz. ¶ Solitarius quidam habitabat
non longe a cõgregatione fratrum: operatiões
faciens plurimas. Contigit autẽ quosdã venire
ad monasterium illud: vbi congregatio erat: ⁊ ꝑ
gentes ad solitariũ illuz fecerunt eum extra ho
ram mãducare. Postea vero dixerunt ei fratres
Non ꝯtristeris abba. Et ille respondit eis Mea

tristicia est si fecero ꝓprias volũtatez. ¶ Dicebã
de quodã sene in Syria: quia iuxta viam eremi
habitabat et hoc erat opus eiꝰ vt quacũq̧ hora
veniret monachus de eremo cũ fiducia faciebat
eum reficere. Uenit ergo aliq̃ñ vnꝰ solitariꝰ: et
illic petebat ab eo vt gustaret. Qui cũ nollet gusta
re dicens. Ego ieiunium nõ violabo: cõtristatꝰ
senex dixit ei ne pretereas puerum tuuz obsecro
neq̧ despicias: sꝫ veni oremꝰ. Ecce enĩ arbor est
hic que cui nostrũ orãti et genu curuãti inclina
ta fuerit: ipsaz sequamur. Curuauit ille solitariꝰ
genu in oratiõe ⁊ nihil factũ est. Flexit aũt senex
ille q̃ euz susceperat genu et statiz curuata est: et
arbor illa cũ ipso. Qd̄ cuz vidissent gauisi sunt ⁊
gratias egerũt deo semꝑ mirabilia facienti. ¶ Ue
nerũt aliq̃ñ duo fratres ad quẽdã senẽ. Cõsuetu
do aũt erat seni nõ mãducare quotidie. Qui cũ
vidisset fratres gaudẽs suscepit eos: ⁊ dixit. Ie-
iuniũ suã mercedẽ hꝫ. ¶ Et itex. Qui mãducat ꝓ
pter charitatẽ: duo mãdata implet: q̃ñ volũtatẽ
ꝓpriã derelinq̃t: ⁊ mãdatũ implebit reficiẽs fra
tres. ¶ Erat quidã senũ in egypto habitãs in de
serto loco. Erat etiã alter lõge ab eo manicheꝰ
⁊ hic erat presbyter ex his quos ipsi vocãt p̃sby-
teros: q̃ cũ vellet ꝑgere ad eiusdẽ erroris hoĩem
cõprehẽdit eũ nox in loco illo quo erat vir ille
sanctꝰ ⁊ orthodoxus: et anxiabaꝛ volẽs pulsare
vt maneret apud eũ. Sciebat enĩ qꝛ cognosceret
q̧ esset manicheus: et reuocabaꝛ a cogitatione
sua: ne forte nõ acquiesceret suscipere euz. Com
pulsus autẽ necessitate pulsauit ⁊ aperiens ei se
nex ⁊ cognoscẽs euz suscepit eum cũ hylaritate
et coegit euz orare: ⁊ reficiẽs eum collocauit vbi
dormiret. Manicheꝰ autẽ cogitans in se nocte
mirabatur dicẽs. Quomodo nullam suspitionẽ
habuit d̾ me. Uere iste seruus dei est. Et surgẽs
mane cecidit ad pedes eius dicẽs. Ab hodie or-
thodoxus sum ⁊ nõ recedã a te. Et deinceps per
mansit cum eo. ¶ Monachus quidam thebeus
accepit gratiaz ministerij a deo: vt singulis indi
gẽtibus ministraret quod necessarium esset. Cõ
tigit autem aliquando in quodã vico vt faceret
agapem: et ecce mulier quedã venit ad eum vt ac
ciperet: et hec erat vestita vetustissimis rebus.
Quam cum vidisset ita vetustis rebus indutaz:
impleuit manum vt daret ei multum. Clausa est
autẽ manꝰ eius: ⁊ leuauit parũ. Alia vero venit
ad eũ vestita bñ: ⁊ vidẽs vestes eiꝰ: misit manũ vt
daret ei parũ: ⁊ aperta est manꝰ eius: et leuauit
multũ. Et req̃siuit d̾ vtrisq̧ mulieribꝰ illis: ⁊ co
gnouit qꝛ illa q̃ bonis vestibꝰ vtebaꝛ de honestis
mulieribꝰ ad paupertatẽ venerat ⁊ qꝛ ꝓ opinio
ne nataliũ suoꝝ bonis fuerat rebꝰ ĩduta: illa ꝟo
alia accipiẽdi causa vestierat se vetustis. ¶ Mo
nachꝰ q̃dã erat q̃ habuit fratrẽ secularẽ paupcu
lum: ⁊ q̃cquid laborabat p̄stabat ei: sed q̃to illi p̄
stabat: plus tãto ille pauperior fiebat. Pergẽs
aũt monachꝰ ille ĩdicauit hec seni cuidã. Senex
aũt dixit ei. Si me vis audire vltra nihil p̄be ei
sꝫ dic illi. Frater q̃ñ habui dedi tibi: tu ergo mõ
labora: ⁊ ex eo q̃d laboraueris: p̄be mihi: ⁊ q̃cq̃d
tibi attulerit accipe ab eo: ⁊ vbi scis ꝑegrinũ aut
senẽ pauperẽ da illi: ⁊ roga eos vt orẽt ꝓ eo. Illẽ
aũt fraꝛ hec audiẽs fecit ita: ⁊ veniẽti ad se frĩ il
li seculari locutꝰ ẽ q̃ẽadmodũ dixerat senex: ⁊

discessit tristis: ⁊ ecce pxīa die tollēs ð horto mi
nuta olera attulit ei. Acceptēs aūt frater eiꝰ de-
dit senibꝰ: ⁊ rogauit eos vt orarēt pro eo. Qui cū
accepisset bñdictionē: reuersus est in domū suā.
Postea vero iterum attulit olera ⁊ tres panes: ⁊
acceptēs frater eiꝰ: fecit sicut prius: ⁊ cōsecuta be
nedictione iterū discessit. Tertio veniēs attulit
multas expēsas: ⁊ vinum ⁊ pisces. Qđ cū vidis-
set frater eius miratꝰ est: ⁊ vocauit pauperes ⁊ re
fecit eos. Dixit aūt illi seculari fratri suo. Ne opꝰ
habeas aliquātos panes? Et ille dixit. Nō domi
ne quoniā qñ accipiebā aliquid a te: velut ignis
intrauit in domū meā ⁊ cōsumebat illud: nūc au
tem quādo a te nihil accipio supabundo: ⁊ deus
benedixit mihi. Pergēs aūt frater īdicauit hec
omnia q̄ facta fuerāt illi seni. Et dixit ei senex.
Nescis quia rex monachorū ignis est: ⁊ vbicūq̄
ingredit consumat. Hoc aūt vtile est fratri tuo:
vt de labore suo misereat ⁊ orationem a sanctis
viris accipiat: ⁊ ita benedictionē cōsequēs mul
tiplicabitur labor eius. ¶ Dicebat quidaꝫ senuꝫ.
Qr quidā faciebat multa bona frequēter ⁊ dia-
bolꝰ immittebat ei scrupulositatē in animū de
paruis rebꝰ: vt aliorū oīꝫ que faciebat mercedem
amitteret. Sedēte eñ me aliqñ in oxirinco iux-
ta quēdā presbyterū: qui faciebat multas eleemo
synas: venit mlier qđā vidua postulās ab eo mo
dicum tritici: ⁊ dixit ei. Uade ⁊ affer modiū ⁊ mē
sura tibi. Illa autē mensurans modiā ipsum ad
matꝰ dixit ei Malus est. Et fecit verecūdiā vidue
illi. Cum vero discessisset vidua illa: dixi ego ad
pſbyterū. Mutuasti vidue isti hoc triticū: aut qđ?
Et ille dixit. Non. Sed donaui ei: ego autē dixi.
Ergo si totū gratis dedisti: quomodo in modico
sic scrupulosus eē voluisti: ⁊ verecūdiā fecisti mu
lieri. Senex quidā cū alio vno fratre habebat cō
munē vitam: erat aūt ille senex misericors. Con
tigit aūt vt fieret fames: ⁊ ceperūt qđā venire ad
hospitiū eius vt acciperent agapem. Senex xo
omnibus venientibꝰ ministrabat panem. Uidēs
autem frater qđ fiebat: dixit seni. Da mihi partē
meā de panibꝰ: ⁊ qđ vis de pte tua fac. Senex aūt
diuisit panes: ⁊ faciebat more solito eleemosynā
de parte sua. Multi autē concurrebant ad senē
audiētes q̄ oībus daret. Uidēs aūt deus ꝓposi-
tū voluntatis eius benedixit panes. Frater aūt
ille qui acceperat partē suam ⁊ nulli dabat: cō-
sumpsit panes suos: ⁊ dixit seni. Qm̄ modicū qđ
adhuc habeo de panibꝰ meis abba suscipe me ad
cōmunē vitam. Et dixit ei senex. Quomodo vix
facio. Et ceperunt iteruꝫ simul esse ⁊ cōiter viue
re. Facta autem iterum abundantia victualiuꝫ:
veniebant iterum indigentes vt acciperent aga
pem. Cōtigit aūt vna die vt intraret frater ille ⁊
videret quomodo deficerent panes. Uenit autēꝫ
⁊ pauper postulans agapem. Senex aūt dixit fra
tri illi: da ei panē: ⁊ dixit. Iam nō habeo pater: ⁊
dixit ei senex. Intra ⁊ quere. Ingressus autē fra
ter: attendit ⁊ vidit repositiones in quibꝰ panes
haberi solent repletas panibꝰ. Quod cū vidisset
timuit ⁊ tollēs dedit pauperi: atq̄ ita cognoscēs
fidem ⁊ virtutem senis glorificauit deum.

¶ Explicit de hospitalitate ⁊ misericordia.

Incipit liber de obedientia.



BEate memorie abbas arse
nius dixit aliquādo abba-
ti alexādro. Quādo perexerīs de
ris palmulas tuas tunc veni vt
gustemus. Si aūt aliq̄ peregri-
ni superuenerint comede cū eis.
Abbas ergo Alexāder leuius ⁊
modestius operabat: ⁊ cum fa-
cta fuisset hora māducādi sup-
erat ei adhuc ð palmulis suis.
Uolens aūt custodire sermonē
senis: sustinuit donec explicaret palmulas. ¶ Ab
bas aūt arsenius cum videret quia tardaret gu
stauit existimās: q̄ȝ forte peregrini ei superuene
rint: ⁊ cum eis gustauerit. ¶ Abbas autē Alexā-
der postea q̄ȝ expleuit vespere perrexit ad abbatē
Arsenium: ⁊ dixit ei abbas Arsenius. Peregri-
nos aliq̄s habuisti: ⁊ dixit. Nō: ⁊ ille dixit. Qua
re ergo nō venisti? ⁊ respondit: quia dixisti mihi
quando defecerint palme tunc veni ego aūt ha-
bui sermonē tuū in animo ⁊ non veni: quia vsq̄
ad hanc horam nō est consummatum opus: ⁊ ad
miratus est senex scrupulositateꝫ obedientie eiꝰ
Et dixit ei. Citius disiungere ab opere tuo: vt ⁊
ministerium psallendi facias: ⁊ aquam tibi adue
here concurras alioq̄n citius periclitabit cor-
pus tuum. ¶ Uenit abbas Abraam ad abbatem
Aren: ⁊ dum sederent simul supuenit quidā fra-
ter ⁊ dixit abbati Aren. Dic mihi quid faciam vt
saluari possim. Et dixit ei senex. Uade ⁊ toto an-
no isto vespere māduca panem ⁊ salem: ⁊ veni et
iterum loquar tibi: qui pergens fecit ita. Cōple
to autem anno venit iterū frater ille ad abbatē
Aren. Cōtigit aūt vt rursus apud eū inueniret ab
bas Abraā: ⁊ dixit iterū senex illi fratri. Uade et
ieiuna isto anno ⁊ post biduū māduca: cū xo dis-
cessisset dixit abbas Abraā ad abbatē Aren: q̄re
oībꝰ fratribꝰ leue iugū ipones: isti xo fratrē gra
ui sarcina onerasti? Et dixit ei senex. Aliī fratres
quō venīūt q̄rere: ita ⁊ discedūt: hic xo q̄ȝ propt
deū venit audire xbū: opartꝰ aūt magnꝰ est: ⁊ q̄c-
q̄d ei dixero cuꝫ oī solicitudine facit: ꝓpterea et
ego loquor ei xbū dei. ¶ Narrauerūt de abbate
Ioāne breuis stature q̄ȝ perrexit aliqñ ad quēdaꝫ
senem thebeuꝫ genere cōmorātem in scithia qui
sedebat in eremo. Tollens aliqñ abbas eiꝰ lignū
siccū plātauit ⁊ dixit ei. Per singulos dies mitte
ei ad pedē eius lagenā aque donec fructū faciat
Erat eñ lōge ab eis aqua: vt a sero pgeret: ⁊ ma-
ne rediret. Post tres aūt annos vixit lignū illō
⁊ fecit fructum. Sumēs aūt ex fructu eius senex
attulit ad ecclesiā ⁊ dixit fratribꝰ. Accipite ⁊ mā
ducate de obediētie fructu. ¶ Dicebāt de Ioāne
q̄ fuit abbatis Pauli discipulꝰ: q̄ȝ magne obediē-
tie fuerit. Erat aūt ī quodā loco nemoroso: ⁊ ha
bitauit in eo leena pessima. Uidēs aūt circa ipm
locū senex stercora leene ipsius: dixit Ioāni. Ua
de ⁊ affer stercora illa: ⁊ ille dixit ei. Et q̄d facio
abba ꝓpter leenā illā. Senex aūt subridēs dixit ei.
Si venerit cōtra te liga eā ⁊ affer huc: perrexit ḡ
frater illuc vespe: ⁊ ecce venit leena sup ipꝫ. Ille
aūt sꝫ verbū senis impetū fecit sup eā: vt teneret
eam. Fugit aūt leena: ⁊ seq̄batur eā ille dicēs. Ex
pecta q̄ȝ abbas meꝰ dixit vt ligē te: ⁊ tenēs eā al
ligauit. Senex aūt expectādo eū diutius sedebat

⁊ tribulatione affligebat magna. Et ecce tarde
venit: ⁊ habebat leenā illā ligatā. Quod cū vidiſ
ſet ſenex admirat⁹ eſt. Volēs aūt humiliare illū
cecidit eū ⁊ dixit. Stulte: canē ſatuū adduxiſti mi
hi. Soluit aūt eā ſtatī ſenex ⁊ dimiſit redire ad
locum ſuū. ¶ Dicebāt de abbate Siluano: qꝛ ha-
buerit in ſcithia diſcipulum noīe Marcū: ⁊ hic
fuerit magne obedientie quiꝙ etiā ſcriptor anti
quarius erat. Diligebat aūt eū ſenex ꝓpter obe
dientiā ſuā: habebat etiā alios vndecim diſcipu
los: q̄ cōtriſtabātur ꝙ diligeret eū plus eis. Qd̄
cū audiſſent vicini ſenes qꝛ plus eū ceteris diſci
pulis ſuꝭ diligeret: moleſte tulerūt. Vna aūt die
rum venerūt ad eū. Quos aſſumēs ſecū abbas.
Siluan⁹ egreſſus ē de cella ſua ⁊ cepit ſingulorꝫ
ſuorꝫ cellas pulſare dicēs. Frater veni: qꝛ opus
te habeo. Et vnus ex eis nō ē mox ſecut⁹ eū. Ve
nit aūt ad cellā Marci: ⁊ pulſauit dicēs: Marce
Jlle aūt cū audiſſet vocē ei⁹: ſtatī exiuit foras: ⁊
miſit eum ad quoddā miniſterium. Abbas ergo
Siluanus dixit ſenibus. Vbi ſunt ceteri fratres
Et ingreſſus eſt in cellā Marci ⁊ inuenit quater-
nionē quē eadē hora inchoauerat in quo literā
o faciebat: ⁊ audita voce ſenis nō fixit nec gyra-
uit calamū vltra vt impleret ⁊ cōcluderet literā
quā in manu habebat. Et dixerunt ſenes. Vere
abba: quē tu diligis ⁊ nos diligimus: qm̄ ⁊ deus
diligit eum. ¶ Venit aliquādo ſupradicti marci
mater vt videret eum: ⁊ habebat ſecum plurimū
obſequium. Ad quē cū exiſſet ſenex dixit ei illa
Abba: dic filio meo vt exeat ad me vt videā eum
Jngrediens aūt ſenex dixit marco. Egredere vt
videat te mater tua. Jlle aūt veſtit⁹ erat cōcio: ⁊
recōſuto pāno: ⁊ caput ⁊ facies ei⁹ tincta fumo ⁊
fuligine coquine erat. Qui ꝓpter abbatis obediē
tiā egreſſus eſt quidē: ſed clauſit oculos: ⁊ ita ſa-
lutauit matrē ſuā: ⁊ eos qui venerāt cū ea dicēs
Sani eſtote: ⁊ nemo ex eis nec mater ſua eum co
gnouit: qꝛ ipſe eſſet q̄ iterū miſit ad ſenē dicens.
Abba mitte filiū meū vt videā eū. Et dixit mar-
co. Nōne tibi dixi egredere vt videat te mr̄ tua. Et
dixit ei marcus. Egreſſus ſum iuxta verbū tuū pa
ter. Verūtn̄ rogo te ne mihi vltra dicas vt exeā
ne inobediēs tibi videar eſſe. Egreſſus aūt ſenex
dixit matri eius. Jpſe eſt qui exiuit ad vos ⁊ ſalu
tauit vos dicens. Sani eſtote: ⁊ cōſolatus eſt eā
ſenex ⁊ eā diſcedere fecit. ¶ Venerunt aliquādo
quatuor fratres ꝺ ſcithia ad abbatē Pābo veſti
ti pelliceis tunicis: ⁊ indicauit vnuſq́ſꝙ eorꝫ vir
tutem alterius: nō preſente eo de quo loquebat
Vnus nāꝙ ex eis ieiunauit multū: alter vero ni
hil poſſidebat: tertius aūt habebat plurimā cha
ritatē: de quarto vero dicebant: qꝛ viginti duos
annos haberet in obediētia permanēs ſenioris
Reſpondit aūt eis abbas Pambo dicens. Dico
vobis quia iſtius virtus maior eſt ꝙ ceterorū: qꝛ
vnuſquiſꝙ veſtrū virtutē quā poſſidet voluntate
ꝓpria retinuit. Hic aūt voluntatē ſuā abſcīdens
alienæ ſe voluntatis ſuū fecit. Tales eī veri ꝯfeſ-
ſores ſunt ſi vſꝙ ad finē ita ꝑmāſerint. ¶ Venit
q̄dā ad abbatē Syſoy thebeū volēs fieri mōach⁹
Et interrogauit eū ſenex. Si q̄d haberet in ſecu-
lo: ⁊ ille dixit: habeo vnū filiū. Et dixit ei ſenex.
vade iacta eū in flumē: ⁊ tūc eris bon⁹ monach⁹
Qui cū abiiſſet proiicere eū in flumē miſit ſenex

vnū de fratrib⁹ qui prohiberet eū. Qui cū vellet
iactare puerū: dixit ei: frater deſiſte. Quid facis?
Et ille reſpōdit. Abbas mihi dixit vt ꝓijciā eū.
Et dixit ei frater. Sꝫ iterū abbas dixit. Nō proij-
cias eū. Jlle aūt relinquēs filiū ſuū venit ad ſenē:
⁊ factus eſt probatiſſimus monachus. Dicit ſan
cta ſincletice: qꝛ in congregatione cuilibet ꝯuer
ſanti magis obedientiā ꝙ continentiā proponi
mus: quoniā cōtinētia arrogātiā habet: obediē-
tia autē humilitatē congruā pollicet. Dicit iterū
que ſupra. Oportet nos cū diſcretiōe aīas guber
nare: ⁊ in congregatiōe manētes: nō que noſtra
ſunt querere: neꝙ ſeruire proprie volūtati: quo
niam velut exilio relegati noſtro dedim⁹ vni ſm̄
fidem patri: a rebus ſecularib⁹ alienati. Vnde er
go egreſſi ſumus nihil vlterius requiram⁹. Jllic
enim gloriam habuimus illic abundantiā cibo
rum: hic autē eſt etiā panis ipſius inopia. ¶ Di
xit abbas Jperiti⁹: qꝛ miniſteriū mōachi ē obe-
dientia: quā qui poſſidet quicquid popoſcerit a
deo impetrabit: ⁊ cū fiducia crucifixo aſtabit. Et
enim dn̄s ſic venit ad crucem: factus ſcꝫ obediēs
vſꝙ ad mortē. Dicebāt ſenes. Qꝛ ſi hꝫ quis in ali
quo fidē ⁊ tradiderit ſe ei ad ſubiectionē nō debꝫ
intēdere in mādata dei: ſed patri ſuo ſpūali om-
nē voluntatem ſuā cōmittere: qꝛ illi per oīa obe
diēs non incurrit peccatū apud deū. ¶ Dicebāt
ſenes: qꝛ iſta querit de⁹ a chriſtianis: vt obediat
quis diuinis ſcripturis: qm̄ inde accipiet loquē
dorū ⁊ agendorū formā vt cōſentiat prepoſitis ⁊
patribus orthodoxis. Frater quidā de ſcithia va
dens ad meſſē applicuit ad quēdā ſenē magnū
⁊ dixit ei. Dic mihi abba q̄d faciā pergens ad me
tendū. Reſpōdit ei ſenex. Et ſi tibi dixero acquie
ſces mihi. Rn̄dit ei frater. Et tā obedio tibi. Di-
xit ei ſenex. Si mihi acq̄eſcis ſurgēs vade: ⁊ renū
cia meſſi huic: ⁊ veni dicā tibi q̄d facias. Jlle au
tē frater renūciauit meſſioni ⁊ venit ad ſenem.
Dixit autē ei ſenex. Jntra cellam tuā: ⁊ fac quin-
quaginta dies ꝯtinuos: ſemel comedēs in die pa-
nem cū ſale ⁊ iterū indicabo tibi aliā rē. Et fecit
ſic: ⁊ rurſus venit ad ſenē. Senex aūt videns qꝛ vir
operarius eſſet dixit ei: quomō oporteret eū eſſe
in cella ſua. Et diſcedēs frater in cellā ſuā ꝓſtra
uit ſe pronus in terrā tres dies ⁊ tres noctes plo
rans in ꝯſpectu dn̄i. Poſt hoc vero cū dicerēt ei
cogitationes ſue exaltat⁹ es: magnus factus es
ipſe temperans vitia cogitationū ſuarū humiliter
reuocabat culpas ſuas in cōſpectu ſuo dicēs. Et
vbi ſunt oīa illa peccata mea que feci? Si aūt ite
rum in cogitatiōe eius aſcendebat: qꝛ multū ne
glexerat de mandatis dei dicebat ⁊ ipſe intra ſe.
Sꝫ exhibeo paruū ſeruitiū deo meo ⁊ credo qꝛ fa
ciet mecū miam. Hoc igit modo cū deuiciſſet ſpi
rit⁹ malarū cogitationū apparuerūt ei maligni
ſpiritus viſibiliter dicētes. Turbati ſum⁹ a te: ⁊
dixit eis. Quare. Et dixerūt: qꝛ ſi te exaltam⁹ re
curris ad humilitatē: ſi vero nos te humiliam⁹ ⁊
tu te erigis in altū. Dicebāt q̄dā ſenes. Qꝛ nihil
ſic querit deus ab his q̄ primitias habēt cōuer-
ſationis ꝙ obediētie laborē. ¶ Senex quidā ſo-
litari⁹ habuit quēdā miniſtrū manētē in poſſeſ-
ſione. Cōtigit autē ſemel vt tardāte miniſtro de
ficerent neceſſaria ſeni: ⁊ cū tēpus interceſſiſſet
⁊ nō veniret miniſter ille ꝺfecerūt etiā q̄ neceſſa

ria habebat senex ad victū: ꝛ ꝙ operaret̃ manibꝰ suis. Qui cū affligeret̃ non hn̄do qđ laboraret neq₃ vnde viueret: dixit discipl'o suo: vis ire ad possessionē illā ꝛ vocare nobis ministrū q̃ solet afferre que opꝰ sunt nobis. Et ille respōdit. Qđ tu bes facio. Differebat autē adhuc senex nō presumens mittere fratrē ꝛ cū diu sustinerent ꝛ tribularent̃ nō veniente ministro dixit iterū senex ad discipulū suū. Vis ire vsq₃ ad possessionē: ꝛ adducere eū: ꝛ ille rn̄dit. Qđ vis facio. Timebat ēt discipulus ille descēdere ad possessionē ne scandalizaret̃ aliūde: sꝫ ne inobediēs esset patri suo acq̃euit abire. Dixit aūt ei senex. Credo in deum patrū meorū: qꝛ proteget te ab omni tentatiōe. Et facta oratione direxit eū. Veniens aūt frater in possessionē req̃siuit vbi maneret minister ille: ꝛ iuenit hospitiū eius. Cōtigerat aūt eū cum suis oībꝰ ad memoriā parētū suorū extra possessionē inuēiri excepta vna filia eius quo pulsante ianuā filia audiuit ꝛ venit ad ostiū ꝛ apuit ei. Et cū interrogaret eā de p̃re suo illa hortata est eū vt intraret hospitiū simul etiā trahebat eū. Ille vero nō acq̃escebat intrare. Sed cū diu eum cogeret preualuit eū introducere ad se: ꝛ amplexata est eū: ꝛ cepit illicitare ad cōmixtionē corporis sui. Ille aūt vidēs se trahi ad luxuriā ꝛ cogitatiōibꝰ cōfundi ingemiscēs clamabat ad dn̄m dicēs: dn̄e ꝑpter orōnes p̃ris mei libera me ĩ hora ista. Hoc cū dixisset subito inuentꝰ est ad flumē pergēs ad monasteriū ꝛ restitutus est illesus ad abbatē suū. ¶ Duo fratres carnales venerūt habitare in monasteriū q̃ddā: ex q̃bus vnꝰ erat preclare cōtinentie: alter obediētie magne. Cui dicebat pater. Fac hoc: ꝛ faciebat. Māduca mane ꝛ manducabat: de qua re magnā opinionem in monasterio habebat: qꝛ ita obediens existebat. Punctꝰ est aūt inuidie mucrone frater eiꝰ ille continens aduersus eū ꝛ dixit in semetipso Ego probabo eū si habet obediētiā. Et accedēs ad patrē monasterij: dixit ei. Mitte mecū fratrē meū vt eamus alicubi: ꝛ dimisit eos abire: ꝛ assumēs eū frater ille abstinēs: voluit eū tētare. Et cū venissent ad flumē vbi erat multitudo crocodillorū: dixit ei. Descende in flumē ꝛ trāsi. Et ille mox descendit. Venerūt aūt crocodilli ꝛ lingebāt corpꝰ eiꝰ in nullo ledētes eū. Qđ cū vidisset frater eiꝰ dixit ei. Ascēde de flumīe: ꝛ cū iter agerēt inuenerūt corpꝰ humanū mortuū iacēs in via. Tūc dixit abstinens frater ad fratrē suū. Si habuissemꝰ aliq̃d vetustū iactaremꝰ sup corpus illđ: ꝛ respondēs frater ille obediēs dixit. Magis oremꝰ ꝛ forsitā resurget. Et stantibꝰ ad orationē atq₃ orātibꝰ surrexit mortuꝰ ille. Quo facto gloriatꝰ ē ille abstinēs frat̃: ꝛ dixit. ¶ Pro cōtinētia mea surrexit mortuꝰ hic. Oīa aūt hec reuelauit deꝰ abbati monasterij eoꝝ: et qualiter tentauerit fratrē suū de crocodillis: ꝛ quomō suscitatus fuerit mortuꝰ. Et cū venissent in monasteriū: dixit abbas abstinēti illi. Quare ita fecisti fratri tuo. Ecce tū ꝑpter obediētiā eius surrexit mortuꝰ ille. ¶ Alter quidā secularis vite habēs tres filios renūciauit seculo: ꝛ venit ad monasteriū relinquēs filios suos ĩ ciuitate. Et cū fecisset tres annos in mōasterio ceperūt ei cogitationes sue filios ad memoriam frequēter adducere: ꝛ contristabatur pro eis valde. Neq₃ eīm dixerat abbati filios se habere. Videns aūt abbas eū tristē: dixit ei. Quid habes ꝙ tristis es. Et narrauit ei qꝛ tres filios haberet ĩ ciuitate: ꝛ qꝛ vellet eos ad monasteriū eiꝰ adducere. Precepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cū perrexisset ad ciuitatē iuenit duos ex eis iā fuisse defunctos vnū vero solūmodo remāsisse. Quē assumēs venit ad monasteriū: ꝛ requirens abatē nō eū inuenit illic. Interrogauit aūt fratres vbi eēt abbas ꝛ illi dixerūt. Vsq₃ ad pistrinū perrexit. Ille vero tollēs filiū suū quē adduxerat abijt in pistrinū: ꝛ videns eū abbas venientē salutauit: ꝛ tenēs infantē quē adduxerat āplexatꝰ est eū: ꝛ osculabatur. Et dixit patri eiꝰ. Amas eū: ꝛ ille dixit. Etiā Et rursus dixit ei. Omnino diligis eū. Et respōdit: etiā. Hec audiens abbas dixit ei. Tolle ergo si amas eū: ꝛ mitte eū in furnū: sic mō dum ardet furnꝰ ꝛ tenēs p̃r filiū suū iactauit eū in furnū ardētē: statimq₃ factꝰ est furnꝰ velut ros: ex qua re acq̃siuit gloriā ĩ t̃pe illo: quēadmodū Abraā patriarcha. ¶ Dixit q̃dā abbas senex: qꝛ frater q̃ ad obediētiā p̃ris sp̃ualis aīaꝫ dederit maiorē mercedē hꝫ quā ille q̃ in eremo solus recesserit. Dicebat aūt: qꝛ narrauit aliq̃s patrū vidisse se q̃tuor ordines in celo: quoꝝ Primꝰ ordo erat hoīꝫ infirmorū ꝛ grās agentiū deo. Scđs ordo hospitalitatē sectātiū: ꝛ instāter ministrātiū in his. Teriꝰ ordo in solitudīe ꝯuersantiū ꝛ nō vidētiū hoīes. Quartus ordo eoꝝ q̃ ad obediēdū sp̃ualibus patribꝰ se subijciūt ꝑpter dn̄ꝫ deū. Vtebat̃ aūt ordo obediētiū torque aurea ꝛ corona: ꝛ maiorē ꝙ alij gloriā habebat. Ego aūt dixi ei q̃ mihi ostēdebat oīa hec. Quomō iste ordo q̃ paruus est maiorē ꝙ alij gl'iaꝫ hꝫ. Et rn̄dēs dixit mihi. Qꝛ q̃ hospitalitatē sectant̃ s̄m ꝓpriā volūtatē id ip̄ꝫ faciūt similiter ꝛ q̃ in eremo se obligāt arbitrio suo: de seculo recesserūt: hic aūt ordo q̃ se ad obediētiā dedit oēs volūtates suas abijciēs pēdet ad deū ꝛ ad iussionē sp̃ualis p̃ris: ꝑpterea ꝛ maiorē gloriā pre alijs hꝫ. Quapropter o fili bona est obediētia q̃ ꝑpter deū fit. ¶ Intēdite ergo filij virtutis huiꝰ aliqđ ex p̃re vestigiū. Obediētia est salus oīm fideliū ꝛ oīm virtutū. Obediētia est regni celoꝝ inuentrix. Obediētia celos aperiēs est: ꝛ hoīem de terra eleuās. Obediētia cohabitatrix est āgeloꝝ Obediētia sctōꝝ oīm cibus est: ex hac eīm multi ablactati sunt: ꝛ p hāc ad ꝑfectionē peruenerūt.

¶ Explicit liber de obediētia.

¶ Incipit liber de humilitate.



Abbas Antonius deficiēs in cōsideratione profunditatis iudicioꝝ dei postulauit dicens. Dn̄e quomō aliq̃ puo tēpore viuere sue moriunt̃: ꝛ alij vltra decrepitā veniunt senectutē: ꝛ q̃re q̃dā egeni sunt ꝛ alij facultatibus ditant̃: ꝛ quō iniusti opulēti sunt: iusti vō paupertate ꝑmūtur. Et venit eis vox dicēs. Antoni ad teip̄ꝫ intēde: hec eī iudicia dei sunt: ꝛ te scire ea nō ꝯuenit. ¶ Dixit abbas Antoniꝰ abbati pastori. Hoc est magnum opus hoīs: vt culpā suā sup se vnusq̃sq₃ ponat corā dn̄o ꝛ expectet tētationē vsq₃ ad vltimū vite sue t̃ps

dixit iterū abbas Antoni⁹: vidi oēs laqueos ini
mici tēsos in terra: ⁊ ingemiscēs dixit: qs putas
trāsiet istos: ⁊ audiui vocē dicētē. Humilitas. Ue
nerūt aliq̄ senes ad abbatē antoniū: ⁊ erat cum
eis ēt abbas Joseph. Uolēs aūt abbas antoni⁹
ꝓbare eos mouit sermonē de scripturis sctis: ⁊ ce
pit interrogare a iunioribus qd eēt hoc: aut illud
verbū: ⁊ singuli ei dicebāt ꝓut poterāt. Jlle aūt
dixit. Necdū inuenistis: post oēs vero dixit abba
ti ioseph. Tu quō dicis eē vbū hoc: ille rñdit: ne
scio. Et ait antoni⁹. Tu sol⁹ inq̄t inuenisti humilita
tis ianuā. Miserūt aliq̄ abbati arsenio demo
nes ī cella sedēti ⁊ tribulabāt eū. Superuenerunt
āt ⁊ frēs q̄ ei ministrare soliti erāt: ⁊ stātes extra
cellā audiebāt eū clamātē ad dn̄m ⁊ dicētē: dn̄e nō
me derelinq̄s: qz nihil boni feci corā te sz p̄sta mi
hi sm̄ benignitatē tuā saltē mō habere bn̄ viuē
di p̄ncipia. Dicebāt de eo q̄ supra. Qz sicut dū in
palatio eēt: nemo melioribus vestimētis eo vsus
est: ita vt dū ī ꝯuersatiōe monarcℏ nemo vilio
rib⁹ vtebat̄. Cū īterrogaret aliq̄ abbas arseni⁹
quēdā senē egyptiū de cogitationib⁹ suis: ali⁹ vi
dens eū dixit. Abba Arseni. Quō tu q̄ tāte erudi
tiōis es ī latina lingua ⁊ greca rusticū istū de co
gitationib⁹ suis interrogas. Et ille rñdit. Latinā
q̄dē ⁊ grecā eruditionē ꝯtū ad seculū apprehen
di: sz alphabetū rustici illi⁹ necdū discere potui.
Dicebāt senes qz dederint q̄dā fratrib⁹ aliq̄ ī sci
thia paucas caricas: ⁊ ꝓ hoc ꝙ pauce erant non
trāsmiserūt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriā
pateret̄: ille aūt cū hoc audisset nō est egressus iu
xta morē ad op⁹ dei cū fratrib⁹ celebrādū dicēs: ex
cōicastis me vt nō mihi daretis eulogiā quā trās
misit dn̄s frib⁹: ex qua ergo nō sui dign⁹ accipere
Quod cū audissent oēs edificati sunt ī humilitate se
nis: ⁊ vadēs p̄sbyter portauit ei de caricis istis: ⁊
adduxit eū in ꝯgregationē gaudētē. Dicebāt aūt
de eo: qz nemo potuerit cōprehēdere modū ꝯuer
sationis ei⁹. Sedēte aūt eodē abbate arsenio ali
qū in inferiorib⁹ partib⁹ egypti: cū illic importu
nitates pateret̄ visum est ei derelinq̄re cellā illā.
Et nihil ex ea tollēs dixit discipulis suis Alexā
dro ⁊ zoilo. Tu Alexāder ascēde nauē: ⁊ tu zoile
veni mecū vsq̄ ad flumen ⁊ quere mihi nauiculā
in alexandriā euntē ⁊ ita nauigabis ⁊ tu ad fra
trē tuū. Zoilus aūt turbat⁹ est in verbo suo ⁊ ta
cuit atq̄ ita diuisi sunt abinuicē. Descēdit aūt se
nex circa partes alexādrie ⁊ egrotauit egritudi
ne magna. Discipuli aūt ei⁹ dicebāt adinuicē. Pu
tasne aliq̄s nostrū cōtristauit eū ⁊ ꝓpterea diui
sus est a nobis: ⁊ nō inueniebāt in se ingratitudi
nis cām neq̄ ꝙ inobediētes ei aliq̄n fuissent. Cū
vero san⁹ fact⁹ fuisset senex dixit ad semetipsum.
Uadā ad p̄res meos: ⁊ ita nauigās venit in locū q̄
dr̄ petra vbi erāt supradicti ministri ei⁹. Cū vero
eēt iuxta flumē puella q̄dā ethiopissa veniēs te
tigit melotē ei⁹: senex aūt increpauit eā. Jlla vo
dixit: si monach⁹ es vade in montē. Cōpūct⁹ aūt
in hoc vbo senex dicebat ad semetip̄m. Arseni si
monach⁹ es vade in montē. Et inter hec occurre
runt ei alexāder ⁊ zoilus discipuli ei⁹. Et cū ceci
dissent ad pedes ei⁹ ꝓiecit se ēt ⁊ ipse in terrā et
flebāt simul. Dixit āt senex. Nō audistis qz egro
taui. Et dixerūt ei: etiā audiuim⁹. ⁊ ille dixit. Et
quare nō venistis videre me: ⁊ dixit Alexander

Quia diuisio tua a nobis nō fuit tolerabilis: q̄m
multi ex ea ꝯtristati sunt dicētes. Nisi inobediē
tes fuissem⁹ senū: neq̄q̄ se sepasset a nobis: ⁊ di
xit ei senex: ⁊ ego cognoui qz hoc diceret̄: sz rū ite
rū dicturi sunt hoies qz nō inueniens columba
requiē pedib⁹ suis reuersa est ad Noe in archā.
In hoc ergo verbo curati sunt animi discipulorū
eius: ⁊ permanserūt cum eo vsq̄ ad vltimū vite
sue tp̄s. Quo morti appropinquāte turbati sunt
⁊ dixit eis. Nondū venit hora cum aūt venerit in
dicabo vobis. Judicari aūt habeo vobiscū ante
tribunal xp̄i si permiseritis quenq̄ de corꝑe meo
aliq̄d facere: ⁊ illi dixerunt. Quid ergo faciem⁹:
qz nescimus mortuum vestire vel sepelire. dixit
senex. Nescitis mittere funē in pedē meū ⁊ trahe
re in montē. Cū aūt traditur⁹ esset sp̄m viderunt
frēs eū flētē ⁊ dicūt ei. In veritate tu times mor
tē p̄r: et dixit eis. In veritate eni͞ timor q̄ in hac
hora mihi est semper fuit in me ex quo fact⁹ sum
monach⁹: ⁊ timeo valde. Atq̄ ita in pace obdor
miuit. Jlle aūt sermo semꝑ in ore illi⁹ erat. Arse
ni ꝓpter q̄d existi. Loq̄ me semꝑ penituit: tacere
nūq̄. ¶ Audiēs aūt abbas pastor qz ab hac vita
discessērit Arsenius lachrymat⁹ est ⁊ dixit. Bea
tus es abba Arseni: qz fleuisti temetip̄m in secu
lo isto. Qui eni͞ se in hoc mūdo nō fleuerit sempi
terne plorabit illic siue igit̄ volūtarie hic: siue il
lic tormētis cogētib⁹ īpossibile est nō flere. Nar
rauit abbas daniel abbati Arsenio: qz nunq̄ vo
luit loq̄ de q̄one aliqua scripturarū: cū posset ma
gnifice loqui si vellet: sz neq̄ epistolā cito scripsit
ad aliquē. Qñ aūt ad ꝯuentū post aliquātū tp̄is
veniebat post colūnā sedebat ne q̄s videret faciē
ei⁹: ⁊ ne ipse attēderet aliū. Erat aūt visio ei⁹ an
gelica sicut Jacob canis ornat⁹ crinib⁹: elegans
corꝑe sicc⁹ tn̄. Habebat aūt barbā ꝓlixā oīno at
tingētē vsq̄ ad ventrē ei⁹. Pili oculorū ei⁹ p̄ie ni
mio ei⁹ sic tu ceciderant: long⁹ aūt erat: sed senio
longinquo curuat⁹. Mortu⁹ est aūt annorū nona
gintaquinq̄. Hic fuit in palatio diue memorie
theodosij maioris qui fuit p̄r archadij ⁊ honorij
annos quadraginta: ⁊ decē annos in loco q̄ dicit̄
throhen supra babiloniā cōtra ciuitatē mephis
⁊ tres annos in canopo alexandrie: ⁊ alios duos
annos reuertēs iterū in throhen fecit: ⁊ ita dor
miuit cōsummans in pace ⁊ in timore dei cursū
suū vir bon⁹ ⁊ plenus sp̄ū sancto ⁊ fide. ¶ Narra
uit abbas Joannes: qz abbas Anub ⁊ abbas pa
stor: ⁊ residui frēs eorū ex vno vtero nati: mona
chi fuerūt in scithia ⁊ qū venit illuc gēs mazico
rū: ⁊ desolauerūt locū ipsum primo discesserūt il
lic: ⁊ venerūt in locū q̄ dicit̄ theremithym donec
deliberarēt vbi habitare deberēt ⁊ manserunt il
lic in templo quodā antiquo: paucos dies. Dixit
autē abbas Anub abbati pastori. Ostēde chari
tatē vt tu ⁊ fratres tui ⁊ singuli seorsum habite
mus: ⁊ nō veniamus ad nos inuicē hebdomada
hac. Et rñdit abbas Pastor. Faciamus qualiter
vis. Et fecerūt sic. Erat aūt ibi in tēplo statua la
pidea ⁊ surgebat quotidie abbas Anub: et faciē
statue illi⁹ lapidabat: vespere aūt dicebat: Jgno
sce mihi: ⁊ tota hebdomada ita fecit. Die aūt sab
bato occurrerūt sibi inuicem: ⁊ dixit abbas Pa
stor abbati anub. Uidi te abba hebdomada ista
lapidantē faciē statue huius ⁊ iterū penitentiam

agentē apud eā: fidelis aūt homo hec non facit. Et respondit senex. Hanc rē ego propter vos feci. Quando me vidistis lapidantē faciem statue istius: an locuta est aliquid: an furiuit? Et dixit abbas Pastor. Non. Iterū quando apud eam penitentiā egi: an turbata est: aut dixit. Ignosco? Et rñdit abbas pastor. Nō. Et ille dixit. Ergo et nos qui sumus septē fratres: si vultis vt maneamus simul efficiamur velut statua hec que cōtumeliis affecta nō cōturbatur: si aūt nō vultis ita fieri ecce quatuor ingressus sunt tēpli huius: vnusquisqꝫ qua vult exeat: et quo vult vadat. Illi aūt hec audiētes prostrauerūt se in terrā: et dixerūt Abbati. Quō iubes pater ita fiat: obediemus tibi in oībus que dixeris nobis. Postea aūt retulit abbas Pastor dicēs. Et māducauimus simul omni tempore vite nr̄e: operātes et faciētes oīa fm verbū senis: quecūqꝫ dixerit nobis. Cōstituit autē vnū ex nobis dispensatorē: q̄ quecūqꝫ nobis apposuisset: māducabam⁹: et impossibile erat vt diceret aliqs ex nobis: affer aliud aliqd: aut diceret: nolo illō manducare: et sic trāsiuimus oē tp̄s vite nr̄e cum quiete et pace. ¶ Dicebant de abbate Ammone Et venerūt qdā ad eū petētes vt iudicaret inter eos. Senex autē dissimulabat: et ecce qdā mulier ad aliā mulierē iuxta se stātē dicebat. Senex iste fatu⁹ est. Audiuit eā senex: et vocans illā ad se dixit ei: quātos labores putas sustinui in solitudinib⁹ diuersis: vt acquirerē fatuitatē istā: et ꝓpter te hodie perditur⁹ sum. ¶ Narrauerūt de ep̄o ciuitatis q̄ vocat Oxirincus noīe abbas assus: q: cū esset monach⁹: nimis dure tractauerit vitam suā: et cū fact⁹ esset ep̄s voluit ipsa duritia vti in ciuitate quā in eremo habuerat et nō preualuit. Idcirco ꝓstrauit se in cōspectu dn̄i dicēs. Putas ne dn̄e ꝓpter episcopatū discessit a me gr̄a tua. Et reuelatū est ei: q: nō: sꝫ q: tūc solitudo erat: et cū nō eēt hō de⁹ tu⁹ susceptor erat: nūc aūt hic in seculo ex vbi hoīes auxiliant tibi. ¶ Dixit abbas Daniel: q: erat in babilonia filia cuiusdā primarū demoniū habēs. Pater aūt ei⁹ diligebat monachū quendā. Dixit aūt ei monach⁹ ipse. Nemo pōt curare filiā tuā: nisi quos scio solitarios: et si precetis ad eos: nō acquiescēt hoc facere ꝓpter humilitatē. Sꝫ hoc faciamus vt qñ veniūt afferētes venalia q̄ operantur dicatis vos emere velle quod vendūt: et dū venerint ad domū preciū accepturi: dicemus eis vt faciāt orationē: et credo q: saluabit filia tua. Exeuntes ergo in plateā inuenerunt vnū discipulū senis sedentē vt venderet sportas suas: et tulerunt eum secū in domum: vt quasi preciū sportarū acciperet. cū intrasset monach⁹ ille in domū: venit puella illa que a demonio vexabat: et dedit alapā monacho illi. Ille aūt cōuertit ei et alterā maxillā fm diuinū ꝓceptū. Demō coact⁹ clamare cepit. O violētia mādatorū iesu christi expellit me hinc: et statim mūdata est puella illa. Cū aūt venissent ad senes: indicauerūt eis qō fuerat factū: et glorificabant deum et dixerunt. Cōsuetudo est diabolice superbie: humilitate mandatorū iesu xp̄i corruere. Dixit abbas euagrius. Principiū salutis est: si teipsum redarguis. ¶ Dixit abbas Serapion: q: multos labores corporales feci plusqꝫ filius me⁹ zacharias: et non peruenit ad mensuram humilitatis et taciturnitatis ei⁹. ¶ Abbas moyses dixit fratri zacharie. Dic mihi quid faciā? Ille autē hoc audiens: iactauit se pronus in terrā ad pedes eius dicens. Tu me interrogas pater. Dixit ei senex. Crede mihi fili zacharia: q: vidi spiritū sanctum descēdentē in te: et ꝓpterea ꝯpellor interrogare te. Tūc tollēs zacharias cucullā suam de capite suo misit illā sub pedib⁹ suis: et cōculcās eā dixit: nisi ita cōculcatus fuerit hō: nō pōt monachus esse. Dixit abbas pastor. Qui interrogauerat abbas Moyses fratrē zachariā: tp̄e quo moriebat dicēs. Quid vides: et ille dixit. Nihil meli⁹ ꝙ tacere pr̄. Et dixit ei. Fili verū est: q: tacere bonū est: hora aūt mortis ei⁹ sedēs abbas Isidorus respexit in celū et dixit. Letare letare fili mi zacharia: q: apte sunt tibi ianue regni celoꝝ. ¶ Sctē memorie Theophil⁹ ep̄s alexādrin⁹ venit aliqñ ad montē Nytrie: et venit ad eū abbas mōtis illius et dixit ad eū ep̄s. Quid amplius inuenisti in via ista pater. Et rñdit ei senex. Culpare et reprehēdere meipsum sine cessatione: et dixit ei ep̄s. Nō est alia via sequenda nisi hec. Qñ abbas Theodor⁹ cū fratribus māducabat accipiebat calices cū reuerētia et taciturnitate: nec dicebāt sicut mos est ignosce. Dixit autē abbas Theodorus. Perdiderūt monachi ingenuitatē suā: et nō dicūt ignosce. ¶ Dicebāt de eodē abbate Theodoro: q: cū fact⁹ esset diacon⁹: in scithia nō acquiescebat ministrare et huc atqꝫ illuc fugiebat: et iterum senes adducebāt eū dicētes. Nō derelinquas ministeriū tuū. Dixit aūt abbas Theodor⁹. Dimitte me et deprecor deū: et si ostēderit mihi: q: si debeo stare in loco ministerij hui⁹ factū. Et dū depreca(re)t deū dicebat. Si voluntas tua est dn̄e vt stē in hoc ministerio demōstra mihi. Et ostēsa est ei colūna ignis de terra vsqꝫ ad celū et vox sonuit dicēs. Si potes fieri sicut colūna hec: vade ministra. Ille aūt audiēs statuit apud se nullaten⁹ acqescere ministrare. Qui cum venissent ad ecclesiam primam apud eū egerūt fr̄es dicētes. Si nō vis ministrare vel saltem calicē tene et nō requieuit dicēs. Si me nō dimittitis discedā de loco isto: et ita dimiserūt ab eo. Dicebat abbas Joānes breuis. Quia ianua dei est humilitas et pr̄es nostri per multas cōtumelias gaudētes intrauerunt ciuitatē dei. ¶ Dixit iterū q̄ supra. Q: humilitas et timor dei: superāt vniuersas virtutes. Dixit abbas Joānes thebeus: q: debet monach⁹ añ oīa humilitatem habere: hoc est enī primū saluatoris mandatum dicētis. Discite a me q: mitis sum: et humilis corde: et alibi. Btī pauperes spū: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. ¶ Collecti sunt aliqñ fr̄es q̄ habitabāt in scithia: et ceperunt intra se querere de Melchisedech sacerdote. Obliti sunt vocare abbatē coprē. Postea aūt vocātes eū: interrogabāt eū de eadē q̄ōne. Ille aūt tundēs tertio os suū dixit. Ach tibi copres q: qō tibi mādauit de⁹ vt faceres: dereliquisti: et q̄ a te nō req̄rit: illa scrutari presumis. Hec audiētes fr̄es fugerūt singuli ī cellas suas. ¶ Narrauit aliqñ de seipso abbas Machari⁹ dicēs. Qñ erā iuuenis: et sedebā ī cella mea: tenuerūt me et fecerūt me clericū inuitū. Et cū nollē acqescere ad ministrandū: fugi ad aliū locū: et venit ad me quidā secularis quidē hō: sed vita religiosus: et tollebat a me op⁹ qō faciebā manib⁹ meis et mini-

⁊ ministrabat mihi q̄ necessaria erant. Contigit
aūt tentāte diabolo vt virgo q̄dā in vico suo vicia-
ta lapsum incurreret: ⁊ cū in vtero hr̄e cepisset in
terrogabat̄ quis esset de quo i vtero haberet. Il-
la aūt dixit: q2 hic solitari⁹ est qui mecū dormi-
uit. Exeūtes aūt de vico illo cōprehēderūt me ⁊
adduxerūt ad vicū: ⁊ appēderūt in collo meo ca-
cabatas ollas ⁊ ansas valor: ⁊ miserūt me circui-
re p vicū ⁊ p viā ducebāt dicētes. Hic monach⁹
corrupit filiā nr̄aʒ tollite tollite eū. Et ceciderūt
me pene ad mortē. Superueniēs aūt q̄dam senum
dixit. Quādiu monachū istū cedītis peregrinū.
Ille aūt q̄ mihi solebat ministrare necessaria: se-
quebat̄ retro cū verecūdia: eteni ⁊ ip̄m ɔtumeliis
multis affecerūt dicētes. Ecce solitari⁹ monach⁹
cui tu testificaberis: qd̄ fecit? Et dixerūt parētes
puelle illius. Q2 nō dimittemus eū donec fide-
iussorē p̄beat: q̄ pascat eā: ⁊ dixit illi q̄ ⁊ mihi mi
nistrare solebat: ⁊ fidē dedit. Et reuersus sum in
cellā meā: ⁊ dedi ei quantas habui sportellas di-
cēs. Uende eas: ⁊ da illi mulieri mee mādūcare.
dicebā autem in aīo meo machari ecce inuenisti
tibi mulierē opus habes modo ampli⁹ laborare
vt pascas eā. ⁊ opabar nō solū in die: sed etiā ī no
cte ⁊ trāsmittebā ei. Cuʒ aūt venisset tempus in
felici illi vt pareret: arctabat̄ p plurimos dies et
nō pariebat. Dicūt ergo ei. Quid est hoc. At illa
dixit. ego scio q̄re ista patiar. Et īterrogata a pa-
rentib⁹ suis quare. R̄ndit: q2 monacho illi crimē
illud īposui ⁊ fallēs īplicaui eū cū iste nō habeat
culpā sʒ iuuenis ille talis hoc fecerit. Audiēs au
teʒ hec vnus minister me⁹ gaudēs venit ad me ⁊ di-
xit. Q2 nō potuit parere puella illa donec cōfite-
ret̄: q2 tu nullū crimē in ea habuisses: sʒ q2 mēti-
ta sit aduersum te: ⁊ ecce oēs habitatores vici il-
lius volūt venire huc ad te: glorificaturi deum ⁊
pniam apud te acturi. Ego aūt audiēs ista a mi-
nistro meo ne affligerēt me hoīes surrexi: ⁊ fugi
huc in scithiā ⁊ hoc est pricipiū cause ppter quā
hic habitare cepi. ¶ Preteriēs aliquādo abbas
Machari⁹ a palude ad cellā suā ⁊ reuertēs porta
bat palmulas ⁊ ecce occurrit ei diabol⁹ in via cū
falce messoria. Uoluit aūt percutere eū de falce il-
la: ⁊ nō potuit. Et dixit ei multā violentiā patior
a te Machari q2 nō possum p̄ualere aduersum
te: ecce eī q̄cq̄d tu facis ⁊ ego facio: ieiunas tu:
ego penit⁹ nō comedo: ⁊ vigilas tu ego oīno nō
dormio. Unū est aūt solū in q̄ me superas: ⁊ dixit ei
abbas machari⁹. Qd̄ est illud. ⁊ r̄ndit diabolus.
Humilitas tua per quā nō p̄ualeo aduersum te.
¶ Perrexit aliqn̄ abbas Mathois de raytu in
partib⁹ gebalē. Erat aūt cū eo frater eius. Et ve-
nit ep̄s loci illi⁹ ad memoratū senē: ⁊ fecit eū p̄s-
byterū ⁊ dū gustarēt simul dixit ep̄s. Ignosce mi
hi abba: q2 nūc scio q2 nolueris hāc rē: sʒ vt bn̄di-
ctionē tuā acciperē p̄sumpsi hoc facere. Dixit ei
senex cū humilitate ⁊ anim⁹ me⁹ modicuʒ vole-
bat hoc. Uerūtamen in hoc grauiter fero: q2 cō-
pellor separari a fratre meo q̄ mecum est: neq̄
eī sufficio oēs orationes quas simul faciebam⁹
implere. Et dixit ep̄s. Si scis quia dign⁹ est: ego
ip̄m ordino: ⁊ dixit ei abbas Mathois equidē si
dign⁹ est nescio vnū autē scio q2 melior me est.
Ordinauit aūt ⁊ ip̄m episcop⁹ ⁊ ita vterq̄ recesse-
runt de hac vita: vt nunq̄ se ad sacrificandū obla-
tionē altaris ppinquarēt. Dicebat autē senex. Cre
do in deū q2 forsitā nō sustineā graue iudiciuʒ p
pter ordinationē quā suscepi: dū oblationē non
audeā cōsecrare: hoc enim officiū illorū est qui si
ne q̄rela viuūt. Dixit aūt abbas Mathois. Quā
tum se hō approximat ad deū: tm̄ se peccatorē vi-
det. Esaias eī pphera videns dn̄m: miserū se im-
mūdū dicebat. Nā vir labiis pollut⁹ suʒ. Dicebāt
de abbate Moyse. Q2 cū fact⁹ esset clericus im-
posuerūt ei humerale: ⁊ dixit ei archiep̄s. ecce fa
ctus es cādidat⁹ abba Moyses. ⁊ ille r̄ndit. Pu-
tas deforis dn̄e aut intr⁹? Uolēs aūt ep̄s eum p-
bare dixit clericis. Qn̄ intrat abbas Moyses ad
altare expellite eū ⁊ sequimini eū vt audiatis quid
dicat. Cū aūt cepissent eū mittere foras dicebāt
ei exi foras ethiops. Ille vero egrediēs dicebat.
Bene tibi fecerūt cinerate ⁊ cacabate quia cū ho
mo nō sis q̄re te in medio hoīum dare p̄sumpsi
sti. Cū abbas pastor in ɔgregatiōe esset audiens
de abbate Nesterone desiderauit eū videre ⁊ mā-
dauit abbati eius: vt mitteret eū ad ip̄m. Qui cū
nollet eū solū dimittere nō direxit eū. Post pau
cos aūt dies dispēsator monasterii rogauit abba
tem vt pmitteret eū ire ad abbatē pastorē: ⁊ dice-
ret ei cogitationes suas. Abbas aūt cū eū dimit-
teret dixit ei. Tolle ⁊ fratrē istū tecū q2 mādauit
mihi de ipso senex ⁊ nō p̄sumēs eū solū dimitte-
re distuli vsq̄ modo. Cū ergo venisset dispēsator
ad senē locut⁹ est ei de cogitatiōib⁹ suis ⁊ ille sa-
nauit eū r̄nsione sua. Post hec autē interroga-
bat senex fratrē illū dicēs. Abba nesterō quomo
do acq̄siuisti virtutē hāc: vt quādo immergit tri-
bulatio aliqua ī mōasterio: nō loquaris neq̄ re
mediū facias. Et cū diu cogeret̄ frater a sene di-
xit ei. Ignosce mihi abba: q2 qn̄ intraui in initio
in cōgregationē istā dixi animo meo. Tu ⁊ asin⁹
vnū estote. Si ergo asin⁹ vapulat ⁊ nō loquit̄ in-
iuriā patit̄ ⁊ nō r̄ndet: ⁊ sic tu quēadmodū ī psal-
mo legī vt iumentū fact⁹ sum apud te: ⁊ ego sem
per tecū. ¶ Dicebāt de abbate Olipio in scithia
q2 seru⁹ esset ⁊ descēdebat p singulos ānos ī Ale
xādriā portās mercedē dn̄is suis: ⁊ occurrebant
ei ⁊ salutabāt euʒ. Senex aūt aquā mittebat in
peluim ⁊ afferebat vt lauaret pedes dn̄is suis. Il
li autē dicebāt ad eū. Noli pater ne graues nos.
Ille vero r̄ndebat eis. Ego cōfiteor q2 seru⁹ ve-
ster sum: ⁊ grās ago q2 dimisistis me liberū serui
re deo. Sed tamē lauo vobis pedes: ecce suscipi-
te mercedes meas. Illi aūt cōtēdebāt: ⁊ nō acq̄e
Oui alios fratres in quorū quidem septimana cū accidisset tanta lignorum penuria: vt non esset penit⁹ vnde soliti cibi fratrib⁹ pararētur et do nec possēt cepta differre: vt xerophagia cōdendi essent abbati fuisset auctoritate preceptum: essetq₃ hoc vniuersis placitū nec quisq₃ posset vllum coctionis sperare pulmētum: illos velut qui fructu ac mercede sui laboris et obsequij fraudarentur si in ordine vicis sue cibos fratribus non sm̄ ꝯsuetudinē parauissent tm̄ sibi sponte nei laboris et solitudinis induxisse vt in illis aridis ac sterilib⁹ locis: in quibus ligna (nisi de fructiferis arboribus excidentur) omodis nequeunt inueniri: neq₃ eñ in illis locis vlla reperiunt fructeta siluestria. Igitur per extenta auis discurrentes fratres illi et eremū que versus mare mortuū tenditur abeūtes festucas tenues ac spinulas quas ventus huc illucq₃ dispersérat colligentes cunctaq₃ ad solennitatem ciborum spontaneis obsequijs preparauerūt. Tāta nanq₃ fide hec sua munera fratribus exhibuerunt vt etiā cum illos honeste posset vel lignorum excusare penuria vel abbatis imperium pro suo fructu atq₃ mercede noluerunt abuti licentia

¶ De beato Joāne qui habitabat iuxta lyco oppidum. Capitulum.xxv.



Ecessarium reor hoc in opere cōmemorationem facere beati Joānis qui cōmoratus est iuxta lyco qđ est oppidū thebaidē quiq₃ ꝓpter obedientie virtute vsq₃ ad ꝓphetie gratiam sublimat. Sic per totū claruit mundū vt et regibus mūdi hu ius merito suo redderetur illustris. Nam cū in extremis (vt dixi) thebaide partib⁹ cōmaneret nō ante presumebat Theodosius imperator ad prepotentiū tyrannorū bella procedere q̄ illi⁹ animaretur oraculis atq₃ responsis. Quibus confidens velut celit⁹ sibi delatis trophea de desperatis bellis atq₃ hostibus semper reportauit.

¶ De mirabili patientia eiusdem Joannis circa patrem suum. Capitulum.xxvj.



Ic itaq₃ beatus Joānes ab adolescētia sua vsq₃ ad perfectā ac virilē etatem cuidā seniori deseruiens donec ille in huius vite conuersatione durauit tanta ei humilitate inhesit vt ipsi quoq₃ seni stuporē summum obedientia incuteret. Cuius hāc virtutē: vtrū de vera fide ac profunda cordis simplicitate descenderet volens senex manifestius explorare: ei plura etiam superflua et impossibilia frequētius iniungebat ex quibus pauca narrabo: sumpsit nāq₃ de lignario suo virgultū senex qđ olim excisum vsibus foci fuerat preparatū cū hoc corā ipso fixisset in terrā precepit ei vt aduecta aqua quotidie bis illud irrigaret. Qđ preceptum veneratione solita sine vlla impossibilitatis consideratione adolescens suscipiens: ita quotidianis dieb⁹ expleuit: vt aquā per duo miliaria indesinenter apportās nullaten⁹ lignū cessaret irrigare: atq₃ per totū anni spaciū nō infirmitas corporis nō occupatio necessitatis vlli⁹ intercidēs ab obseruantia ꝑcepti hui⁹ potuit eū impedire. Cūq₃ hāc sedulitatē tacit⁹ senex latēter dieb⁹ singulis explorasset: et videret eū simplici cordis affectu mādatum suū velut diuinit⁹ imperatū seruare miserās tādē tā lōgi laboris ei⁹ perseuerātiam accedēs ad aridū virgultū dixit. O fili Joānes misit ne radices hec arbor an nō? Cūq₃ ille se nescire dixisset senex velut tentās si iam suis radicib⁹ teneretur euulsit corā ipso virgultū et proijciēs lōgi⁹ illud precepit discipulo vt deinceps rigare cessaret.

¶ De immani saxo quod idem Joannes per obedientiam aduexit. Capitulū.xxvij.



Itaqꝫ cum iam fama obediētie eius per monasteria vniuersa flagraret. Quidā fratres ꝓbationis:imo edificationis causa venerūt ad senem. Tūc senex vocās discipulū suum ait ad eū: curre Joānes ⁊ saxū illud huc aduolue ꝙ̄ totius. Qui confestim saxum immane applicata nunc ceruice:nūc toto pectore tāto nisu atqꝫ conatu prouoluere cōtendebat vt sudore mēbrorū suorū non solū totū infunderet vestimentum:sed etiam saxū ipsum suis ceruicibꝰ humectaret. In hoc quoqꝫ parū mentiēs īpossibilitatē precepti vel facti:pro reuerentia senis ⁊ obsequij simplicitate sincera:qua credebat tota fide senem nihil posse incassum ac sine ratione precipere. Hucusqꝫ abbatis Joānis pauca de multis dixisse sufficiat:nunc abbatis Mutij factum dignum memoria comprehendam.

¶ De mirabili patientia abbatis Mutij. Capitulum.xxviij.




Ic nanqꝫ abbas pater Mutiꝰ abrenunciare desiderans huic mūdo monasteriū petijt qui tandiu pre foribꝰ monasterij cū paruulo filio octo circiter annorum excubauit donec suscipi mereret. Cumqꝫ tādem recepti fuissent:confestim abinuicez separati sunt ne scilicet iugi visione paruuli reminisceret pater quā abiecerat facultatem. Et quēadmodū diuitez se iam non esse sciebat ita ⁊ patrem se esse nesciret. Quod vt plenius probaretur vtruz ipse plus faceret affectione sanguinis an obedientie negligebatur paruulus pannis potius ꝙ̄ vestimentis indutus. Sed ⁊ colaphis atqꝫ alapis expositus diuersorū:quos plerūqꝫ sub oculis suis pater innocēti paruulo etiā gratis cernebat inferri ita vt nunꝙ̄ genas eius nisi lachrymarū sordentibus vestigijs videret infectas. Cūqꝫ taliter infans sub oculis eius ꝑ singulos dies ageretur ille pro amore xp̄i ⁊ obedientie virtute rigido semper et immobili viscere perdurauit. Non enim reputauit iam suū filiū quē secū pariter obtulerat christo nec curabat de presētibꝰ eius iniurijs. Sed magis exultabat ꝙ ille nequaꝙ̄ districtionem mentis illius atqꝫ immobile rigorem emoliret. Quod vidēs pater monasterij ad comprobandā magis eius constantiam cū vidisset quadā die infantez plorare:simulabat se iratū:precepit patri eius vt tollēs eū iactaret in aquā. Tunc ille velut a dn̄o hoc sibi esset preceptū:confestim celeri cursu rapiēs filiū:ad ripaz fluminis iactaturus adduxit. Quodqꝫ profecto furore fidei:⁊ obedientie eius fuisset opere cōsummatū:nisi procurati fuissent ab abbate fratres qui sollicite ripā fluminis obsiderent ad paruulū eruendum:protectūqꝫ iam ⁊ quodāmodo de fluminis alueo paruulū cōfestim rapuerunt ⁊ cum summa deuotione precepto patris cōpleto ab effectu operis reuocauerunt: cuius fides atqꝫ obedientia ⁊ deuotio:intantū deo fuit accepta:vt statiz diuino testimonio cōprobatus sit. Reuelatuz nāqꝫ est continuo seniori: hoc eum obedientia abrae patriarche opus implesse:cūqꝫ breui tempore transacto idem abbas migraret de seculo hunc patrē mutium pro obediētia cunctis fratribus proponens successorez sui atqꝫ abbatem monasterio reliquit.

¶ De monacho cuiusdaz comitis filio q̄ sportas per plateas iussus fuerat portare. Capi.xxix.



Audiuimus quendā fratrez sm̄ seculi huius ordinē summe familie nā patre comite ac ditissimo oriundꝰ fuit. Qui relictis parētibus cū ad monasteriū peruolasset ad cōprobādā eius humilitatē statim ei a seniore preceptum est vt decem sportas grandes:quas necesse nō erat tunc vendere ceruicibꝰ suis impositas:distrahēdas per plateas circūferret adiecta cōditione:quo diutius in hoc officio ipse detineret:vt si forte vnus eas emere pariter voluisset nō sederet sz sigillatim eas querētibus vēderet. Quod ille tota deuotione ꝯpleuit:⁊ omni verecūdia pro xp̄i desiderio calcata:sportas humeris suis imponēs:⁊ ꝑ plateas portās statuto ꝑcio distraxit:⁊ pecuniā ad monasteriū reportauit.

¶ De abbate Pinuphio. Capitulū.xxx.



Vidimus ⁊ abbatē pinuphiū qui cuz esset immāis monasterij presbyter quod est in egypto:nō lōge a panisū ciuitate:⁊ pro ipsa reuerentia:vel vite sue vel etatis vel sacerdotij: cunctis honorabilis existeret: videns se pro hoc ipso humilitatem tenere nō posse occulte fugiens de cenobio secessit solus in thebaidis vltimas partes:ibiqꝫ deposito indumēto monachorum assumpta seculari veste:monasteriuz tabenesiotarum expetijt: quod sciebat cunctis monasterijs esse districtius:et in quo se pro longitudine regionis credidit ignorandum. Ubi dū diutissime pre foribus perseuerans:cunctorum fratribus genibus prouolutus: vt susciperetur summis precibus ambiuit. Cumqꝫ multo despectu probatus ⁊ tandem fuisset admissus:cōtinuo vt seni:nulliqꝫ operi penitus apto:horti cura diligentiaqꝫ mandatur. Quam ille operaz sub alio fratre iuniore qui eum sibi creditum retinebat exercens:sic eidem subdebatur:vt non solum ea que ad horti diligentiam pertinebant sed etiam vniuersa officia que erāt cunctis fratribus aspera vel indigna tota quotidie sedulitate cōpleret: complura vero etiaz nocte consurgēs:ita furtim nullo teste operabatur vt penitus autorem operis nemo deprehenderet. Cūqꝫ ibidez triennio delitescens per vniuersam egyptū dispersis vbiqꝫ fratribus quereretur:a quodam tandez visus fratre qui de egypti partibus aduenerat vix potuit pro humilitate habitus sui a vilitate officij quod gerebat agnosci:nam sarculo deorsum incuruus preparabat oleribus terram deinde stercus humeris suis asportās eorum radicibus ingerebat. Cūqꝫ hec intuens frater:super agnitione eius diutissima hesitatione fuisset detentus: propiꝰ tandē accedēs nō solū vultū:sed etiā sonū vocis eius diligenter explorans ad pedes eius cominus se proiecit. Tunc fratres stupere primū ⁊ inquirere cur hoc fecisset ei qui apud ipsos velut nuper de seculo egressus habebat extremꝰ:cūqꝫ eis frater ille rei ordinem et nomen ipsius abbatis indicasset maiori miraculo sunt perculsi:quia ⁊ apud ipsos magna opinione fuerat con-

pertus. Hic ignorātie sue veniā ab eo postulabat q̄ eū tanto tp̄e inter iuniores ac paruulos deputassent. At ille flebat multū ⁊ lugebat q.d. inuidia diaboli fuisset proditus nec licuisset ei diutius in tali humilitate atq̄ abiectione pdurare. Tunc cum fratres inuitū ac flentē ad proprium monasteriū reduxerūt custodiētes eū summa diligētia: ne sibi quoq̄ delapsus aufugeret. Ubi cum fuisset modico tp̄e demoratus eodem rursus humilitatis desiderio succensus captās nocturna silentia ita defugit vt iam non vicinā ꝓuinciā sed incognitas regiones expeteret. Nā cōscendens nauim in palestine partes cōmeare curauit credens se tutius latitaturum si ad illa semetipsum asportasset loca· in q̄bus nec nomē quidē suū fuisset auditū. Quo cū aduenisset nostrū monasteriū ꝓtinus expetiuit qđ non longe erat a spelea: in qua dn̄s nr̄ ex virgine nasci dignatus est. In quo monasterio ꝑ modico tēpore supradictus abbas Pinuphius delitescens sm̄ sniām dn̄i tanq̄ ciuitas supra montem posita diutius abscondi nō potuit. Nā continuo q̄dā fratrum: qui ad loca sancta de egypti partibus orationis causa venerant agnitum est cum multa prece et maxime inuitum: ad suum iterum cenobium reuocauerunt.

¶ Exhortatio optima ad nouitium monachum. Cap.xxxj.



Unc igit̃ senē ꝓ illa que nobis fuerat apud ipsum ĩ nostro monasterio familiaris amicitia cū post hec ĩ egypto req̄sissemus cōtigit: vt nobis illic cōmorātib⁹ fratrē quendā in monasterio suo reciperet. Cui mirā exhortationem sub nr̄a p̄ntia indidit: quā mihi animus fuit huic opusculo interere. Ait ergo ad eū. Nosti fili quot diebus pre forib⁹ excubās hodie sis receptus. Cuius difficultatis cām primit⁹ debes agnoscere: poterit eñ tibi in hac vita quā ingredi cōcupiscis multū cōferre si rōne eius agnita ad seruitiū xp̄i sicut opꝫ accesseris. Sicut nāq̄ immēsa gloria fideliter seruiētib⁹ deo ac sm̄ institutiones huius regule etcoherentibus repromittit̃ in futurꝫ ita pene grauissime ꝑparant̃ his q̄ tepide eā negligēterq̄ fuerint executi: ⁊ sm̄ hoc q̄ ꝓfessi sunt vel qđ ab hoībus esse credunt̃: fructus etiā cōgruos sctītatis eidē exhibere neglexerint. Melius est eñ nō vouere q̄ vouere ⁊ nō reddere: ⁊ maledictus qui facit opus dn̄i negligenter. Igit̃ ideo a nobis diutissime refutat⁹ es nō q2 tuā vel oīm salutē nō toto desiderio cupiamus amplecti: sed ne temere recept⁹ ⁊ nos apud deū leuitatis: ⁊ te reū grauioris supplicij fecerimus: si ad p̄ns facile suscept⁹: nec pōdus ꝓfessionis huius intelligēs: vel destitutor post hec: vel tepidus extitisses. Moneris ergo hodierna die te huic mūdo ⁊ actibus ei⁹ esse defunctū: teq̄ sm̄ apl̄m mūdo huic esse crucifixū tibiq̄ hūc mūdū. Sed forte dicis. Q̄uo q̄s viuēs pōt esse crucifix⁹. Audi breuiter rōnē. Crux nr̄a timor dn̄i est. Sicut eñ q̄s crucifixus: iā nō ꝓ animi sui motu mēbra sua quoq̄ mouēdi vel couertendi hꝫ ptātem: ita ⁊ nos voluntates nostras ac desideria nō sm̄ id qđ nos delectat ad p̄sens: sed sm̄ preceptū dn̄i quo nos cōstrinxit applicare debemus. Et sicut ille qui patibulo crucis affligitur iam non presentia contēplatur: nec de suis affectionib⁹ cogitat: nulla iam possidendi cōcupiscentia permouetur: seq̄ eū adhuc spirat in corpore cūctis momentis credit esse defunctum ita nos quoq̄ timore dn̄i oportet esse crucifixos omnibus carnalibus vitijs ⁊ illuc semper habere oculos mētis nostre defixos quo nos sperare debemus momētis singulis esse migraturos. Cauenduꝫ est ergo ne quid aliq̄d eorū presumamus q̄ renunciātes abiecimus. Non enim qui ceperit hec: sed qui perseuerauerit in his vsq̄ in finem hic saluus erit. Uersutus eñ serpens calcanea nostra semp obseruat. i. insidiatur exitui nostro: et vsq̄ ad finem vite nos supplātare conatur ⁊ idcirco bene cepisse nihil proderit: si bene consummatū non fuerit quapropter sm̄ scripture sniām ingressus ad seruiendum dn̄o sta in timore dn̄i et prepara animā tuam non ad requiē non ad delitias sed ad tentationes ⁊ angustias: per multas eñ tribulationes oportet nos introire regnū dei. Angusta nāq̄ est porta ⁊ arcta via q̄ ducit ad vitam ⁊ pauci sunt qui inueniant eam. Principiū ergo salutis nostre timor dn̄i est. Per hunc eñ et initium conuersionis: ⁊ virtutum custodia acq̄ritur. Qui cū penetrauerit hoīs mentem contemptum oīm rerū parit ⁊ mundi gignit horrorem. Cōtemptu aūt ac priuatione oīm facultatū humilitas vera acquiritur: humilitas aūt his indicijs cōprobatur. ¶ Primo si mortificatas in se monachus oēs habeat voluntates. ¶ Secundo si actus ⁊ cogitationes nō celauerit seniorē. ¶ Tertio si nihil sue discretioni sed iudicio ei⁹ vniuersa committat. ¶ Quarto si in oībus p̄ceptis seruet obedientie mansuetudinem ⁊ patiētie constantiā. ¶ Quinto vt nulli inferat iniuriā sed ⁊ illatas sibi patiēter toleret. ¶ Sexto si nihil agat preter regule exēpla. ¶ Septimo si ad oīa que sibi imperant̃ velut operarium malum se iudicauerit ⁊ indignū. ¶ Octauo si semetip̄m cunctis inferiorē ꝓnuntiet. ¶ Nono si linguā suā cohibeat ⁊ nō sit clamosus ĩ voce. ¶ Decimo si nō sit facilis ac promptus in risu. Talib⁹ nāq̄ indicijs humilitas vera dignoscit̃. Sed et hec quoq̄ tibi in congregatione necessario custodiēda sunt: vt. s. sm̄ psalmiste sententiam sis tanq̄ surdus non audiens: ⁊ sicut mutus non aperiēs os suū: nihil discernens nihil dījudicans ex his que tibi fuerint imperata. Ergo patientiā tuam non debes de alioꝝ sperare virtute. i. vt tunc eā tantummodo possideas cū a nemine fueris irritatus principiū nostre salutis sicut iam dictū est timor dn̄i est. De timore domini nascitur compūctio salutaris. De compunctione cordis procedit contemptus omnium facultatuꝫ ac nuditas. De nuditate humilitas procreatur. De humilitate generatur mortificatio voluntatū. De mortificatione voluntatū extirpantur vniuersa vitia. Expulsione vitiorū virtutes fructificāt atq̄ succrescunt. Pullulatione virtutū puritas cordis acquiritur: ⁊ puritate cordis apostolice charitatis perfectio possidetur.

¶ De monacho qui ante cõstitutã horã peregrinos reficere coegit. Cap. xxxij.



Um de syrie partibus egypti prouinciam petissemus quidam monachus senex ꝓbatissimus grati fice nos suscipiens: refectionem nobis ante constitutã horã ieiunij preparauit. Percunctantib⁹ ergo nobis cur ante canonicã refectionis horã nos prãdere cogeret rñdit ⁊ ait. Ieiuniũ fratres semp est mecũ: vos aũt cõtinuo dimissuros. mecũ iugiter tenere nõ potero. Itaq ҳp̃m in vobis suscipiẽs reficere eũ debeo: ⁊ cũ vos deduxero districtionẽ ieiunij in memetipso potero cõpẽsare. Nõ eñ pñt filij sponsi ieiunare donec cũ illis est sponsus: cum autem discesserit tunc licite ieiunabunt.

¶ De monacho qui nunq̃ solus escam sumere solitus erat. Cap. xxxiij.



Idimus ⁊ alium in solitudine commorantem qui nunq̃ solus cibum sumere consueuerat sed etiã si ꝑ totos quinq dies ad eius cellulam nullus ex fratribus aduenisset refectionem iugiter differebat: ieiunus permanens donec sabbatorũ vel dominico die congregationis obtentu: procedens ad ecclesiaz peregrinum quempiam reperisset quem exinde reducens ad cellulam suam cũ ipso pariter sumebat cibum.

¶ De Machete sene monacho. Cap. xxxiiij.



Idimus ⁊ aliũ senẽ macheteʒ noĩe solitariũ: cui hãc gratiã donauerat dñs vt si qñ in conuentu fratrũ ꝑ totam noctẽ ⁊ diẽ agitaretur collatio spiritalis nunq̃ ille somno opprimeretur si qs vero detractionis verbum seu ociosum tentasset inferre statim ille in somnum concidebat: huic etiã seni cũ aliqñ ep̃le patris eius ac matris amicorũq multorũ de ꝓuincia ponti transmisse fuissent: accipiẽs grãdeʒ fasciculũ litterarũ diuq apud semetipsuʒ voluẽs dixit. Quãtarũ cogitationum cã erit mihi istarum lectio q̃ me vel ad inane gaudiũ vel ad tristicias infructuosas impellent quantis diebus horũ recordatione q̃ scripserũt intentionẽ pectoris mei a proposita cõtẽplatione reuocabũt. Et hec voluens in suo pectore non solũ nullã resoluere eplam definiuit: sed ne ip̃m q̃dem fasciculũ resignare nc. s. eorũ q̃ scripserunt vel noĩa recensendo vel vultus recordando a sp̃us sui intentione cessaret. Itaq vt cũ constrictũ acceperat: igni tradidit cremandũ: ite inquiẽs cogitationes patrie pariter concremamini nec me vlteri⁹ ad illa que fugi reuocare tentetis.

¶ De Theodoro abbate. Cap. xxxv.




Idimus ⁊ aliũ abbatẽ Theodorum summa scĩtate ac scĩa ꝑditũ nõ solũ in actuali vita sed etiam notitia scripturarũ quã ei non tam studiũ lectionis cõtulerat: q̃ sola puritas cordis. ¶ Hic cũ explanationẽ cuiusdã obscurissime q̃stiõis inquireret: septẽ dieb⁹ ⁊ noctibus in orõne infatigabilis ꝑstitit: donec solutionẽ ꝓposite q̃stionis dño reuelãte cognosceret. ¶ Hic idẽ btũs Theodorus cũ inopinat⁹ ad meã cellulã intẽpesta nocte venisset: q̃dnam nouus adhuc eremita solus agerem: paterna curiositate latenter explorans: cunq ego iam finita vespertina solennitate lassum corpus cepissem iam reficere et me incubantem psyato repperisset: protrahens ex intimo corde suspiria: meoq me vocitãs noĩe dixit. Quanti inquit o Joannes de deo loquuntur cunq in semetipsis amplectunt: ⁊ tu fraudaris tanto lumine inerti sopore solutus itaq excitato me salubriter deinceps vigilare compulit.

¶ De anachorita in vastissimo eremo habitante. Cap. xxxvj.



Taq cum de palestine monasterijs ad oppidum egypti (qđ diulcus appellat) venissemus ibiq plurimam turbã cenobij disciplinã cõstrictaʒ vidissem⁹ aliũ quoq ordinẽ q̃ excelsior hr. i. anachoritarũ cunctorum preconijs instigati sagacissimo corde videre properauimus: hi nanq in monasterijs primuʒ sub discretione regule diligenter edocti dirissimis demonum prelijs congressuri penetrant eremi profunda secreta. Huius ergo propositi viros cõperimus citra nili fluminis alucum commorari in loco qui vno latere nilo flumine alio maris vastitate circũdatus insulaʒ reddit nullis aliis hoibus q̃ monachis secretũ expetentibus optabilẽ: nec enim culiq̃ culture aptam esse terram illã salsitas salis ac sterilitas patitur arenaruʒ. Ad istos ergo summo desiderio festinantes supra modum summos eorũ labores quos in solitudine tolerant admirati sumus. Nam ipsius aque tanta penuria constringuntur vt tali diligentia dispensent quali nemo facit preciosissimũ vinum. Tribus nãq millibus ⁊ eo amplius eam de nilo flumine necessarijs vsibus apportãt qđ tñ interuallum arenosis diuisum montibus laboris difficultate grauissima duplicatur. His igitur visis cum nos imitationis eorũ ardor accederet vnus eorũ ꝓbatissimus eremita Archilebius noĩe humanitatis gratia ꝑduxit nos ad suã cellulã. Qui cũ comperisset nos ibidem velle cõmorari finxit se eundem locum velle derelinquere: ac nobis cellulã suam velut exinde migraturus cepit offerre. Dicebat aũt hoc se facturum etiã si nos nõ aduenissemus. Tunc susceptã cellulam ipsius cũ oĩbus vtensilibus possedim⁹ Erat itaq illis paucis diebus q̃bus cõstruende celle pararet impendia: de illo loco discedens. Reuersus post hec aliã sibi summo labore construxit: quã rursum nõ longe post superuenientibus fratribus similiter charitatis causa cũ vniuerso tradidit instrumento: ipse vero erga opus charitatis infatigabilis ꝑseuerans tertiam sibi cellam vbi cõmaneret instruxit.

¶ De duobus adolescẽtibus q̃ ficus ad egrotuʒ ferentes in itinere defuncti sunt. Cap. xxxvij.



Uidã aũt frater cum ficus de mareote: abbati Joanni in heremum scithie detulisset: ille statim eas ad senẽ quẽdã q̃ in interiore deserto mala valitudine laborabat per duos adolescẽtulos misit: si q̃dẽ decem

octo milibus longe ab ecclesia cõmanebat solitarius q̃ adolescentes acceptis pomis cũ ad p̃dicti senis tenderent cellulã infusa repẽte densissima nube tramitẽ recti itineris pdiderunt cũcq̃ tota die ac nocte discurrẽtes: pouiã eremi vastitatem nequaq̃ potuissent eremite egrotãtis cellulã inuenire tam itineris lassitudine q̃ inedia fatigq̃ cõfecti: fixisq̃ in terrã genib⁹ dũ orarẽt spm̃ dño reddiderũt. Qui post hec vestigiorum indicus diutissime pquisiti q̃ in locis illis arenosis tãq̃ niuibus impressa designarẽt donec ea leui flatu ventorum tenuis arena discurrẽs cooperiret. Inuenti sunt tandem sicut orauerant iacentes: & ficus intactas vt acceperãt reseruãtes. Elegerũt em̃ animam magis q̃ fidẽ depositam pdere: nec scz absq̃ iussu abbatis quicq̃ victus p̃sumerent vitãq̃ potius maluerũt amittere tẽporalẽ: q̃ senioris violare mandatum.

¶ Quanta sit iugitas operum apud egypti monachos. Cap.xxxviij.

PEr totam igitur egyptuz monachi nullo modo patiunt esse ociosi: sed victum suum labore manuum cõsequunt & non solum de laborib⁹ suis peregrinos & aduenientes fratres secum reficiunt sed etiã p loca Libie his qui fame laborant necnon etiã per ciuitates his q̃ in carceribus & diuersis vinculis tenentur: immanem conferunt alimonie substantiam de fructu manuum suarum rationabile sacrificium domino tali oblatione se offerre credẽtes. Dicunt em̃ operantem monachum demone vno pulsari semper ociosum vero innumerabilibus spiritibus deuastari.

¶ De abbate paulo. Cap.xxxix.

DEniq̃ abbas Paulus p̃batissimus patrũ cũ in eremo vastissima cõsisteret q̃ porphyrio nũcupat: tñ palmarum fructib⁹ & horto modico sustentabat nec poterat aliud vñ sustẽtaret operis exercere. eo q̄ ab hoĩbus vel habitabili terra amplius q̃ septẽ mãsionib⁹ aberat ĩ deserto. Hic ergo ne momẽtũ tpis penitus ociosus staret colligebat palmarum folia: & quotidianum pensum velut exinde sustentãdus: ipse a semetipso exigebat iugiter cũq̃ ope totius anni spelunca ei⁹ fuisset impleta: & non haberet q̃ hoc distraheret: neq̃ ipse ociosus posset manere totũ q̃d sollici⁹ a cura laborauerat annis singulis igne supposito cõcremabat intm̃ p̃bans sine opere manuũ: nec in loco posse monachũ pdurare nec ad pfectionis culmẽ aliqñ cõscẽdere.

¶ De fratre blasphemo q̃ intolerabili estu libidinis vrebatur. Cap.xl.

Qui aliũ fratrem qui p̃batissimo cuidã seni: vitio carnis semetipm grauissime cõfessus est impugnari intolerabili nãq̃ estu libidinis vrebatur tunc senex velut spiritalis medicus interiorem causam & originẽ morbi huius p̃ rimus p̃uidens: grauiterq̃ suspirans ait: nequaq̃ fili tam nequã spiritui tradi te dñs pmisisset: nisi aliqd blasphemasses in eo. Q̃d frater audiens: statiz procidit ad pedes eius in terram summaq̃ admiratione perculsus confessus est se in filiũ dei cogitatione impia blasphemasse. Unde pspicuũ est: cũ q̃ in deũ blasphemus existit. tanq̃ q̃ irrogat illi iniuriã: perfectionis integritate priuari & sanctificationem castimonie non mereri.

¶ Collatio bona de discretione que est custos & mater virtutum. Cap.xlj.

QUodã aũt tpe conuenerunt plurimi seniorũ ad beatũ antoniũ cõmorantem in thebaide partibus pfectionis inquisitione & collocationis gratia cumq̃ a vespertinis horis vsq̃ ad lucẽ fuisset ptracta collatio questio discretionis maximum noctis spaciũ cõsumpsit. Nam diutissime inter eos querebatur que nam virtus vel obseruatio monachum a diaboli laqueis custodire posset illesum vel certe ad deum recto tramite firmoq̃ gressu perduceret: cũq̃ p captu mentis sue vnusquisq̃ sniam proferret in mediũ et alij quidez hoc ieiuniorum vigiliarũq̃ studio collocarẽt alij in nuditate & cõtẽptu rerũ alij remotiorẽ vitã & eremi secreta cẽserent: & nõ nulli imprimis sectãde charitatis. i. humanitatis officia definirent qr ipsa pie erga fratres & peregrinos studio susceptionis impendunt. Cũq̃ in hunc modũ pia cõtentione decertarẽt. essetq̃ iã noctis maximũ tps cõsumptũ: rñdens demũ b. Antonius vniuersis dixit oĩa q̃dem hec q̃ dixistis necessaria sunt & vtilia sitietibus deũ sed his principalẽ retribuere grãm nequaq̃ nos innumerabiles multorũ fratrũ casus & experimẽta pmittũt. Nã sepe vidim⁹ fratres has obseruationes tenentes repẽtino casu deceptos: eo q̄ in bono q̃d ceperãt discretionẽ minime tenuerunt nec em̃ alia cã lapsus eorũ depҏhendit nisi q̄ minus a senioribus instituti nequaq̃ potuerũt rõnẽ discretiõis hui⁹ adipisci q̃ viã regiã docet monachũ semp incedere: & nec excessu cõtinentie modũ trãsire pmittit nec deflectere ad vitia pmittit: in oĩb⁹ ergo q̃ agimus discretio anteponẽda est manifestissime em̃ declarat nullaz sine discretiõis grã pfecte posse vel pfici vel stare virtutẽ. Et hec dicẽte Antonio vniuersorum snĩa diffinitũ est discretionẽ esse q̃ fixo gradu intrepidũ monachũ pducat ad deũ & p̃dictas v̾tutes iugiter cõseruet illesas. Omniũ nãq̃ virtutum genitrix & custos atq̃ moderatrix discretio est.

¶ De Herone sene indiscreto monacho. Cap.xlij.

ET vt hec exẽplis certiorib⁹ approbemus referã vobis de quodã sene Herone noĩe: q̃ discretionem minime retinẽs oẽs pristinos labores pdidit & insup miserabiliter vitã finiuit. Ante paucos etem̃ dies illusione diaboli a summis ad ima deiectus est. Hic ita q̄ .l. annis ĩ eremo cõmoratus singularẽ vite districtionẽ tenuit & solitudinis secreta miro furore vltra oẽs sectat⁹ ẽ. Hic igit post tãtos labores ab insidiatore delusus grauissimo lapsu corruẽs cũctos ĩ eremo cõstitutos luctuoso dolore pcussit qui minime cecidisset si bonũ discretiõis tenere voluisset. Tãto siqdẽ rigore animi sui immutabilẽ ieiuniĩ cõtinentiã semp exercuit: & solitudinis ac cellule secreta iugiter sectat⁹ ẽ: vt nec die

..a cōfessione elidens: ꝙ ipse fueras ab eo tua taciturnitate delect⁹. Et idcirco post hāc publicationem tuam iste malignus spiritus non dominabitur tibi: nec in te latibulum sibi teterrimus serpens hactenus vsurpabit: qꝛ de tenebris cordis tui per hanc confessionē protectus es. Necdū senex hec verba compleuerat: ⁊ ecce statim velut lāpas ignis accensa de meo sinu procedēs: tāto fetore cellā repleuit: vt vix in ea residere possemus. Resumensqꝫ senex dixit. Ecce probauit tibi dominus veritatē sermonū meorū: vt passionis illius incentorem de corde tuo confessione salubri fugatū oculorū fide perciperes: patefactūqꝫ hostem nequaꝙ locū in te vlterius habiturum: aperta eius expulsione cognosceres. Itaqꝫ ſm sententiā senis ita est in me virtute confessionis dominatio diabolica extincta: vt nunꝙ mihi vlterius: nec memoriā concupiscentie huius tentauerit inimicus ingerere.

¶ De monachis a sarracenis interfectis. Capitulum.xlvij.




In palestine partibus iuxta vicum thecue: qui amos prophetam meruit procreare solitudo vastissima est vsqꝫ ad arabiam ac mare mortuum quo ingressa deficiunt fluenta iordanis ⁊ cinis sodomorum amplissima extensione porrecta pertingens. In hac solitudine summe sanctitatis monachi diutissime commorantes repente sunt a discurrentibus interēpti sarracenis. Quorū corpora tam a populo regionis illi⁹ ꝙ ab vniuersa arabum plebe tanta veneratione sunt percepta: vt innumeri populi concurrentes ex vtraqꝫ parte grauissimū sibi certamen pro reliquijs eorum indixerint pie inter se pro sancta rapine deuotione decertantes qui nam iustius mereretur eorum sepulturam ac reliquias possidere. Illis scilicet de vicina cōmoratione ipsorū alijs de originis propinquitate gloriantibus.

¶ De abbate daniele. Capitulum.xlviij.



Inter ceteros eremitas abbatē quoqꝫ vidimus danielem: equalem ceteris in omnibus virtutibus sed peculiarius gratia humilitatis preditum. Qui merito puritatis ac mansuetudinis sue a sancto Paphuncio eiusdē solitudinis presbytero ad diaconij officiū est preelectus. In tantū enim eisdem beatus Paphuncius virtutibus ipsius adgaudebat: vt quē vite meritis ⁊ gratia parē sibi nouerat: coequare sibi etiā sacerdotij ordine festinaret. Deniqꝫ optans sibimet successorē dignissimū prouidere superstes: presbyterij honore eū prouexit. Qui tamen prioris consuetudinē hūilitatis nō omittens: nihil vnꝙ sibi illo presente de sublimioris ordinis adiectione donauit: sed semper abbate Paphuncio offerente spiritales hostias: ille velut diaconus in prioris ministerij permansit officio: in quo tamen beatus Paphuncius cum talis vir esset ac tantus vt in multis etiā presciētiam gratie possideret: hec spes de substitutionis electione frustrata est. Nā nō longe post hūc ipse eum quem sibi parauerat successorē ante se deꝰ premisit.

¶ De abbate Sereno. Cap.xlix.



Summe sanctitatis ⁊ continentie virum nominisqꝫ sui speculum abbatem vidimus Serenum quē singulari veneratione pre ceteris admirati sumus. Cui supra oēs virtutes que non solum in actu eius vel moribus: sed etiā in ipso vultu per dei gratiā refulgebant: ita est peculiari beneficio dono castitatis infusus: vt nec seipsum quidem naturalibus inquietari vel in sopore sentiret. Ad quā tamen carnis puritatem quomodo peruenerit: quia supra conditionem humane nature videtur necessarium esse reor explicare. Hic igitur beatus Serenus pro interna cordis atqꝫ corporis castitate nocturnis diurnisqꝫ precibus ieiunijs quoqꝫ ac vigilijs infatigabiliter insistēs: cū se vidisset orationū suarū obtinuisse vota: cunctosqꝫ estus in corde suo concupiscentie extinctos: velut suauissimo gustu puritatis accensus: in maiorem suā sitiz zelo castitatis exarsit: ⁊ intentioribus cepit ieiunijs atqꝫ obsecrationibus incubare: vt mortificatio passionis huius que interiori homini solo dono dei fuerat attributa ad exterioris etiā puritatē eatenus perueniret: vt ne ipse quidē vel illo simplici ac naturali motu (qui etiā in paruulis atqꝫ lactantibus excitatur) vlterius pulsaretur. Cūqꝫ repetitiōe cepta supplicatiōe iugi ac lachrymis indefessus insisteret: adueniens ad eū angelus in visione nocturna eiqꝫ velut aperiens vterū quandā ignitā carnis strumā de eius visceribus euulsit atqꝫ proiecit: suisqꝫ locis vt fuerant oīa intestina restituēs dixit ad eū. Ecce inquit incētiua carnis tue abscissa sunt: ⁊ obtinuisse te noueris hodierno die perpetuā corporis puritatē fideliter postulasti. Hec de gratia dei que memorato viro peculiariter attributa est breuiter dixisse sufficiat. ¶ Ceterū cū ad eū die quadragesima venissemus ac de diuersis questionibus eū flagitaremus: ad extremū de impugnatione demonū eū requirebamus. Tunc ille (vt semp erat placidissimo vultu) respōdens dixit. Non enim demones habere potestatē quenꝙ hominē ledendi: exemplū beatus Job manifesta ratione demonstrat: vbi non amplius eum tentare audet inimicus ꝙ diuina ei dispensatione conceditur.

¶ De eo ꝙ non eandem vim habeāt nūc demones contra monachos quomodo anteriori tempore. Capitulum.l.



Satis tamē nobis experiētia nostra ⁊ seniorū nostrorum relatione compertum est nō eandē vim demones nūc habere contra monachos: quā anteriori tempore inter anachoritarū principia in quibus adhuc raritas monachorū in eremo cōmanebat. Tanta nāqꝫ tunc erat demonū feritas: vt vix paucissimi tolerare habitationē solitudinis possent. Siquidem in ipsis cenobijs in quibus cōmorabant̄.x. vel.xj. ita eorū atrocitas grassabat̄: ⁊ frequenter ac visibiles sentiebantur aggressus vt nō auderēt oēs pariter noctibus obdormire: sꝫ vicissim alijs degustantibus somnum: alij vigilias celebrantes psalmis ⁊ orationibus seu lectionib⁹ inherebant. Cūqꝫ illos ad soporem nature necessi

..ar mendacium ex propriis loquitur: pelusium periit ubi illum fratrē noverat cōmorari quē malignus spiritus asseruit esse deceptum. Erat ēt ibi et alius frater illi notissimus quem interrogās de eodem fratre: reperit quod eadem nocte qua teterrimus ille demō ruinam eius suo principi nunciaret monasterio pristino derelicto. vicum petisset ⁊ in fornicationē miserabiliter cecidisset. Hec aūt audiens frater suspirans ⁊ flens reversus est in locum suum.

¶ De duobus philosophis qui ad sanctum Antonium perrexerūt. Capitulum.liiij.

Quodam aūt tempore quidā duo philosophi audientes famam beati Antonij perrexerunt ad eum. Qui cum inter se quasdā questiones habuissent despiciētes philosophi sanctum Antonium velut imperitum ⁊ sine literis virum reversi sunt ab eo. Volentes autem eum si nihil amplius potuissent ledere vel de cellula eius magicis prestigijs ⁊ circūventione demonum perturbare immiserunt ei nequissimos demones ad impugnationē hac invidia ⁊ livore percussi: eo quod multi hominū ad illum velut dei famulum quotidie convenirent. Cūqꝫ illo nunc quidem imprimente pectori suo: ⁊ fronti signaculum crucis nunc vero orationi suppliciter incubante nec appropinquare quidem dirissimi demones eidem auderent revertebantur ad eos qui illos direxerant sine effectu. Tunc illi alios rursum quasi potentiores miserunt: cumqꝫ ⁊ illi fatigati revertissent iterū alios nihilominus potentiores ac vehementiores adversus militem christi destinaverunt qui nihil penitus prevaluerūt Antonio viriliter reluctante eo. Itaqꝫ nihil profecerunt tales tātēqꝫ eorum insidie tota magica arte et nigromantia quesite ut per hec evidentissime comprobarent magnam virtutem inesse professioni christianorum: quibus ille tam seve umbre nihil Antonium non solum ledere: sed nec puncto quidem de habitaculo suo valuerunt perturbare. Pro hac ergo admiratione stupefacti philosophi cōfestim ad sanctū Antonium venerunt impugnationum suarum magnitudinem ⁊ causas atqꝫ insidias livoris sui ei patefecerunt: christianos se fieri protinus poposcerunt: cumqꝫ diem ab illis prodire impugnatiōis requireret indicaverūt. Asseruit autem se beatus Antonius amarissimis cogitationum stimulis tunc fuisse pulsatū. Eundem beatum Antonium ita nonnunqꝫ in oratione novimus perstitisse/ ut eundem in excessu mentis frequenter orantem cum solis ortus eccidisset infundi audierimus eum in furore spiritus sic proclamantem quid me impedis sol: qui ad hoc oriris: ut me ab huius veri luminis abstrahas claritate.

¶ Finit tertia pars principalis huius operis videlicet liber de regulari conversatione egyptiorum monachorum ⁊ eorum qui degūt apud Palestinam vel Mesopothamiam.

¶ Incipit prologus sancti Pascasij ad exhortationem sanctorū tam grecorum qꝫ egyptiorum.

Domino venerabili patri Martino presbytero ⁊ abbati Pascasius. Vitas patrū sanctorum grecorum ut cetera facūdia studiose cōscriptas iussus a te sanctissime pater in latinum transferre sermonē insolito si licuisset opere renuissem. Neqꝫ eīn unqꝫ qđ scribi vel legi potest excudi ingenio aut consciētia cordis prohibente. Scire eīn me qꝫ nihil sciā non audeo dicere ne verbum hoc sapientissimo socrati surripiam. Sed quia tua pater necesse est iussione utar non gloriabor ingenio sed fidem quam tibi debeo etiam opere iniuncto prestabo. Verum quia eloquentium virorū libri sunt plurimi: sermone latino conscripti: quorū lectionis expertū me esse: te etiā astruēte testificor: si quid de illis aut hic incertum forte reperteris: ut minus elegāter expressum ne mee culpe deputetur exoro: quia sicut i dato mihi codice reperi ea scripta sic trāstuli: licet nec ea studiose posse me profiteor. Unde restat: ut quod te iubente cepi te orāte perficiam: que tamen si scribenda decreveris ut tuo potius sermone digneris exposco. Neqꝫ eī mihi liquebit quedā placuisse tibi: non ⁊ aliqua displicuisse cognoverim.

¶ Incipit liber exhortationum. Et primo contra castrimargiaꝫ ad evitandum gule desideriū.




Quidaꝫ frater quemadmodum in cella propria degere deberet: abbatem Siloy requisivit: cui respōdit abbas Sisoys comede (inquit) panem tuum ⁊ salem: et non sit tibi necessitas aliquid excoquendi: aut lōgius evagandi. Alteri quoqꝫ idem requirenti respondit Daniel propheta cum dixit. Panem desideriorum non comedi. ¶ Dixit unus senex ad alterum senem habentem charitatem: ⁊ suscipientē tam monachos multos qꝫ seculares: lucerna quidē multis lucet: rostrū tamen propriū incendit. ¶ Dixit un⁹ ex patrib⁹ qꝫ invenitur hō multum comedēs ⁊ adhuc esuriēs continet se: ne satietur: alter aūt comedit parū ⁊ satiatur. Qui autem multū comedit ⁊ adhuc esuriens cōtinet se maiorē mercedē habet: qꝫ ille qui parū comedit ⁊ satiatur. ¶ Dixit quidā senex. Me qđ desideraveris aliqñ māduces Comede aūt qđ transmissum tibi fuerit a dño: ⁊ gratias ei age. ¶ Quidā frater impugnabat a spiritu blasphemie: ⁊ erubescebat dicere ⁊ quoscunqꝫ audisset magnos senes pergebat ad eos ut illis declararet ⁊ mox ut perveniebat: verecundabatur dicere. Cum autē frequēter ad abbatem Pimenium veniret: vidit eum senex habentē cogitationes ⁊ dixit ei. Ecce frequēter venis ad me habēs cogitationes: ⁊ sic iterū remeas tristis tecū illas portās dic ergo mihi fili: quid est qđ habes. At ille dixit. In blasphemia impugnat me diabolus: ⁊ erubescebam dicere. Et mox ut aperuit causam: levior impugnatio ei⁹ apparuit. Et dixit ei senex: ne cōtristeris fili. Qū enim hec cogitatio advenit: dic. Ego hac cā opus non habeo: blasphemia tua super te sit sathana. Hanc enim causam animus non vult. Quācunqꝫ enim causam anima noluerit nō diu

permanebit. Et ita frater ille discessit. ¶ Dixit abbas Moyses per has quatuor res pollutiōis passio gignitur: per abundantiā esce ⁊ potus ⁊ saturitatem somni: per ociū ⁊ iocum: ⁊ ornatis vestibus incedendo. Item dixit: corpori multe sunt passiōes. Et dixit ei frater ⁊ que sunt abba? At ille respondit: qꝛ paulus apostolus dicit fornicatio: ⁊ immunditia vel oīs cupiditas: nec nominetur in vobis sicut decet sanctos visus quoqꝫ ⁊ fiducia frequenter ad prelium veniunt.

¶ De abbate Machario.





Abbas Macharius referebat quod cum maneret in illa solitudine vbi solus residebat inferius autem fuit altera solitudo: que plena erat multis fratribus: sero per viam circūspiciens vidit demonem venientē in figura hominis vestitum linea tunica perforata: ⁊ per singula foramina vasa parua pendebant ⁊ dixit ei senex. Quo vadis maligne. Et respōdit ei. Uado cōmouere fratres qui sunt inferius. Ait senex. Et propter quid tot vascula tecum fers. At ille dixit. Gustum fero fratribus: et ideo tanta fero vt si vnum nō placuerit porrigo aliud: qꝫ si ⁊ illud displicuerit ostendam aliud ⁊ sic fieri non pōt: nisi vnum ex illis aliquod placeat eis et hec dicens discessit. Permansit autē senex in eodem loco: iterum per viam circunspiciens: vsquequo demon rediret et cognosceret que indicaret: et cum rediret dixit ei saluus sis. At ille respondit. Quid mihi istud verbum: quia omnes mihi contrariī facti sunt: et nullus consiliīs meis acquiescit: dixit ei senex: ergo neminē ibi habes amicum. At ille respondit. Unum habeo amicum: ipse mihi consentit: ⁊ quoties viderit me huc atqꝫ illuc cito cōuertitur ad me velut ventus. Cumqꝫ nomen eius ab eo requisisset dixit. Quia Theopistus dicitur: et mox euanuit. Exurgens itaqꝫ confestim abbas Macharius descendit ad inferiorem eremum. Quem cum vidissent fratres a longe egressi sunt obuiam ei: et vnusquisqꝫ sperās quod apud se maneret: preparabat se. At ille requirens cellam theopisti ad eum profectus est. Cumqꝫ cum gaudio ille suscepisset ⁊ essent vtriqꝫ soli. Dixit ei abbas Macharius. Quemadmodum tecum est frater. At ille respondit. Interim orationibus tuis bene est. Et senex ait. Non te impugnant cogitationes? At ille ait. Interea bene sum. Erubescebat enim dicere. Et dixit ei senex. Ecce quot annis sum in solitudine et ab omnibus honoror: et in hac etate cum sim senex moleste mihi sunt cogitatiōes. Respondit Theopistus et ait. Crede abba: quoniam et mihi. Tunc senex singulas cogitationes quasi se impugnantes fingebat vsqꝫquo confiteretur illi totum Theopistus. Post hec dixit senex. Quemadmodum ieiunas. At ille dixit. Usqꝫ ad nonam. Dixit ei senex. Ieiuna vsqꝫ ad vesperam: ⁊ de euangelio vel de aliīs scripturis sine cessatiōe semper aliquid meditare ⁊ quoties tibi aliqua cogitatio superuenerit nunqꝫ deorsum aspicias: sed sursum oculos cordis intende: ⁊ mox dominus adiutor tibi erit ⁊ ita discessit ad propriam solitudinem. Et dum insisteret orationi circūspiciens viam iterum vidit demonē euntem et requirit eum. Quo vadis? At ille simili modo fratres cōmouere respondit cū aūt reuerteretur interrogauit eum senex. Quēadmodum nunc se habent fratres? At ille dixit. Male: quoniam oēs agrestes effecti sunt: ⁊ qꝫ de oībus peius est vnum quem habui amicum obedientem mihi: ⁊ ipse nescio vnde cōuersus omnibus asperior est: ⁊ iuraui me non calcaturū illum locū nisi post multum tempus. Et hec dicens discessit.

¶ Interrogauit quidā frater cogitationes suas abbatē Pimeniū. Et respondit senex monach⁹ si ventrem ⁊ luxuriā ⁊ linguā tenuerit: ⁊ vagationē non fuerit sectatus: cōfido qꝛ nō morietur: sꝫ viuet in perpetuū. ¶ Duo fratres ad abbatē Heliā venerūt impugnati a cogitationib⁹. Et vidēs eos senex qꝫ corpulēti essent tanqꝫ ad discipulū suū subridens dixit. Uere frater ego erubesco pro te: qꝛ sic in sagina nutristi corpus tuum quia esca vermium sumus cum profitearis te esse monachum. Pallor enim cum humilitate et macies decus est monachi. Item dixit: quia monachus edens multum ⁊ operans multum nō confidat: qui autem parum edit etiam si parum operetur confidat ⁊ agat viriliter.

¶ Contra philargiam ⁊ de perfecta abrenunciatione.



Uidam iuuenis volebat abrenūciare mundo ⁊ frequēter eum egressum de domo sua reuocabant cogitationes inuoluētes plurimis negotiīs. Erat enī diues valde. Uno die egresso eo: hostes immundi circundederunt eum et multum puluerem excitauerunt ante illum. Ille vero confestim expolians se et iactans vestimenta sua: currebat nudus ad monasterium. Declarauit autem deus vni seni dicēs. Surge ⁊ suscipe athletam meum. Surgens ergo senex obuiauit illi nudo: et cognoscens causam admiratus est: et dedit illi habitum monachalē. Quando autem aliqui veniebant ad senem requirere de cogitationibus variīs instruebat eos de abrenunciatione mundana ⁊ dicebat. Illum fratrem requirite qui nec indumenta sui corporis seruauit: quia ego ad mensuram renunciationis ipsius necdum perueni. ¶ Dicebat autem Paulus abbas galatha: si aliquas res voluerit monach⁹ in cella sua habere preter eas sine quibus non potest viuere: frequenter cogitur e cella egredi: et ita a demonibus preuaricatur ac decipitur. Hic aūt ipse Paulus in quadragesima cū sextario lēntis: ⁊ paruo vasculo aque perdurauit: ⁊ vnā matulā faciēs eandē texebat: ⁊ retexebat: ne tm̄modo foras exiret. ¶ Quidā frater requisiuit senē dicens. Fac abba charitatē ⁊ dic mihi sermonē: quid debeā in iuuentute cōgregare vt habeam illud in senectute rn̄dit senex. Aut xp̄m adipiscere: et cogita de te: aut certe pecuniā ne mendices ergo tuū est eligere aut dominū deum aut mammona. Frequenter abbas agathon suū discipulum commonebat dicens. Ne aliquando tale aliquid tibi acquiras quod fratri te petenti dare pigeat: et per hoc inueniaris mandata

irā sgrediens. Qui petit da ei: ⁊ volenti a te mutuari: ne auertaris.

¶ Nihil dolendū monacho si quid perdiderit vel amiserit.


Abbas Macharius dū eēt in egypto ⁊ egressus fuisset de cella sua regressus inuenit quēdam latronem furantez id quod in cella sua haberet stetit ergo ⁊ ipse tanꝙ peregrinus: ⁊ caricauit animal cū illo: ⁊ cū magna patiētia deduxit eum dicens: nil intulimus in hunc mundū: dominus dedit: sicut illi placuit ita factū est: benedictus dominus in omnibus. Quidā frater vicinus cuiusdam magni senis: occulte ingrediebatur cellā eius: ⁊ quicquid habebat senex furabat: sed amplius operabat dicēs. Puto frater ille necessarius est. Habebat ergo senex grandē tribulationē ex penuria panis: cum autem moriturus esset ⁊ circundedissent eum alij fratres ille cum vidisset illum fratrē qui solebat illi furari: dixit ei. Accede huc ad me frater: et apprehendēs manus eius osculatus est eas dicēs. Gratias ago manibus istius fratris: quia ꝓpter eū arbitror me iturū in regnū celorū. Ille autez cōpunctus ⁊ agens penitentiā factus est ⁊ ipse strēnuus monachus ex actibus senis quos vidit.

¶ Qd tolerātia paupertatis in requiē ducit.


Dicebat vnus ex senibus. Nihil inuenimus scriptuz de lazaro illo paupere ꝙ aliquā virtutē fecisset nisi hoc tantum quia nunꝙ aduersus diuitem murmurauit ꝙuis illi nullam misericordiam faceret: sed cum gratiarū actione portauit laborē paupertatis sue: ideoqꝫ in sinū abrahe susceptus est. ¶ Itē dixit: quia non oportet quemꝙ cogitare: nisi de timore dei. Nā ⁊ si coactus fuerit de corporali necessitate esse sollicitus nunꝙ cogitet de ea ante tempus.


¶ De reprimenda auaritia.


Abbas Siluanus dum modicū discessisset a cella discipulus suus zacharias cum alijs fratribus sepem orti mouit ⁊ fecit ortum maiorez quod postꝙ regressus senex agnouit tulit melotem suum vt discederet. At illi proijcientes se ad pedes eius propter quid hoc faceret vt indicaret postulabāt. Tunc senex ait. Non ingredior (inquit) in cellam hanc nisi sepes fuerit in locum suum reuocata: quo mox facto ita regressus est. ¶ Quidā frater requisiuit senem dicēs. Si mihi debeat paucos nummos frater iubes vt repetam eos? Cui senex. Semel tantummodo illi dic cum humilitate. At ille dixit. Quod si semel dixero et nihil mihi dederit quid faciam? Tunc senex ait. Alterius ei nihil dicas. At ille iteruz ait. Et quid faciam quia nō possum vincere cogitationem meam nisi fuero illi importunus. ¶ Dicit ei senex. Dimitte cogitationes tuas tantūmodo fratrem tuum ne contristeris quia monachus es. ¶ Abbas agathon volentibus emere opera manuum suarum cum requie vendebat. Precium autem erat cribri centum sportelli vero ducenti quinquaginta: et volentibus comparare dicebat precium: ⁊ quicquid illi dedissent suscipiebat tacēs: nec aliquā donumerans. Dicebat enim. Quid mihi ꝓdest concertare cuz illis: vt illi peccent forsitan iurātes: ⁊ quando superfuerint nummi erogez illos fratribus. Sed quia deus non vult huiuscemodi eleemosynam a me neqꝫ illi placet vt aliquez permittam in sacrificio peccare. Et dum illi frater diceret: ⁊ paulo in cellam vnde venturus est. Dixit ei. Quid enim panis hominū in cella.

¶ Contra iram ⁊ de origine ire.


Dixit quidaz ex sanctis patribus. Ira ꝑ hos quatuor actus exurgit per cupiditatez auaritie dādi ⁊ accipiendi resqꝫ alienas rapiendi: ⁊ si quis propriam sententiam amans defendit: et si quis se vult honoribus esse dignum ⁊ si quis doctorē se esse vult plus omnibus sapiētem se esse sperans. Ira etiam per hec quatuor humanos sensus obscurat: si odio habuerit homo proximum suū: ac si pro nihilo habuerit aut si inuiderit illi aut si detractauerit de eo ad hoc sanctū Joannē euangelistā ostendā autorē. Qui odit (inquit) fratrem suū in tenebris est ⁊ nescit quo eat: ⁊ manet in morte passionis autē huius retributio quatuor modis habet. Primū ex corde: scdm ex facie: tertium ex lingua: quartū ex facto. Si quis ergo potuerit ita portare malum vt nō ingrediatur in corde nō perueniet vsqꝫ ad faciem. Si autem venerit in faciem custodiat linguam suā ne loquatur illud. Quod si locutus fuerit vel hoc custodiat ne redeat in facto: sed mox abscidat a corde. Tres eīm gradus sunt hoīm in passione ire. Nā qui nulli voluntarie nocet: ⁊ resistentibus nō iniuriat ⁊ parcit proximo suo: hic ſm naturā xpi est. Qui aūt nec alium ledit: neqꝫ se ledi vult: hic ſm adā est. Qui vero alijs nocet aut iniuriatur: aut calūnias ingerit: aut vsuras exigit: hic ſm diabolū est. ¶ Quidam fratres venientes ad abbatē Antoniū postulabant ab eo audire sermonē per quē saluarentur. Quibus ille ait. Scripturas audistis: que vobis a christo sufficiūt scitis. At illi vt ipse quoqꝫ aliqd eis dicere dignaretur instabāt. Tūc dixit eis euangeliū dicit. Si qs te ꝑcusserit in maxillā dextrā prebe illi ⁊ alterā. At illi se facere hoc non posse dixerunt. Rūdit senex. Prebere alterā non potestis: vel in illam iteruz si voluerit ferire sustinete. Sed cuz neqꝫ hoc se posse facere testarent. Dixit eis senex. Ergo si hoc non potestis reddatis pro eo quod accepistis. Et cum idem verbuz quod superius dixerant repeterent dixit abbas Antonius discipulo suo: vade fac illis escas vt comedant. Video enim ꝙ valde infirmi sunt. Et ait ad illos. Si vnum non potestis ⁊ alteruz nō vultis: quid a me requiritis. Ut video necessaria est vobis oratio per quam infirmitas vestra sanetur.

¶ De retribuendo bonum pro malo.


Quidam ex fratribus ab alio passus iniuriam venit ad abbatem Sysoy et contumelie genus exponens addebat. Cupio me vindicare. Senex rogabat eum vt relinqueret deo vindictam. At ille iterum nō desistam (inqt) nisi fortiter me vindicauero: cui beatus Sy


soy ait. Quia semel hoc in animo posuisti: saltē
oremus. Et exurgens senex his verbis cepit ora
re. Deus iam nō es nobis necessari⁹: vt ꝓ nobis
solicitus sis quia nosipsi sicut iste frater dicit et
volumus ⁊ possumus vindicare: qđ cū ille fra-
ter audisset ante pedes senis prostratus veniā
precabatur promittens se cum illo cui irasceba-
tur nunꝗ deinceps esse certaturum. Quidam
frater cum ab altero iniuriaretur venit ⁊ annū-
tiauit seni: cui senex respondit. Satisfac cogita-
tioni tue q̄m frater non vult tibi iniuriari sed
peccata tua submittunt illū. Nam in omni tēta
tione que tibi contigerit per oīa ne arguas eum
nisi tantūmodo dic: q̄ propter peccata mea con
tingunt mihi hec. ¶ Dicebat frequenter abbas
Pimenius. Malicia nunꝗ exuperat maliciā:
sed si quis malefecerit tibi tu illi bonum redde: vt
per bonitatē vincas maliciā. ¶ Quidam frater
erat qui quanto plus ei aliquis iniuriabatur aut
incitabat: tantomagis ad eū recurrebat dicēs.
Isti sunt qui nobis occasionem prebēt ad perfe-
ctionem nostrā qui autē beatificant nos deci-
piunt nos ⁊ semitam pedum nostrorum subuer-
tunt. Alius erat senex si quis detraxisset ei ille
festinabat si vicinus erat per seipsū bene remu-
nerare illum ꝙ si longius manebat transmitte-
bat ei munera.

¶ De non retribuendo inimicis.



Quidam frater interrogauit abba-
tē Sysoy dicēs. Si latrones aut
barbari super me irruerint ꝓ occide-
re me volētes ⁊ ego si preualuero
iubes vt occidam? Cui ille respon-
dit ne facias istud: ne nomineris
homicida sed totum deo cōtrade:
et quicquid tibi contigerit aduersi ꝓfitere hoc
tibi propter peccata tua venire. Si quid vero bo
ni fueris consecutus: diuine dispensationi to-
tum debes ascribere. Erat eremita quidam ma-
gnus in monte qui dicitur athabeos: et venerūt
super eum latrones. Cum autem ille vocem di-
disset de vicinis locis fratres alij confluentes
comprehenderunt eos. Quos transmissos in
ciuitatem iudex misit in carcerem. Fratres vero
illi contristati sunt nimis: quia propter eos la-
trones traditi essent ad penā. Et venientes ad
abbatē Pimenionem narrauerunt ei factum.
Qui scripsit ad eremitam dicens. Reminiscere
primam proditionem vnde facta est: et tunc vi-
debis secundam proditionem: nisi enim ꝓdi-
tus fuisses ab interioribus tuis secundam pu-
blicationem nunꝗ perpetrasses. Cumꝗ ille ta-
lem audisset sermonem compunctus est: et cum
esset in illa regione nominatus et per multum
tempus de cella sua non exiens: exurgens tamē
in ciuitatem et expellens latrones de carcere li-
berauit eos publice.

¶ De perfecta patientia.



Quidam videns laboriose portantē
in lecto mortuū dixit ei. Mortuos
portas si vis meli⁹ facere viuos por
ta: quia pacifici filij dei vocabuntur.
¶ Interrogantibus quibusdam fra
tribus abbatem Moysen sermonē
ille hortatus est discipulū suum zachariā vt eis
aliquid diceret. Tunc ille palliū suum deposuit
sub pedibus ⁊ cōculcauit illud ⁊ dixit. Nisi quis
sic fuerit cōculcatus monachus esse non potest.
abbati Ammoni prophetauit beatus Antonius
dicens. Multum habes in timore dei proficere.
Et educens eum de cella ostendit ei lapidē et di
xit ei. Vade ⁊ iniuriare lapidi huic ⁊ indesinen-
ter cede illum. Quod cum fecisset interrogauit
eum sanctus Antonius si ei aliquid lapis respō
disset: at ille dixit. Non. Cui abbas Antonius
ait. Ita ⁊ tu ad hanc mensurā peruenturus es:
vt nullam tibi fieri arbitreris iniuriam.

¶ Quod oportet pro pace ꝙuis bona
sint opera dimittere.



Abbas Motoys edificauit si
bi mōasteriū ī loco qui dicit
eracleona. Et dum ibi a mul
tis molestaretur in alterum
locū transgressus est. Et simi
liter ibi construxit monaste-
riū sed per inuidiā diaboli q̄
dā frater ibi inuent⁹ est: qui
semper iram cū eo habebat
propter hec surrexit inde: ⁊ ad ꝓprium reuersus
est vicū: ⁊ fecit ibi monasteriū et reclusit semet-
ipsum. Post tempus aūt aliquātulū congregati
sunt senes de illo loco vn̄ egressus est: deducētes
secum illū fratrē cū quo habuerat litē: quaten⁹
rogarent eum ⁊ reducerent in monasteriū suū.
Postꝙ aūt in vicina loca venerunt tā melotes
suos ꝙ illum fratrē ibidē dereliquerunt: ipsiꝗ
profecti sunt ad senē. Et pulsantibus illis aper-
ta fenestra respexit ⁊ cognouit eos. Post oratio-
nē factam dixit eis abbas Motoys: vbi sunt me
lotes vestri? At illi responderunt. Ecce in vici-
no sunt vna cum fratre qui tecū iram habebat.
Postꝙ hec senex audiuit: ⁊ nomē illius ⁊ aduē-
tum cognouit pre gaudio ostium per qđ ingres-
sus fuerat securi cōfregit: ⁊ egressus cucurrit ad
locum vbi erat ille frater: ⁊ prior ipse cepit age-
re penitētiā apud eū ⁊ amplectēs eū introduxit
in cellā suā: ⁊ per tres dies ꝯuiuatus est cū eis q̄
nunꝗ habebat cōsuetudinē vt ieiuniū solueret:
⁊ surrexit ꝓfectusꝗ est cū illis. ¶ Quidā frater
requisiuit abbatē Helyā dicēs. Si ꝯtristauero ali
que quēadmodū vis rogē. Respondit senex. Ex
ꝓfundo cordis tui cū dolore age penitētiā apud
deū: ⁊ videns deus ꝓpositū tuū satisfaciet ei.

¶ Cōtra spiritū tristicie qui desperationē facit.



Abbas Arsenius dixit. Non co
ctum laterculū si missum in fun
damentum fuerit prope fluuiū
neꝗ vno die sufferre poterit.
Si aūt bene fuerit coctū perma
net tanꝗ lapis: sic ⁊ hō non co-
ctus neꝗ inflāmatus fm qđ de
Joseph dictū est eloqū dn̄i inflāmauit eū mox in
ꝓ̄ncipio carnalī cogitatiōis dissoluit. ¶ Idē re-
quisiuit ab altero fratre dicēte. Si peccauero etiā
in quocūꝗ minuto peccato ⁊ cōsumit me cogitatio
mea ⁊ arguit me dicēs. Quare peccasti qđ faciā?
Rn̄dit senex: quacūꝗ hora ceciderit hō in cul-
pā: ⁊ dixerit ex corde: dn̄e deus peccaui indulge
mihi mox cessabit cogitationis vel tristitie illa
ꝯsumptio. ¶ Dicebat aūt abbas Pimeni⁹ de ab-

... isidoro q2 solus ille se cognouisset. Nam
quoties illi⁹ dicebat cogitatio sua:q2 magnus
es tunc ⁊ ipse respondebat sibi. Nunquid talis
qualis Antoni⁹ aut certe abbas pamō vel re-
liq patres qui deo placuerūt. Quoties ergo hec
cogitabat requiescebat. Quādo vero inimicus
cōturbās eū suggerebat ei desperationē ⁊ penā
dicens:qm̄ post hec omnia iturus es ad tormē-
ta:dixit ipse:q2 Quis ego in tormenta mittar:ta
men vos subtus me inuenio. ¶ Abbati Moysi
frequēter apparuerunt spiritus maligni dicen-
tes. Vicisti nos⁊ nihil tibi possumus facere qm̄
quoties per desperationē humiliare reuolum⁹,
exaltaris: quotiens te exaltare ita te humilias
vt nullus de nobis accedat ad te. ¶ Cū quidam
ad abbatem Sysoym frequēter talē sermonē re
quireret:quid faciā pater qm̄ cecidi:Ille respon
dit Surge⁊ surrexit. Et iterū se cecidisse profes
sus est. Ait senex. Et iterum surge. Cum aūt fra
ter frequenter se cecidisse narraret:eodem mo-
do senex vtebatur sermone exclamās. Non ces-
ses surgendo fili. Cui frater. Vsqquo possuz sur-
gere pr explana. Ait senex:quousqꝫ aut in⁹ bono
ope aut in malo deprehēsus occumbas. In quo
eñ opere deprehēsus fuerit homo iudicabitur.
Item dixit. Qui laborat et arbitratus se fuerit
aliquid facere recipit hic mercedem suam.

¶ Contra spiritum vane glorie.



Quidam frater requisiuit abba
tem Pimenium si melius es-
set remotius an cum aliis ma
nere:respondit senex homo si
semetipsum reprehēderit vbi-
qꝫ potest persistere si autem se
magnificet nusq̄ stat sicut scri
ptum est. Qui se existimat ali
quid esse cū nihil sit:ipse se seducit. Quicquid
eñ boni fecerit homo ne exaltetur in eo:q2 mox
perdet illud. ¶ Abbas Macharius si quis illuz
cum timore velut sanctum virum voluisset au-
dire:susceptus nullum penitus a sene percipie-
bat responsuz. Si quis vero velut contemnens
cum talibus verbis cōpelleret:abba machari qm̄
eras camelarius ⁊ nitrū furabaris:nunquid nō
vapulabas a magistris deprensus in furto:libē-
ter ei quicquid requisisset cum gaudio responde
bat. ¶ Abbas nesteron dum cū aliis ambularet
fratrib⁹ in deserto viderunt draconem fugerūt
Dixit ei vnus ex eis:⁊ tu times abba. Cui senex.
Nō timeo fili:sz oportuit me fugere:q2 nisi fugis
sem cogitationē vane glorie nō vitassez. ¶ Venit
aliqn̄ ad abbatē zenonē i syria aliqs frater egy-
ptius ⁊ cepit cogitatiōes pprias accusare pñte
sene. Ille aūt audiēs hoc admiratus dixit. Egy-
ptii quas habēt virtutes celant:⁊ vitia que non
habent manifestāt. Syri aūt⁊ greci xtutes q̄s nō
habēt pdicāt:⁊ vitia q̄ habēt abscōdūt. ¶ Quidā
senex cū venisset ad aliū senem dixit. Ego mor-
tuus sum huic seculo. Cui ille alter. Ne cōfidas
in te:donec egrediaris de corpe hoc. Nā ⁊ si di-
cis quia mortu⁹ sum:diabolus tamē necdū mor
tu⁹ est cui⁹ innumerabiles sūt male artes. ¶ Ab-
bas Sysoys cum sedens pñte fratre altero fa-
ctus esset in extasi:⁊ altero audiente nesciēs su-
spirasse cepit penitere ac dicere:Indulge mihi fra
ter exposco:necdum enim me cognosco esse mo-
nachum:quia audiente altero suspiraui. Quo-
ties autem in oratione senex idem stans manus
suas erexit ad celum cito deponebat manus:p-
pterea si alter presens esset:ne hoc ipsum illi
plaudere constaret. ¶ Quidam senex habitabat
in inferioribus partibus egypti et sedebat quie
scens. Unus autez secularis religiosus ministra
bat ei. Contigit autem vt filius secularis infir-
maretur. Multis ergo precibus postulabat senē
vt veniret ad domum suam et faceret orationem
pro infante. Exurgens vero senex ambulabat
cum eo. Ille autem precessit et ingressus in do-
mum suam dixit. Venite in occursum anachori-
te. Quos cum senex vidisset a longe egressos cū
lampadibus sensit q ad se venirent ⁊ statim de-
spolians se vestimenta sua:misit in fluuium ⁊ ce
pit lauare stans nudus. Ille aūt qui ministrabat
ei:videns hec erubuit. Et rogabat homines dicens
reuertimini Senex enim noster sensuz perdidit:
et veniēs ad eū ait illi. Abba quid est hoc quod
fecisti? Omnes enim qui te viderunt dixerūt q2
demoniū habet senex:cui ille. Et ego volebā hoc
audire. ¶ Idem alia vice volebat eum aliquis vi
dere ex iudicibus:⁊ precesserunt clerici dicētes
ei. Abba prepara te qm̄ iudex audiēs opera tua
veniet ad te:benedici cupiens a te. Ille autem di
xit:ita faciam ego preparabo me. Vestitus ergo
lebetone suo ⁊ tollens panem ⁊ caseum in ma-
nibus:ascēdit in portam ⁊ diuaricatis pedibus
sedens cepit manducare. Veniens autem cū offi
cio suo iudex ⁊ videns eū dixit. Iste est anachori
ta de quo talia audiebamus. Et contemnens eū
ita discessit.

¶ Contra spiritum superbie.



Quidam senex dixit. Qui ab ho
minibus amplius honoratur
aut laudatur non paruum dā
num patitur:qui autem ab ho
minibus non honoratur de-
super gloriam accipit. Itez di
xit. Fieri non potest:vt simul
herba nascatur et semen:ita
impossibile est vt laudem ⁊ gloriā hñtes secula-
riū simul ⁊ fructū faciamus celestē. Item dixit.
Qñ cogitatio superbie vel certe vane glorie te-
impugnat iperscrutare teipsum:si oīa mandata
dei seruasti:si inimicos diligis:si gaudes de glo-
ria inimici tui ⁊ cōtristeris in delectione eius si
apud te habes: qm̄ seruus inutilis es:⁊ q plus
oībus hoib⁹ sis peccator:⁊ neqꝫ tunc tā grāde ali
quid sapias tanq̄ aliqd boni feceris:sciēs q cte
cta cogitatio illa bona oīa dissoluit:Dixit senex
cuidā. Nō apponas cor tuū aduersus fratrē tuū
dicens. Qm̄ tu amplius sobrius es q̄ ille:et cō-
tinentior:sed subditus esto gratie dei in spiritu
paupertatis:⁊ per charitatē nō fictaz:ne spiritu
exaltationis perdas laborem tuum. Item dixit
senex. Quantumcūqꝫ eñ se deposuerit homo in
humilitate:tm̄ pficit in altū. Sicut eñ superbia
si ascenderit in celum vsqꝫ ad infernum deducit
ita ⁊ humilitas si descēderit ad infernū ibi exal
tabit vsqꝫ ad celū. ¶ Abbas machari⁹ dū dilucu
lo palmaꝝ folia portās ad cellā suā reuerteret ec
currit ei diabolus cū falce pacuta volens eū pcu

tere et nō valebat. Qui exclamans ait. Magnā vim a te patior machari. Qui cū te cupio nocere non valeo: dum quecunqꝫ tu facis ego magis exuperem. Tu ergo interdum ieiunas: ego nunq̄ ullo cibo reficior. Tu sepe vigilas: me vero nunq̄ sopor oppressit: sed vno re me vincis ipse fateor. Cumqꝫ ab eo rem ipsam macharius requisisset ait. Humilitas tua sola me vincit. Hec dicente inimico ꝛ extendēte beato machario manus suas ad orationē: spiritus immundus inter auras euanuit. ¶ Quidam ex patribus dicebat. Omnis labor sine humilitate vanus est. Humilitas enī precursor est charitatis. Sicut Joannes precursor erat iesu omnes trahens ad eum: ita ꝛ humilitas attrahit ad charitatem id est ad ipsum deum quia deus charitas est. Quidam frater requisiuit a sene. Quid est humilitas. Cui senex. Arbor est vite in altū excrescēs. Item dixit. Terra in qua dixit deus sacrificium sibi offerre humilitas est. ¶ Iterum requisitus senex quidam. Quomodo potest anima humilitatem adipisci. Respondit: si sua tantū modo mala homo consideret. Dicebat autem: quia perfectio hominis est humilitas. ¶ Dixit abbas moyses Humilitas nec ipsa irascit nec alios irasci permittit. Itē dixit: humilitas est si quādo peccauerit in te frater tu⁹ antequā peniteat indulseris ei.

¶ Quod perfecti viri q̄uis possint nolūt miracula facere ne extollātur.



Abbas. Joseph dum cū alijs fratribus ad abbatem Pimenium veniret quidam ex parentibus predicti senis pimenij attulit infantem cui⁹ facies per arreptionem diaboli fuerat deprauata: et sedens pater eius cum eo foris monasterium plorabat. Cum autē vnus senex ad vocem flentis egressus esset ꝛ interrogaret eum cur ploraret. Ille respōdit. Parens sum istius Pimenij: ꝛ ob hoc veni vt videret hunc infantem. Vides domine que huic infanti per sathanam contigerit tentatio. Timuimus enim vsqꝫ nunc illum huc offerre: qui non vult nos videre. Et nūc si cognouerit q̄ hic ego sum cum confusione eijciet me. Ego autem vos videns patres: qui modo ad eum venistis presumpsi venire huc. Quomodo ergo vis vade et miserere mei abba: et tolle infantem istum: ꝛ defer intus tecum vt oret pro eo. Quem cum senex tulisset ꝛ ingressus fuisset in cellam sapienti consilio vsus non illum obtulit primo abbati Pimenio: sed minorib⁹ patribus ꝛ dicebat. Signate infantem fratres facientes orationem rogās per singulos senes. Et post omnes detulit illum Pimenio. At ille nolebat eum nec aspicere. Cum autem rogarent eum: vt sicut omnes: sic et ipse oraret ingemuit ꝛ surgēs orauit dicens. Deus sana facturam tuam ne dominetur illi inimicus. Et signauit infantem et mox sanus est patri redditus. ¶ Cum quidam secularis in ecclesiam veniens ab immundo spiritu teneretur: et omnes orationem fecissent nullatenus spiritus immundus egrediebatur ab eo. Dicunt ergo inter se fratres. Quid possumus huic spiritui facere. Nemo illū poterat excutere nisi abbas Bisarion. Sed si hoc dixerimus ille nec ad ecclesiam acquiescit venire. Sed faciam⁹ taliter. Quando ad ecclesiam ante omnes solet venire hunc qui patitur faciamus sedere: ꝛ post ea dicam⁹ Abba abba suscita hūc dormientē. Fecerunt ergo ita: ꝛ veniente abbate Bisarione steterunt oēs in oratione ꝛ dicunt ei. Abba suscita istum q̄ dormit. Ille aūt dixit. Surge ꝛ egredere foras ꝛ mox egressus est ab eo spiritus immundus ꝛ sanus factus est ex illa hora.

¶ Quod vtiliter aliquotiens in sordidis cogitationibus derelinquimur ne extollamur.



Epe dicebat beatus antonius nisi pastor velaret oculos animalis mercedē suā recipiens ipsum consumeret ita ꝛ nos per dei dispensationem regimen accipimus vt ea q̄ operamur bona non valeamus intendere: ne nosipsos beatificantes possimus extollere: et mercedem propriam amittamus: Nam ꝛ ob hoc quando relinquimur in sordidis cogitationib⁹ necesse sit vt hoc tantummodo preuideamus vt nosipsos ꝛ nostram sententiam cōdemnemus ꝛ ea que sunt in nobis sordida: illud parum bonū opus nostrum in nobis obscurent. Nunq̄ enim homo bonus est etiam si bonus esse desideret: nisi deus habitauerit in ipso quia nemo bonus nisi solus deus. Oportet autem vt nosipsos semper veraciter incusemus. Quando enim se quisqꝫ non reprehendit mercedem propriam amittit. ¶ Idem beatus Antonius dū in cella propria oraret venit ad eum vox dicens. Antoni necdū peruenisti ad mensuram Coriarij qui est in Alexandria. Quo audito senex consurgens mane arrepto baculo in ciuitatem festinus puenit. Cūqꝫ ad designatū hominem peruenisset ꝛ ingressus fuisset: ille viso tanto viro obstupuit. Cui dixit senex. Refer mihi opera tua: quia propter te relicto deserto huc veni. Qui respondens ait. Nescio me aliquando aliquid boni perpetrasse. Unde ex cubili proprio mane consurgens anteq̄ in opere meo residcam: dico q̄ omnis hec ciuitas a minore vsqꝫ ad maiorem ingreditur in regnū dei propter iustitias suas ego autem solus propter peccata mea penam sempiternā ingredior. Quod verbum mane: et anteq̄ quiescā sero: ex cordis mei censeo veritate. Quod audiens beatus Antoni⁹ rñdit. in veritate fili sicut bon⁹ artifex sedens in domo tua cū rede regnū dei adeptus es: ego aūt velut sine discretiōe oē tpe meū in solitudine cōuersat⁹: necdū verbi tui assumpsi mēsurā. Quidā frater requisiuit abbatem Pimenium dicens. Quid est pater q̄ apostolus dixit: omnia munda mundis. At ille dixit. Si quis ad hunc sermonem peruenire potuerit vt eum intelligat: videbit se minorem esse totius creature: cui frater. Ex quo modo me possum videre minorem ab eo qui homicida est. Respondit senex. Si potuerit homo ad sermonem hunc apostoli peruenire: et viderit hominem qui forte alium occiderit: dixit in semetipso: Ille quidem hoc solum peccatum fecit ego autem omni hora homicidium committo meipsum interficiēs. Ex


cum frater requireret quomodo hoc posset fieri Respondit senex. Hec sola hominis iustitia est: vt semper semetipsum reprehendat: et tunc iustificabitur: cum sua peccata condẽnat. Quidam frater dixit ad senem cogitatio mea dixit mihi bon⁹ sum. Respondit ei senex. Qui nõ videt pctã sua semper ille in bonis esse se credit: q̃ autẽ videt illa cogitatiões ei suadere non possunt q in bonis sit scit enim qui det opus ergo est laborare multũ vt se quisq̃ cõsideret: nã negligentia ignauiaq̃ et relaxatio excecant oculos cordis nostri. Quidã frater dixit abbati Pimenio: cogitatiões mee non permittunt me pctã mea respicere: sz patres mei cogunt me cogitare peccata. Rñdit abbas Pimenion de abbate Isidoro referẽs et dicẽs. Dũ plangeret abbas Isidorus in cella sua et discipul⁹ ei⁹ in alia cella sederet: cõtigit vt illa hora idẽ discipul⁹ ad illũ veniret: q̃ ille plãgebat: et requisiuit eũ dicens q̃d plãgis pr. At ille rñdit. Pctã mea plãgo fili. Iterũ dixit ei. Nõ habes pctã abba. Dixit ei senex. O fili si pctã mea de⁹ manifestaret hominibus nec tria nec quatuor sufficerent sed plura.

¶ Quomodo vitetur detractio.



Uidã frater requisiuit abbatẽ pimenionẽ dicẽs. Q̃uo põt hõ vitare: ne loquat̃ male de proximo suo. Respondit senex. Ego et proxim⁹ meus duc imagines sumus. Cũ ergo meã imaginem reprehẽdero inuenit̃ imago fratris mei apud me venerabilis q̃n aũt mea laudauero tũc fratris mei imaginem prauã respicio. Tunc ergo alijs non detraho si semper meipsum reprehendo qz magnũ virum despicit qui seipsum non cõsiderat. Dicebat quidam patrum quicquid habes odio: alij ne facias. Si odis qui tibi male loquit̃ neq̃ tu male loquaris de alio. Si odio habes qui tibi facit calumniã neq̃ calũniam tu alicui facias. Si odio habes qui te in cõtemptum ducit: aut iniurijs appetit aut aufert quod tuũ est aut aliquod tale facit nihil horum facias alicui. Qui ergo hoc verbũ custodire põt sufficit ei ad salutẽ. Unus ex sanctis patribus videns alium negligentẽ fleuit amare dicẽs. Ueh mihi quia q̃uo iste peccat sic et ego crastino. Et monebat discipulũ suum dicens. Q̃ñuis aliq̃s grauiter presente te peccauerit: ne condẽnes eũ: sed sic apud te sit: tanq̃ tu plus eo pecces: q̃uis ille secularis sit: nisi forte deũ blasphemauerit q̃d est hereticorũ. ¶ Quidam nomine Timotheus anachorita negligẽtem quendã fratrem audiẽs interrogauit abbatẽ quid illi fratri faceret: dedit consilium: vt eum expelleret: cum ergo ille expulsus esset tentatio venit super Timotheuz. Et cũ ploraret in conspectu dei et diceret peccaui miserere mei venit ad eum vox dicens. Timothee ideo tibi hoc euenit quia fratrẽ tuum tempore tentationis sue despexisti.

¶ De voluntate proximi facienda.




Frater quidam requisiuit abbatem Pimenionem dicẽs. Quid est fides: Cui senex. In charitate et humilitate semper viuere: et facere bonum proximo suo. ¶ Abbas theodorus cum de opere manuum animeq̃ loqueretur dicit ad eum frater. Explana nobis opus anime abba: et opera manuũ. Cui senex omnia quecunq̃ pro mãdato dei facimus in operibus anime reputanda sunt que vero pro nostra agimus vtilitate seu cõmodo: hec omnia opera manuum esse noscuntur. ¶ Abbas appollo: si quis de fratribus eũ in suo requisisset opere et labore: mox pergebat cum omni leticia dicens. Ego cum rege meo christo vado hodie operari pro anima mea. Hec est eñ merces que anime deputatur.

¶ De refutatione proprie voluntatis.



Uidam anachoreta sedebat iuxta cenobium multas virtutes faciẽs. Et cum venissent ad illum aliqui monachi de cenobio compulerunt eum non consueta hora manducare. Et post hoc dixerunt ei fratres: contristatus est abba aliquid: quia hodie contra consuetudinem fecisti. Quibus ille respondit. Tũc est mihi tribulatio quando propriam fecero voluntatem. ¶ Quidam frater veniens in scithi vt videret abbatem Arsenium postulabat. Cumq̃ alij fratres ei vt paululum requiesceret suaderent respondit. Non manduco partem nisi illuz videre meruero. Tunc vnus ex fratribus ipsum duxit ad abbatem Arsenium: pulsatoq̃ ostio celule introducit eum. Deinde suscepti et oratione facta consederunt. Cum autem beatus taceret Arsenius ille qui fratrem adduxerat ait. Ego discedo. Sed et is qui ex magno desiderio venerat: videns quia nihil ei locutus fuisset abbas Arsenius: pre verecũdia tacitus sedens dixit. Et ego quoq̃ tecum frater accedo. Ac sic vterq̃ discesserunt. Postulabat autem vt etiam ad abbatem Moysen qui ex latronibus conuersus fuerat deduceretur. A quo suscept⁹ facta charitate dimissus est. Frater autem qui ad vtrosq̃ ipsum duxerat dixit illi. Ecce vtrosq̃ quos postulabas vidisti: quis tibi plus ex ambobus placet. At ille ait. Mihi interea hic melior videt̃ qui nos vtrosq̃ et bene suscepit et bene pauit. Quo sermone comperto vnus ex patribus ad dominum orauit dicens. Domine hanc mihi rem precor ostende: qz vnus propter nomen tuum omnes homines videre aut appellare refugit: alter vero omnibus propter nomen tuum communis est. Et ecce in extasi due illi naues per fluuium ostense sunt: et in vna quidem vidit spiritumsanctum cum silentio et requie vna cum abbate Arsenio nauigantẽ in altera vero naui vidit abbatem Moysen et angelos dei mel et fauum in os et in dentes eius inserentes.

¶ De obsequijs infirmantium vel infirmitate ipsa.



Uidam frater requisiuit senes dicens. Duo fratres in vna sunt cella et illa quidã vnus sex dieb⁹ integris ieiunat: ille aũt alter infirmanti facit obsequiũ cuius ergo opus maius est apud deum. Respondit senex. Si ille qui ieiunat sex dies, per nares se suspenderit: non erit, similis illi alteri in conspectu dei. ¶ Joannes minor Thebeus discipulus abbatis Ammoys duodecim annis ipsi se-

ni infirmanti fecit obsequium: senex tamen cum vidisset eum laborantem: nunq̃ illi sermonem blandum ac placitū locutus est. Cum aūt de hoc mundo transiret sedētibus aliis senibus tenuit manus eiꝰ ⁊ dixit ei tertio: salueris salueris salueris: ⁊ tradidit illū senibus dicēs. Ille non homo: sed angelus est qui tot annis mihi infirmanti seruiēs: nec bonū sermonē audiēs fecit tñ obsequium cū magna patiētia. ¶ Plures igiẗ diuersis laborātes necessitatibus cōuenerunt fratres ad sanctum Antonium inter quos et Eulogius quidā monachus Alexandrinus cū alio qui elephantiaco morbo cruciabatur: quos illuc ꝓpter hmōi causam venisse memorabant. Hic Eulogiꝰ scholasticus erat secularibꝰ literis eruditꝰ. Qui immortalitatis desiderio captus huic mūdo renunciauerat diuisisq̃ rebus suis omnibꝰ atq̃ dispersis parū aliquid pecuniarū reliquerat sibi quibus q: per se operari nō poterat vteretur. Cū igitur eum quedā animi defectio fatigaret ⁊ neq̃ cū multis in monasterio degere neq̃ solitariā vitam posset ferre patiēter reperit quendā publice in platea iacentē ita in valitudine illa quā superius dixi impletū vt sine pedibꝰ ⁊ manibꝰ videretur: cui lingua tantūmodo immunis a tātis cruciatibus erat: q: magis posset ab intuētibus malorum suorū remediū promereri: cūq̃ eum assistens vidisset Eulogius oratione facta ad deū et facta quadā cum dn̄o pactione his allocutꝰ est verbis. Domine (inquit) deus in tuo nomine suscipio istū tam immani valitudine prepeditū vt ꝓpter istū possim ⁊ ipse saluari. Affis ergo mihi Iesu christe atq̃ patientiā in tali ministerio largiaris: moxq̃ ad iacentē illū ait. Uis frater suscipio te in domo mea: ⁊ quacūq̃ potuero ratione sustētō: cūq̃ hec ille libēter amplecti dignaretur se diceret vadā ergo (inquit) ⁊ asinū quo veharis adducā cui vehementer exultans cōsensit egrotus: quodq̃ mox fecit Eulogius ⁊ memoratum ad hospitiū suum sine dilatione transuexit. Per quindecim igiẗ annos iugi curatiōe ⁊ perpetua ei solicitudine seruiebat: per qd̄ omne tempus ⁊ ille cuiꝰ tñ deferebatur obsequiū cū gratiarum actione cūcta tolerabat: ⁊ Eulogij manibꝰ ⁊ medicamētis cibisq̃ ⁊ balneis prout cōpetebat valitudini curabatur. Post quindecim vero annos instinctu demonis supradictus egrotꝰ immemor tot laborū Eulogij: tantorū meritorū cepit ab eo velle discedere: multisq̃ iniurijs atq̃ opprobrijs increpare eū dicēs. Fugitiue qui propriam domū deuorasti: furatusq̃ es alienam substantiā in me occasionem salutis tue reperisse te credis. Eulogius aūt rogabat eum ⁊ satisfaciēs animo eius dicebat. Noli, mi dn̄e talia loqui sed dic potius quid te cōtristauerim ⁊ emendo. Elephātiosus aūt cū furore dicebat vade noto istas adulationes tuas. Proijce me in publicū refrigeratione tua nō egeo. Eulogius aūt: obsecro te inquit placare: aut quid te inquit cōtristauerim venerande senex edicito. Elephantiosus autem asperior in furore dicebat ad eum. Iam fraudulentas irrisiones tuas non fero: adulationes et subsannationes tuas non tolero. Nec mihi nec arida pereaq̃ vita iocunda est volo carnibus saturari. Cūq̃ ei exhibite a viro patientissimo Eulogio carnes fuissent: cepit iterum proclamare. Non potes (inquit) mee satisfacere voluntati: neq̃ tecum solitarius habitare preualeo: populum videre: ad publicum ire desidero. Dicit ei Eulogius: ego adduco tibi multitudinem fratrum rursus ferocior ac pene blasphemꝰ egrotus. Nec inquit tuam faciem videre volo ⁊ adducis mihi similes tuos solius panis deuoratores concutiensq̃ semetipsum: inquieta voce clamat dicēs. Hic esse nolo ad publicum ire desidero. O violētia In eum locum me proijce vnde me sustulisti. Tāta ergo erat eius insania adeoq̃ sensus ipsiꝰ infirmi quodāmodo ⁊ mores peruerterat demō vt laqueo se forte suspēdisset si manus per quas hoc facere posset habuisset. Ad monachos itaq̃ vicinos pergit Eulogius ita dicēs eis. Quid faciam q: elephātiosus iste penitus desperare me fecit. Dicūt ei. Quam ob causam. Respondit eis q: dura sunt que mihi conatur imponere: ⁊ quid agam ignoro proijciā ne eum. Sed aliter deo dexteras dedi de hoc satis vereor. Non proijciam eum. Sed tot ac tanta iterum dierū ac noctium mala ferre nō possuz quid de ipso igitur a me fiat ignoro. Ad quē illi his verbis loquūtur dū adhuc viuit ⁊ superest magnus ille: sic enim vocabatur Antonius ascēde ad eum egrūq̃ naui impositum in monasterium eius defer expectās ibi donec spelūcam suam egressus adueniat. Quē cum videris referes ista que pateris: atq̃ ab eo consilium postulabis quicquid tibi super hoc dixerit facies ⁊ eius monitionibꝰ acquiesces: sciēs a deo iuberi tibi quod ille preceperit. Mox igitur sermonibus fratrum libenter instructus supradictum egrum blandis precibus superās litorali nauicule imposuit sustulitq̃ de ciuitate ꝑ noctem ⁊ ad discipulorum sancti antonij habitaculum duxit. Euenit autem vt altero die vespertinis horis superueniret illuc beatus Antonius referente mihi Cronio q: clamide ex pellibus facta indutus aduenerit. Solebat autem veniens ad monasterium fratrum vocare ex ipsis Macharium: cūq̃ his verbis interrogare. Uenerūt adhuc aliqui fratres. Et ille venisse dicebat De egypto inquit sunt an de hierosolyma. Hoc autem signum ab his iusserat dari vt quoties aliqui non satis digni colloquio ipsius venirēt aduenisse egyptij dicerentur quoties autem sancti quidam et spiritales viderentur viri venisse de hierosolyma nunciarentur. Tunc ergo veniens iuxta consuetudinē suam cum interrogaret vtrū hierosolymite illic fratres essent an egyptij respondit Macharius dicens: ex vtroq̃ illic isdem genere vidisse se? Cum aūt dixisset illi sanctus Antonius: fac illis lentiam ⁊ sumant cibū ⁊ vna cum eis oratione cōpleta iubeātur discedere: ac vero cū hierosolymitas venisse didicisset per totam noctem cum ipsis sedens ea illis que saluti eorū proficerent loquebatur. Memorata igitur nocte sedisse referebant: ⁊ cum vnumquenq̃ ad se de his qui conuenerāt euocasse. Cumq̃ a nullo quis illic eulogius vocaretur audisset: ipse in tenebris propria voce sua illum ter nomine vocauit: cui cum supradictus scholasticus nō respōderet putans quod alter aliquis Eulogius vocaretur. Dixit ei rursus. Te voco Eulogi qui ab

Alexandri

Alexandria ciuitate venisti. Dixit ei Eulogius. Quid queso iubes. Et Antonius q̄d inquit huc venisti. Respondit Eulogi⁹ dicens. Quis tibi nomen meū reuelare dignatus est: ipse etiā ⁊ aduētus mei causam proculdubio reuelauit. Tunc ille quare inquit veneris scio: sȝ ante omnes hos fratres vt oēs audiant refer. Jussus igitur a magno Antonio seruus xp̄i Eulogius retulit ante omnes. Jstum elephantiosum in platea publica reperi proiectum cuius curam nullius hominuȝ gerebat ⁊ promisi deo vt deseruirem egritudini eius quomodo possem vt ego per illuȝ: ⁊ ille per me saluaretur. Ex quo autem pariter sum⁹ quintusdecimus ann⁹ est sicut ⁊ vestre sanctitati credo omnia reuelata. Quia igit̄ post plurimos annos: cū a me nihil mali pertulerit: varijs me procellis ac tēpestatib⁹ vexat ob q̄d ⁊ ego ipsuȝ a me proijcere cogitaui propterea ad sanctitatem tuā veni: ⁊ quid ex hoc faciā digneris me tuis edocere cōsilijs ⁊ orationib⁹ adiuuare. Pessimis eniȝ morib⁹ totus fatigor ⁊ crucior. Cui hec tunc Antonius seuera atq̄ iracunda voce respōdit. Tu illum a te proijcis Eulogi. Sed ille cum nō ꝓijcit qui eū a se factū esse cognoscit. Proijcis eū meliorem te inueniet ⁊ eligit deus qui colligat destitutum. Cūq̄ perterrit⁹ ad hec Eulogius verba tacuisset relicto rursus sanct⁹ Antoni⁹ Eulogio: cepit egrotū ꝓprijs sermonib⁹ verberare et hec ad eū cum clamore maximo loqui. Elephantiose seno ⁊ luto horride nec terra digne nec celo nō desinis iniuriā dei vociferari. Nescis q̄ ministrat tibi xp̄s est. Quēadmodū ausus es cōtra xp̄m talia loqui. Naȝ propter xp̄m se iste seruitio tali ⁊ obsequijs subiugauit: quē ⁊ ipsum mordaci sermone laceratū reliquit cōuersusq̄ verbis ad alios fratres ad vnūquēq̄ ita vt ratio singulorū exigebat locutus rursus ad Eulogium ⁊ ad egrotū redit dicitq̄ eis. Ne quis vestrum o filii quoq̄ se vertat neuter ab altero separetur: sed ad cellaȝ vestrā in q̄ per tantū tēpus vixistis redite in pace omnem tristitiā deponentes. Jam nunc enim ad vos dominus deus mittet. Nam tentatio ista idcirco accidit vobis: q2 ad fineȝ vite ambo venistis etiā vterq̄ vestrum merebitur coronari. Nihil ergo aliter feceritis ne forte vos angelus veniens in eo in quo dixi loco inuenire non possit vtriq̄ coronis fraudemini. Qui cū ad cellaȝ suā velociter redeūdo reintegrata pace venissent: intra quadraginta dies Eulogi⁹ prior obijt ⁊ post aliquod triduū supradictus defecit egrotus: alo vehementer incolumis. Cronius aūt cum plurimum tēporis in thebaicis fuisset locis ad monasteria Alexandrina descendit: euenitq̄ vt ad illū occurreret diem qui vnius quidē quadragesim⁹ alterius aūt tertius celebratus tunc a fratribus dicebatur. Cū igitur Croni⁹ hoc audisset obstupuit: sumptoq̄ euāgelio sancto atq̄ in medio fratrum posito cum sacramento ip̄s per ordinē cūcta exposuit dicens. Horum omniū que commemoraui interpres ipse fui sermonum: eo q̄ grece loqui sanctus Antonius nesciebat. Ego autē vtramq̄ linguā noueram: atq̄ inter ipses loquebar: illis quidē greco isti autē egyptio ore respōdens. Hoc quoq̄ Cronius ipse nobis referebat: q̄ ei sanctus Antoni⁹ in illi⁹ ipsa nocte quā beatum Eulogiū dimisit dixisset: q2 per totū annum deprecatus fuisset: vt ostenderent̄ eidē per reuelationem loca peccatorū atq̄ iustorum. Et se vidisset dicebat procerū quendā vsq̄ ad nubes gigantē: tetri coloris extēsas habentē ad celū manus: atq̄ infra pedes ipsius lacum ad speciē maris fusum: vbi tanq̄ aues inquietas animas volantes vidit Antonius. Et ille quidē quecūq̄ supra ipsius manus: caputq̄ volabāt conseruabantur. Quecūq̄ aūt sub manib⁹ ipsius reperte fuissent mergebantur in lacū. Vocem aūt tunc talē sibi venisse referebat. Has omnes animas quas volantes vides: scias animas esse iustorum que in paradisi habitatione requiescūt. Jlle aūt anime alie ad inferna mittunt̄: q̄d patiunt̄ quicūq̄ carnali obedierint voluptati: ⁊ q̄cūq̄ iracundiam retinentes reddere malis paria tentauerint. ¶ Referebant aūt nobis tam Croni⁹ q̄ sanctus Jerax atq̄ alij plures vicini fratrū ista que dicam. Quidā senex dixit: q2 si scit monach⁹ esse aliquē apud quem proficere possit: sȝ necessaria corporis cum labore habet: ⁊ propterea non vadit ad eū huiusmodi monachus non credit esse deum. Dixit quidā Senex. Qui vult eremum habitare debet esse doctor non qui doctrina egeat ne detrimentum sustinere videatur.

¶ Q̄d infirmitas corpis ꝓsit aīe claret ex his.

Magnus quidā senex infirmāti discipulo suo dixit: ne contristeris fili ex infirmitate vel plaga corpis tui. Summa eīm religio est vt in īfirmitate deo gratias agat deo: si ferrū es per ignē emittis eruginē. si vero auruȝ es per ignē probat⁹ a magnis ad maiora ꝓcedis. Ne anxieris ergo frater. Si eīm te de⁹ vult in corpe torqueri: tu quis es qui eius voluntati resistas: aut moleste feras. Sustine ergo ⁊ roga deū: ⁊ que ipse vult illa concedas. ¶ Quidam senex cū frequenter infirmaretur corpore ⁊ langueret contingit vt vno anno nulla eum egritudo cōtingeret ⁊ ꝓpter illa flebat ⁊ grauiter ferebat dicens. Reliquisti me dn̄e ⁊ noluisti me ꝑsenti hoc anno visitare.

¶ De timore dei.



Abbas Piemon requisit⁹ a fratre quēadmodū aīa resisteret ⁊ timere deū non vult. Respondit senex: anima quidē vult timere deū: sed necdū tēpus est. Timor eīm domini magna perfectio est. ¶ Quidā frater a sene requisiuit dicens. Quomodo timor dei venit in animā. Et ait senex. Si quis prius humilitatem possederit vt⁹ neminem iudicet vel condēnet vel largitor sit elecmosynarum ⁊ vt nihil habeat: sic venit timor dei in animam. Dixit senex: timor ⁊ humilitas ⁊ egestas victualium maneant in te. ¶ Frater quidā interrogauit senem dicens. Unde est abba cor meuȝ durū: ⁊ non timet deū. dixit ei senex. Puto si homo teneat increpationē in corde suo possidere timoreȝ dn̄i. Dixit ei frater. Quid est increpatio. ait senex. Ut in omni re increpet homo animā suā dicendo ei. Memor esto quoniā oportet te deo occurrere. Dixit autē ⁊ hic: quid ego volui cū homine. Estimo auteȝ quia si quis in his permanet veniet ei timor dei.

¶ De penitentia.



Equisiuit quidā frater abbatē Pimeniuz dicēs. Quid est penitentia: cui Senex rñdit. Penitētia pctōꝝ est vlterius nō peccare. Hec enī vox ad hominē semꝑ clamat vsqꝫ ad vltimā respirationē. Hodie ꝯuertimini ne vobis repentina mors tanꝙ fur superueniat.

¶ Abbas pimeni⁹ dixit cū gemitu. Oēs virtutes ingresse sunt in cellā meam preter vnam virtutem: et ex eius labore stat homo. Interrogauerūt eum fratres que est ista virtus abba. Respondit Senex vt semper seipsum reprehendat homo.

¶ Quomodo per penitentiam vno die potest homo reconciliari deo.



Uidam ex patrib⁹ de aliquo referebat epō: eo ꝙ audisset duos ex plebe sua viros nimie impuritatis ꝛ adulteros. Rogauit ergo deum vt si ita esset agnosceret. Cū ergo post oblationē ꝯsecratā vnusquisqꝫ ad cōionem accederet: per singloꝝ facies intelligebat ꝛ aīos. peccatoꝝ enī facies nigras inspiciebat: vt carbones ꝛ oclos sanguine repletos: alios vero vidit clara facie ꝛ vestib⁹ albis indutos: cū aūt corpus dñi suscepissent in quorūdam vultib⁹ lumē: in quorūdam vero flāma videbat. Ut aūt agnosceret de illis quorū crimē audierat cōionē illis porrexit: ꝛ vidit vnū ex illis clara facie ꝛ honorabili: albisqꝫ vestib⁹ circundatū: alterū vero nigrū ꝛ horribili vultu. Et postꝙ diuini mysterij grām susceperūt vnū lux quedā illustrauit. alterum aūt quasi flāma succēdit. Orauit ergo episcop⁹ deū de singulis que ei ostēsa fuerāt se edoceri. Astās aūt angelus dñi dixit ad eum. Oīa que de istis audisti vera sunt. Sꝫ ille vnus in sordibus suis adhuc permanet ꝛ in voluntate peccādi: ideo illū nigra facie ꝛ flāma succēdi vidisti. Ille aūt alter similis illi quidem erat sicut audieras: sed ideo illū clara facie illustrari vidisti qꝛ recordat⁹ eorū que prius fecerat: ꝛ abrenūcians illis malis operibus cū lachrymis ꝛ gemitibus dei mīam postulabat: promittēs vt si preterita illi fuissent dimissa pctā: vlteri⁹ ad eadem nō rediret: ꝛ ideo prioribus criminibus deletis ad hāc gratiā quā vidisti puenit. Cū aūt episcopus de gratia dei miraret eo ꝙ nō solū de tormētis tā turpis vite hoīem liberū statuerit: sed ꝛ tāto honore decorauerit. Rñdit angelus. Bene miraris: homo enī est. Nam dñs noster ac vester naturaliter bonus ꝛ humanus est cessantibus a peccatis: ꝛ penitentibus in confessione: qꝛ nō soluz tormēta dimittit: sꝫ ꝛ honore efficit dignos. Sic enī deus dilexit hoīes: vt vnigenitū suum daret pro peccatorib⁹ ꝛ ꝓ ipsis ad mortem destinaret. Qui ergo cum inimici eius essent mori pro ipsis elegit: quanto magis miseretur eorū cum illius proprij sint. Hoc ergo scias: qꝛ nulla peccata hominū dei bonitatē vincūt: si tantūmodo per penitentiam vnusquisqꝫ que prius fecerat aboleuerit mala. Misericors est enī deus ꝛ infirmitatē generis humani scit ꝛ passionum fortitudinem ꝛ diaboli virtutē vel malitiā ꝛ cadētibus quidē hoībus in peccatū tanꝙ filijs indulgēs expectat emēdationē: penitētibus vero tanꝙ languidis cōpatitur ꝛ miseretur ꝛ mox soluēs peccata eoꝝ iustorum illis etiā premia tribuit. Audiens autem epūs miratus est nimis: ꝛ glorificauit deum. manifestans omnibus que facta sunt.

¶ De eodem.



Abbas Paulus simplex habebat hanc gratiā: vt ingredientes in ecclesiā senex aspiciēs: ex ipsa facie eorum vniuscuiusqꝫ cogitationes siue male siue bone essent sentiret. Cum ergo aliquando venissent ad ecclesiā vidit eos clara facie ꝛ leto animo ingredi: ꝛ angelos eorum cū gaudio pariter euz ipsis. Unum autē vidit nigrū ꝛ nebulosum habentem corpus: ꝛ demones hinc atqꝫ inde trahentes euz ad se: misso freno in naribus eius: ꝛ angelum sanctum eius de longe sequentem tristem. Beatus ergo Paulus cepit flere amarissime ꝛ pectus suum tondere sedens ante ecclesiam propter eum quem talem aspexerat: omnes autem alij senes videntes eū sic flentē ceperunt rogare vt si quid in illis vidisset manifestaret: aut cum illis ingrederetur in congregationeꝫ. Ille autem noluit ingredi: sed semper flebat propter eum quem sic viderat. post paululum autem cum absoluta cōgregatiōe discederēt iterū oīm vult⁹ circūspiciebat si tales egrederentur quales ingressi sunt. Et vidit quē illū aū viderat nigrū ꝛ nebulosuꝫ egressū clara facie: ꝛ candido corpore demones de longe sequentes eum: sanctum autem angelum eius prope eum hylarem: ꝛ gaudentem super eum nimis. Tunc sanctus paulus exurgens cum gaudio vociferabatur benedicens deum ac dicens. Quanta misericordia ꝛ benignitas dei: ꝛ quanta miseratio eius est. Et ascendens in altiori loco voce magna dicebat. Uenite ꝛ videte opera dei venite ꝛ videte quemadmodū omnes homines saluos vult fieri. ꝛ ad agnitionem veritatis venire. Uenite adoremus eum dicentes: quia tu solus potes peccata dimittere. Cum autem omnes conuenissent exposuit eis Paulus que vidisset anteꝙ ingrederentur in ecclesiam: et que postea ꝛ petebat illum fratrem quem sic viderat: vt ei manifestaret cogitationes et actus suos: vel quemadmodum tantam commutationem illi deus donasset. Ille vero ante omnes cepit referre dicēs. Ego homo sum peccator. ꝛ multis temporibus semper fornicationi fui deditus. Ingressus autem nunc in ecclesiam dei audiui verba que locutus est dominus per Esaiam prophetam dicens. Mundi estote: et tollite malitias de manibus vestris: ante conspectum oculorum meorū. Discite benefacere querite iudicium. Et si fuerint peccata vestra vt coccinum: vt nix dealbabūtur: si volueritis ꝛ audieritis me bona terre comedetis. Ego enim fornicator compunctus in hoc sermone prophete: ꝛ ingemiscēs intra pect⁹ meum dixi ad dñm. Dñe tu es qui venisti saluare peccatores. Hec ergo que nunc per prophetā ꝓmisisti, ope comple in me indigno ꝛ pctōre. Ecce enī ammodo ꝯfiteor tibi ꝛ promitto ex toto corde: qꝛ vlteri⁹ hoc malū non faciam: sed renuntio omni iniustitie: ꝛ ammodo tibi seruio in cō

tia mũda. Ab hodie ergo dñe ꝛ ab hac hora susci pe me penitentem ꝛ adorãtẽ: ꝛ renũciãtẽ oĩbus peccatis. Iuraui et statui apud me seruare oẽs iustificationes tuas. Sub hac sponsione egressus sum de ecclesia statuens apud me nihil de prioribus peccatis vlterius facere. Quod cum audissent omnes clamauerũt vna voce ad dñm dicẽtes. Quã magnificata sunt opa tua dñe: oĩa in sapientia fecisti.

¶ Quia ꝛ in ꝓposito penitentie si trãseat homo tamen suscipiatur.


VEnit quidã frater ad abbatem Pimenion dicens: ꝙ grauem tribulationem passus esset. Dixit ei Senex. Fuge de loco illo: ꝙtium tribus diebus ꝛ trib⁹ noctibus ambulare potes: ꝛ fac annum integrum ieiunãs vsqꝫ ad noctem. Cui ille. Si mortuus fuero anteꝙ vnus annus transeat: quid de me fiet? Dixit abbas Pimenion. Confido in deum qꝛ si: in cuz tali ꝓposito a me fueris egressus: vt hoc facias etiam si mox mortuus fueris cum desiderio bono suscipietur penitentia tua apud deuz. ¶ Quidam frater sedebat in cella sua in egypto in magna humilitate precipuus: et habebat sororem in ciuitate meretricem que multis animabus perditio fuerat. Frequenter autem insultabant senes fratri illi: ꝛ vix potuerunt persuadere illi: vt veniret ad illam: quatenus per admonitionem eius posset peccatum quod per eam fiebat euincere: cum ergo venisset ad locum quidaz ex notis eius: videns eum precessit ꝛ nuntiauit illi dicens. Ecce frater tuus venit ad te. Illa autem pre gaudio relictis amatoribus suis quibus ministrabat capite discooperto ad occurrendum fratri egressa est: dum ergo tentaret eum amplecti dixit ei. Soror mea charissima parce anime tue quoniam propter te multi pereunt ꝛ quemadmodum poteris sufferre amara illa et eterna tormenta. Illa autem contremiscens dixit ad eum. Scis frater quia est mihi salus vel ammodo. cui ille. Si volueris est salus. Illa autem iactans se ad pedes fratris: petebat vt eam secum duceret in desertum. Cui frater. Uade cooperi caput tuum et sequere me. Cui illa. Eamus: opz me enim deformari inter homines nudo capite deambulantem ꝙ in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum vero pariter ambularent: monebat eam ad penitentiam. Uidens autem quia quidam obularent sibi dixit ei. Quoniã nõ oẽs sciunt qꝺ soror mea es parum de via secede donec transeant. Et postea transgressis illis: vocauit eam ꝛ dixit. Eamus soror viam nostram illa autem non respondente: perquirens inuenit eã mortuam: ꝛ vestigia pedum eius sanguine plena. erat enim discalciata. cum autem senibus renunciasset factum: contendebant inter se de salute eius. Manifestauit autem deus vni seni de ipsa: eo ꝙ nulla cura fuit illi in itinere de corporali vsu: sed vulnus proprium neglexit: et suspirauit in tam grandi perditione: ideo pro deuotione cordis eius suscepit deus penitentiam eius.

¶ De impugnatione demonum.



Uidam frater requisiuit a Sene dicens. Cur abbas a demonibus impugnamur? Rñdit Senex. qm̃ arma nostra abiecimus. i. penitentiaz humilitatem obedientiam et penuriã. ¶ Frater quidam abbatem Syloꝝ requisiuit dicens. Putas abba si modo persequitur nos diabolus: sicut antiquos? Rñdit. magis modo hoĩes nostre etatis persequit: qꝛ appropinquant genera penarũ vbi ille cũ legionibus suis angustiatur duz scit stagnũ vbi in igne et sulphure arsurus erit ideo hoĩbus, infestatur nec tñ infirmos quosqꝫ dignatur appetere quos vbi voluerit cito subuertit: sed fortes magis ac magnos supplantare per diuersa precipitia aggreditur. ¶ Abbas Pimenius requisiuit abbatem Abraã Quẽadmodum nos demones impugnant. Ait senex. demones nobiscum non pugnant: qꝛ voluntates eorum facimus: sed nostre nobis voluntates demones facti sunt ꝛ tribulãt nos. vnde Apls: caro concupiscit aduersus spiritũ. spũs autem aduersus carnem ꝛ nõ queciqꝫ vultis illa faciatis. Nam vis scire cũ quibus demones pugnauerũt cũ abbate Moyse: ꝛ filiibus ei⁹ nos añt voluntates cordis nostri impugnant. ¶ Quidã frater reqsiuit abbatem Achilem quẽadmodum aduersum nos possunt demones? Rñdit senex Per volũtates nostras. Et adiecit dicens. Ligna libani dixerunt: ꝙ grãdia sumus et alta ꝛ paruissimo ferramento incidimur? Nihil ergo ei demus ex nobis: ꝛ nos nõ poterit incidere. Uenerunt ergo hoĩes ꝛ fecerunt in securi manubrium ex ipsis lignis: ꝛ ita inciderũt. Ligna ergo sunt anime secur. e diabolus manubriũ voluntas nostra est. Per malas ergo voluntates nostras incidimur.

¶ Qualiter hõ in se mortificare vitia põt.



Uidam frater requisiuit abbatem moysen dicens. Quõ põt se hõ mortificare: Dixit ei senex nisi quis arbitratus fuerit se habere iam triennium in sepulchro ad hunc sermonem peruenire non potest. Abbas Pimenius dixit. Ille monachus põt tanꝙ mortuus huic seculo esse qui duas res horruerit. i. carnis sue requiem ꝛ vanã gloriã. Senex qdam dixit. Tunc erit monachus liber ab oĩbus cum in opere tñ intẽtus est bono qñ eñ bona opera exercet: veniẽs diabolus locũ nõ inuenit ꝛ discedit. Si añt malum opus exercet veniens frequẽter et impugnat eum et in deteriora subuertit. ¶ B. Antonius monebat discipulum suũ dicẽs horre ventrẽ tuum: ꝛ necessitates hui⁹ seculi, et cõcupiscentiã malã: ꝛ honorem tanꝙ absens de hoc seculo et requiem possidebis.

¶ De perseuerantia.



Bbas antonius dixit monachus si paucis diebus laborat et iterũ relaxatur ꝛ rursus laborat ꝛ inde neglexit hic nihil agit nec patientie perseuerantiam possidebit. Dixit senex. Quid est opus incipere artificiuz si non discat perficere illud. Nihil est ergo qꝺ incipitur ꝛ nõ perficitur.


¶ De labore sanctorum.


Uidam Senex dixit vsq tunc laboret hō vsqueq possideat xpm qui aūt semel illū adept' fuerit iam nō periclitatur: permittitur tū laborare: vt rememorans tribulationē laboris vndiq semetipm custodiat timens ne tātos labores amittat. Nā et filios israel: ideo de' p desertū quadraginta annis circūduxit: vt rememorātes vie tribulationē nollent redire retrorsum. Quidā frater reqsiuit senem quēadmodū laborāt postulātes de remissione pctōrū. rūdit senex. Anteq pueniat in eos grā q operetur p labore ipsoꝝ: ipsi pallidi et i labore sūt sup qs vo ex poi patiētiā grā xpi puenit isti florēt et exultāt aīe eorū et facies eorū clara est sicut sol: cū nubes nō hz et lucet. Qn vo sol nube cooperitur pallescit sic tala qn passiones eā et tentationes obscurant. Que aūt p grāz dei mūdata est: ita fulget sicut scriptū est. Magna est gloria eius in salutari tuo. Item dixit. Quāuis laborent hic scti viri tū et aliquē requiem possidēt qm liberi sunt a cogitationibus hui' mūdi. ¶ Quidā frater requisiuit a sene dicens. Quēadmodū nūc laborātes in cōuersationibus viri: nō accipiūt grām sicut antiq. Ait ei senex. Tunc erat charitas et vnusquisq proximū suū sursum trahebat nūc vo postq charitas refriguit singuli pximos suos in inferiora dedacunt: et ideo gratiam dei nō merentur.


¶ De exhortatione doctrine.


Interroganti cuidā abbatem Pimentionē de duritia cordis. Rūdit Senex dicēs ¶ Natura aq mollis est et lapidis dura. Si aūt frequēter aq stillat sup lapidē stillando pforat illū. Sic et vbū dei dulce et molle est: nostrū aūt cor durū. hō ergo audiēs frequēter aut meditās verbū dei dat locū timori dei ingredi in eum.

¶ De curiositate vitāda.


Senex qdā dixit. Nō opz monachū requirere qualiter sit ille aut quēadmodum: ille qz p interrogationem abstrahitur ab ōone in detractiones et vbositates. Unde nihil meli' est q tacere. Frater quidā requisiuit a Sene dicēs. Si venerit frater aliquis sermones mihi de foris inferēs alienos nubes vt dicā illi quaten' mihi illos nō afferat. Ait senex. Nihil dicas: qz nec potuimus obseruare. Cauendum est ergo ne forte dicentes proximo: hoc ne facias: nos idem vel peiora postea faciamus. Cui frater. Quid ergo opz facere. Et senex. Si voluerimus indi tacere exēplum solum sufficit proximo.

¶ De cōtentione vitāda.


Uidam Senex dixit. Si qs tecum aut de scripturis aut de quacūq cā locutus fuerit: ne cōtēdas cū eo sed siddem bñdicit consenti ei. Si vero male: dic illi. Tu scis qdo loqueris. Ait apostolus. Noli contendere verbis. Hec obseruans et humilitatem possidebis: et odium vitabis. Nam si persistas contendens et vis defendere sermonez tuum nascitur inde scādalum. Frequenter ergo dum laudas alterum: fit etiam ex iustificatione contentio. De quacūq autem re si grauiter contenderis non paruaz noxietatez sentiens et nullomodo requiem possidebis. Magis stude silentium: et de nullo esse solicitus. Attēde meditationi tue: cum timore dei exurgēs tam mane q vespere et impetum inimicorum non timebis.

¶ De silentio.


Eatus Antonius discipulo suo solebat dicere. Si affectaueris silentium: ne arbitreris te exercere virtutem sed indignum te proloqui cōfitere. ¶ Cum quidam frater abbati Sysoy dixisset: volo aīam meam saluare: rūdit. Qua rōne possumus animam nostram saluare: cum lingua nostra aperto ostio sepe prosiliat. ¶ Quidam frater interrogauit senem dicens. Usquequo obseruandum est silentium pater. Respondit senex. Usquequo interrogaueris in omni enim loco si tacitus fueris: requiem possidebis. Dixit senex. Peregrinatio est tacere. Dixit quidam senex. Peregrinatio q propter deum fit bona est: si habuerit et silentium: nam fiducia non est iam peregrinatio. ¶ Abbas Arsenius solebat dicere. Peregrin' monachus in aliena terra nullius cause mediator accedat et quietem poterit adipisci. Abbas Ampo dicebat. Sicut apis quocunq vadit mel operatur: ita et monachus quocūq pergit si pter opus dei perrexerit: dulcedinem bonorū actuuz potest afferre.

¶ De fugiendo clericatus honorem.


Abbas Theodorus dum esset in scithi diaconus ordinatus nullaten' permanere acquiescebat. sed multis locis fugiebat. Et iterū senes reducebant eum dicentes. Ne derelinquas locum tuum. Quibus ille ait. Permittite me deprecari deum si me iubet ministrare in loco meo. et orauit sic: domine si voluntas tua est vt in ordinatione mea persistam ostende mihi. Et ostensa est illi columna ignea a terra vsq ad celū pertingens: et vox ad eū. Theodore: si potest fieri sicut columna ista: vade et ministra. Sufficit qd leuitis et sacerdotibus per Moysen dictum est vt mundo corde et corpore: innoxiis manibus et vestimento mundissimo pro filiis israel offerrent sacrificia. quod ille audiens vltra nullatenus acquieuit. Sed cū venisset in ecclesiam deprecabantur eum: vt si non ministraret vel calicem teneret. Qui nō acquieuit dicens. Si mihi de hac re amplius verbum feceritis discedo hinc et sic eum dimiserunt.
¶ Abbas Isaac audiens quia presbyterum euz patres volebant facere in scithi fugit in egyptum. Et ingressus in agrum latuit inter herbas. Contigit autem vt patres qui sequebantur eum in eodem agro requiescerent qz iam nox erat: et dimiserunt asinum vt pasceretur. Ille autem puenit pascendo ad locum vbi latebat abbas Isaac. Et mane facto querentes asinum inuenerunt: et senem. et mirati sunt. Cum autem

vellent eum litigare dicit eis. Iā nō fugio: quia scio ex iussione dei esse: τ quocūq̧ fugero ad hoc peruēturus sum. ¶ Abbas motoys venit aliqñ de loco q̄vocat̄ ragita in ptibus gebilonis. Erat aūt cū eo etiā discipulus ei⁹. Vidēs aūt illū ep̄s illius loci tenēs eū inuitū presbyterū fecit. Et dū pariter comederēt dixit ei ep̄s. Indulge mihi abba. Scio enī q̄ hunc honorē nolebas: sed ego a te bñdici desiderās hoc facere presumpsi: cui senex pro humilitate ait. Et mea cogitatio parū volebat sed ī hoc laboro q̄ diuidi habeo a fratre qui mecum est: τ solus non sufficio orationes meas implere. Dixitq̧ ei ep̄s. Si scis eū dignū ordinabo et ego illū. Rñdit abbas motoys Siquidē dignus sit nescio vnū tñ scio q̄ melior est me. Ordinauit aūt illū. Vterq̧ tñ ita pmāserunt vsq̧ ad finem suū vt ad altare xp̄i ad oblationē sacrādā nunq̄ accederēt. Vnde dicebat senex. Cōfido in deū meū: q̄ nō habeo grande iudicium propter ordinationem hanc: q̄ oblationem offerre non presumpsi: nam ordinatio illorum est: qui sine culpa sunt iusti et immaculati: ego autem me bene cognosco.

¶ De eremo τ quare fugerunt in solitudinem.



Abbas arsenius ab abbate Marco requisitus est aliqñ cur fugeret homines. At ille respondit. Scit de⁹ q̄ diligo hoīes sed cum deo pariter τ hoībus esse nō possum. Supne eñi multitudines ac virtutes vni⁹ sunt voluntatis hoīes vero τ multas habent voluntates et varias: τ ob hoc deum relinquere τ cū hominibus esse non possum. ¶ Quidā fratres dum lignum ex thebaida pergerent comparare dixerunt per occasionem beatum Arsenium videamus. Quod cum daniel discipulus eius ei nuntiasset precepit pro qua causa illic aduenissent de alexandria ab eis inquireret. Cum ergo nunciasset q̄ propter lignum pergerent comparandum respondit Arsenius. Ergo faciem meā nō videbunt: q̄ non propter me sed propter suū opus aduenerunt. Vade itaq̧ τ susceptis eis fac obsequium: τ dimitte eos dicēs. Quia senex nō potest vobis occurrere. ¶ Abbas Bisarion dum deambularet cum discipulo suo per eremum venerunt ad quandam speluncam. Et ingressi ibi inuenerunt fratrem sedentem et funiculum operantem qui neq̧ respexit in eos: neq̧ salutauit eos neq̧ aliquid locutus est eis. Dixit ergo abbas Bisarion ad discipulum suum. Eamus hinc: q̄ non vult hic senex loqui nobiscum τ profecti sunt ad Ioannem abbatem. Cum autem reuerterentur venerunt ad eandem speluncam. et dixit abbas bisarion. Ingrediamur iterum ad hunc fratrem si forte vel modo persuadeat illi deus vt loquatur nobiscum. Et cū ingressi fuissent inuenerunt eum mortuum. Et dixit discipulo suo. Veni frater cōponamus illū q̄ ppter eū deus huc trāsmisit nos. Cū aūt sepelirēt eū inuenerunt q̄ mulier esset τ admirati sunt τ dixerūt Quia magna misericordia dñi est q̄ τ mulieres colluctant̄ τ vincunt demonia. Et glorificantes deū q̄ est protector oīm ad propria redierūt narrantes que viderant.

¶ Que sit obseruantia eremite.



Abbas Moyses ad solitarios solebat proferre sermonem dicēs quatuor sunt principalia obseruantie: id est tacendi: seruādi mandata dei: humiliandi semetipsū: τ angustia paupertatis tres autem has virtutes homo difficile possidet vt semper lugeat. et semper suorum memor sit peccatorum et omni hora ponat sibi pre oculis mortem Beatus Antonius solebat dicere: Patres antiqui egressi sunt in desertum: τ ipsi sani effecti: facti sunt medici: et reuersi alios sanauerunt ex nobis autē si quem egredi contigerit in desertum anteq̄ ipsi sanemur: curam aliis adhibemus τ reuerit̄ ad nos infirmitas nostra τ fiunt vltima nostra peiora prioribus: propter quod dicit̄ nobis. O medice p̄mus tibi curam impende.

¶ Qui sunt similes vnius meriti fratres.



Quidam frater interrogauit Pimenionē abbatē dicens. Qui sunt vni⁹ meriti fratres. Rñdit senex. Si fuerint tres simul vnus quidem in omni verbo vel opere quiescens alter autem infirmans et gratias agens tertius vero cum munda conscientia illis obsequium faciēs hi tres vnius meriti sunt. ¶ Dixit senex. Iniuriare aut mentiri aut piurare alienū a xp̄o est. Per has quatuor res anima maculat̄ id est si amicitiam quis cū potentibus habuerit concupiscentias carnales sindens: vel si de proximo suo detractauerit aut si p ciuitatem ambulans oculos suos non custodierit τ si quācunq̧ notitiā cum muliere habuerit. ¶ Beatus Arsenius referebat q̄ cū in propria cella resideret vocem sibi audierat dicentem vt egrederet̄ foras ꝓpter opera manuum cōtēplanda. Et egressus vidit hoīem quēdam aquā de puteo haurientem atq̧ in vas perforatum mittentē et aqua egrediens refundebat̄ in puteū Et iterū parum progressus vidit ethiopē ex lignis a se concisis sarcinā facientē quā cū temptasset: τ importabilē sensisset: alia iterū ligna sup ea cōgessit similiterq̧ tentans cū nec mouere potuisset: tñ alia addens ligna nō destitit. Et iterū progressus Arsenius vidit ante portam ciuitatis duos iuuenes sedētes in equis q̄ lignū trāsuersum portātes ingredi non poterant ciuitatem. Lignū eñi qd̄ ab eis portabatur nō eos permittebat intrare: nec sed vel humiliare alteri alter non sinebat τ ita foris ciuitatē vterq̧ remanserūt. Ille xp̄o q̄ hoc sancto arsenio in spiritu ostendebat dixit ei. Hunc quē prius vidisti aquam de puteo haurire: τ de vase perforato rursum in puteū fundere similitudo est hoīs facientis elemosynam q̄ bonū opus imitat̄ efficere: sed q̄ in aliis operib⁹ sepe cōmittit iniqtatē ꝓpter hec mala illud parum boni se coinquinans pdit. Illū aūt quē vidisti ligna cōcidere τ graue sarcinā addidisse faceręq̧ grauiorē: homo est in peccatis plurimis constitutus q̄ post penitentiā aliud sup peccatis suis onus augmentat. Hos vero quos trāsuerso ligno tenētes ciuitatem non posse ingredi conspexisti: isti sunt qui iugum miserabile videntur ferre superbie: et alter alteri se humiliare noluerunt: vt per hoc emendati viam christi humilem seque-

t iij

rentur: atq3 ideo extra regnū dei tam hi q̄ illi remāserūt. ¶ Interrogauit frater abbatē Sysoyū dicens. Dimissa est mihi hereditas a parentib⁹ meis. quid faciam de illis. Respondit senex. Si dixero da illam ecclesiam clericis illi epulantur ex ipsa. Si dixero da illam consanguineis tuis: nullam habebis mercedem. Si ergo vis implere mandatum diuinum da hanc pauperibus et egenis: ꝛ perfectus eris.

¶ Temporalis profectus derelinquendus est propter amorem charitatis.

Abbas Sysoys dixit. Cū fuissem aliqū in mercato: et sporteilas meas fratri venderem: videns quia iracūdia approximabat mihi: dimisi vascula mea fugiens. ¶ Dixit abbas Joannes. Ascenderam aliquando per viam eremi in scithia texens plectam: et audiui camellarium loquentem sermones varios. Et ne forte irascerer dimisi plectam meam ꝛ fugi. ¶ Interrogauit frater abbatem pimenionem dicens. Quid est quod dominus dixit maiorem charitatem nemo habet q̄ vt animam suam ponat quis ꝓ amicis suis quomodo hoc facit. Respondit senex. Si quis audit verbum malum a proximo suo: ꝛ dum possit similia respondere pugnat tamen in corde suo portare laborem ꝛ vim sibi facit ne respōdeat malū vt contristet illum: hic talis animā3 suam ponit ꝓ amico suo. ¶ Abbas macharius dixit. Si reminiscimur maiorū que ab hominibus patimur. perdimus memorie virtutem. Item dixit: si aute3 recolimus maiorum que nobis a demonibus mittuntur sine perturbatione erimus scientes q̄ ab initio bona deus creauit diabolus vero mala superseminauit. En sunt perditiones innumere. Et addidit, dicens. culpa est monachi: si lesus a fratribus primus in charitate purgato corde non occurrit. Nam sunamitis non meruisset recipere Helyseum prophetam in domum suam nisi q̄ cu3 nullo alio habuit causam. Sunamitis eñ in persona est anime. Helyseus vero in persona spiritussancti figuratur: q̄ nisi pura sit anima: nō meretur suscipere spiritum dei. Ita ira inueterata excecat oculos cordis: ꝛ animam excludit ab oratione.

¶ Quid lamentatio vel paupertas que fit ꝓpter deum operetur.

Sanctum Antonium requisiuit frater dicens. Quid faciam pro peccatis meis? Respondit. Qui vult liberari a peccato fletu in plāctu liberabitur ab eis: ꝛ qui vult edificari in virtutibus per fletum lachrymaru3 edificatur. Ipsa laudatio psalmorum planctus est Memento exemplum Ezechie regis iude sicut scriptum est per esaiam prophetam: qui flēdo non solum sanitatem recepit: sed etiam per xv. annos augmentum vite promeruit ꝛ superuenientis hostis exercitium videlicet centum ꝛ octoginta quinq3 milia: per lachrymarum eius rigationem virtus domini in mortem prostrauit. Sanctus petrus apostolus flēdo recepit qd̄ in christum negando commiserat. Maria cum lachrymis rigauit pedes dñi meruit audire optimam partem elegisse. Ipse est timor sanctus permanens in seculum seculi. ¶ Beatus machari⁹ dixit. In veritate si facta est monacho despectio quasi laus paupertas sicut diuitie inopia sicut epule: nū q̄ moritur. Impossibile est bene credētem ꝛ pie colentem deū cadere in possessionē immundam ꝛ in errorem demonum.

¶ In hac vita homo requiem inuenire non potest.



Abbatem sysoyū requisiuit frater post q̄ tū tempus d3 homo a se abscindere passiones. Respōdit. Scriptū est in euangelio: q̄ peccatores deus non audit sed qui cultor dei est et voluntate3 facit. Ideo cū venerit impugnatio abscinde illa3: q̄ fragilis est anima. Ante armetur q̄ a peccatis inquinetur. ¶ Abbatem pimenionem interrogauit frater. Quid faciā q̄ cōturbant me cogitationes sedētē in cella? Rñdit: Neminē despicias: nullū dāpnes: de nullo male loquaris et deus dabit tibi requiem ꝛ statuet sessionē tuā sine cōturbatione. Custodiā eiū seniorū: ꝛ quietē ipsorum considera. Meditare in diuinis officijs: ꝛ scias horas canonicas die ac nocte. Timor dñi non discedat a corde tuo: et non glorieris neq3 te estimes cu3 iustis ꝛ ex omni virtute tua custodi: vt nō facias propriā voluntatē. ¶ Idem dixit sicut ad succensam ollam musce no appropinquant: si vero tepida fuerit incidunt in eam: ꝛ faciunt vermes: ita ꝛ monachu3 succensum igne diuini spūs demones fugiunt tepidū vo illudunt ꝛ insequunt.

¶ Unde vitia oriuntur.



Sanctum Antonium requisiuit frater. Quomodo deus repromittit bona anime per assiduitatem scripturarū ꝛ nō vult anima in bonis ꝑmanere sed declinat ad trāsitoria caduca ꝛ immunda? Respondit ad hoc iungitur quod psalmista ait. Iniquitatem si cōspexi in corde meo nō exaudiet deus. Ignoras q̄ cū venter plen⁹ fuerit escis: statim ebulliūt magna vitia: q̄ saluator noster ꝑ euāgelium ꝓdixit. Nō coinquinat qd̄ in os intrat aīam hominis: sed de corde exeūt q̄ i interitū demergūt hoīem. Uide q̄d dixerit primum. Cogitationes male homicidia: adulteria fornicationes: furta: falsa testimonia: et blasphemie. Quia nec dū gustauit dulcedinem celestium: vt ex toto corde exquirat deum ideo ad immunda reuertit. Quis poterit recte dicere: vt iumentū factus sum apud te ꝛ ego semper tecum.

¶ Qualiter virtutes obtinere oportet.



Quendam senem requisiuit frater dicēs. Doce me pater ꝛ dixit ei: vade arma tibi ipse vim facere. Euagina gladiū tuum et exi in bellū. Dixit ei frater non me permittunt cogitationes. Respondit senex. Scriptu3 est. Inuoca me in die tribulationis tue eripiā te ꝛ glorificabis me. I

ca ergo deũ ⁊ eripiet te. ¶ Perrexerunt duo fratres ad vnũ senẽ sanctũ in scithia sedentẽ singularẽ. dixitq; vnus ex illis. Abba om̃e vetus ⁊ nouum testamẽtũ memoriter didici. Dixit ei senex impleſti aerem verbis. Et alter dixit. Ego vetus ⁊ nouum testamentũ totũ scripsi ⁊ penes me habeo. Et huic r̃ndit: ⁊ tu impleſti fenestras tuas cartis. An ignoratis que deus dixit. Regnũ dei non est in sermone: sed in virtute. Et iterũ. Nõ auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Inquirebant ergo ab eo viam salutis. Ille autem dixit eis. Initiũ sapiẽtie timor dñi ⁊ humilitas cũ patiẽtia. Quibus his insertis vel his vtentibus pauca sufficiunt.

¶ Quomodo in cenobijs viuendum sit.



Cum quidã adolescens frater abbatẽ agathonem requireret dicẽs volo permanere cum fratribꝰ. Dic mihi quomodo habitem cũ ipsis. Respondit ei senex. Obserua pre omnibus hoc vt qualia primo die ingrediens apud ipsos talia reliquũ peragas tẽpus ⁊ cũ quiete adimpleas peregrinationẽ tuã. Custodi enim nequando fiduciã loquendi assumas dicente apostolo. Nemo militans christo implicat se negocijs secularibus. ¶ Item dixit Agathon. Si habitas cũ proximo tuo sicut columna lapidea que si iniuriatur non irascitur si glorificatur nõ extollitur. ¶ Abbas Pimenius ad abbatẽ Nesterionẽ sedentem in cenobio requisiuit dicens. Unde adeptus es hanc virtutẽ frater: vt quotiescunq; tribulatio cõtigit in cenobio: neq; loquaris neq; mediator accedas. Et cum nollet dicere postea cõpulsus a sene dixit. Indulge mihi abba: quia in principio quando ingressus sum dixi cogitationi mee. Ecce tu ⁊ hic asinus vnꝰ estis. Sicut enĩ hic asinus vapulat ⁊ nõ loquitur iniuriatur ⁊ nihil respondet ita ergo esto ⁊ tu: iuxtã sic dicit ⁊ psalmista. Ut iumentũ factus sum apud te: ⁊ ego semper tecũ. ¶ Cũ aliquando genus mazicorũ in scithia superueniens multos ex patribus occidisset abbas Pimenius vna cũ alio patre seniore nomine Anub ⁊ cũ alijs quinq; patribus fugiens inde venit in locũ qui dicitur therenuthi: ⁊ inuenerunt ibi tẽplũ antiquũ desertũ ⁊ manserunt in eo hi septẽ pariter donec cognoscerent vbi vnusq̃sq; in egypto mansurus esset: decreuerunt aũt inter se dicentes. Septimana hac vnusq̃sq; requiescat apud se ⁊ alter ad alterũ nõ loquatur. Cũ aũt id facerẽt erat in templo illo statua cuiusdã idoli. Abbas vero Anub exurgens mane lapidabat eã in facie ⁊ vespere veniens dicebat ad eã peccaui indulge mihi: ⁊ sic fecit p totam ebdomadã: die aũt sabbati cũ venissent pariter dixit ei abbas Pimenĩꝰ. Quid voluisti hoc tota ebdomada facere vt hõ fidelis diceres idolo indulge mihi. Dixit ei senex Anub. Hoc ego propter vos feci. Dicite mihi: nũquid qñ hoc idolum lapidabã: locutũ est aut iratũ: aut qñ indulgentiam petebã: nunq̃d exaltauit se aut gloriatum est. Cui abbas Pimenius respondit. Non vtiq;. Tũc dixit senex. Ecce fratres septẽ sumus si vultis ergo pariter manere: vt lucrum anime faciamus sit idolum nobis istud in exemplũ: ne quando iniuriatus aliquis irascatur ne quando ab eo venia petitur glorietur aut extollatur. Si autem ita no vultis: vnusquisq; vadat quo vult. At illi proijcientes se in terram spoponderunt se ita facturos et sic permanserunt per multos annos cum magna humilitate ⁊ abstinẽtia vnũ ex ipsis facientes dispensatorem. Et erat eis perfectio ⁊ vnum desideriũ: ⁊ quicq̃d positũ esset in mensa hoc reficiebant: nullo dicente affer nobis illud aut istud nolo comedere. Quatuor siquidẽ horas dormiebãt in nocte ⁊ quatuor psallebãt: ⁊ quatuor operabant. In die vero per interualla horarum officijs diuinis insistebant operantes ⁊ legentes ⁊ findentes folia palmarũ vsq; ad horam nonam. Post hoc vero victum sibi preparabant colligentes quasdam herbas terre.

¶ Que sit obseruantia spiritualis discipline.



Quidam frater requisiuit sanctũ Serapionem abbatem habentẽ sub regimine suo decẽ milia monachorũ dicens. Alij fratres de cenobio elegerunt me vt ego illis precipiã: ostẽdis mihi quomodo iubeo. respondit Serapion. Durum est meum fortasse imperium. Nam dominus noster iesus xp̃s per euangeliũ suum instruit dicens. Si diligitis me mandata mea seruate. Et cum discipuli de primatu inter se disceptarẽt quis esset senior: ait ad eos. Si quis voluerit inter vos maior fieri: erit vester minister ⁊ quicunq; voluerit in vobis prior esse erit omnium seruus. Petrus apostolus in epistola sua monet pastores: pascite qui in vobis est gregem dei: nec compulsione sed voluntarie secundũ deum: neq; in turpe lucrum: sed forma estote gregis vt cum apparuerit princeps pastorum percipiatis immarcessibilem eterne glorie coronam. Ita facito prius quod precipis vt non tantum illis precepta sed formulam prebeas: vt tua imitentur exempla. Ne sis mercenarius ⁊c. sed pastor ouium: quia saluator noster beatum dixit quem constituit super familiam suam: vt det illis cibũ in tempore. ¶ Interrogauit abbas moyses abbatem siluanum dicens. Potest homo per singulos dies apprehendere conuersationis initiũ. Respondit oportet enim apprehendere vnumquenq; aliud ex omnibus. Surgens mane sumat initium sapientie in omni virtute ⁊ in omni mandato dei in magna patiẽtia ⁊ lõganimitate ⁊ charitate dei ⁊ xp̃i humilitate anime et corporis, in multa sustẽtatione ⁊ cõmemoratiõe celle in oratione ⁊ deprecatiõe cũ gemitu cũ puritate cordis ⁊ oculorum ⁊ custodia lingue ac sermonum in abrenuntiatione rerum materialium: desideriorum carnis cruciationem habentes in certamine in continentia spirituali ⁊ agone pugne in penitentia ⁊ luctu: in simplicitate anime et taciturnitate: in ieiunijs et vigilijs nocturnis: in operatione manuum secundum quod dicit apostolus Paulus. ¶ Operantes manibus vestris in fame et siti: in frigore et nuditate: in laboribus et angustijs et persecutionibus: in foueis et speluncis et cauernis esto factor verbi ⁊ non auditor tantum operans talentum: indutum habens vestem nuptialem: firmatus su-

pra firmã petrã. Elecmosyna ⁊ fides nõ te dere-
linquãt. Cogitans esto omni die mortem vicinã
esse et quasi iã clausus in monumento nihil de
hoc seculo cures: qꝛ sollicitudo seculi ⁊ cupiditas
diuitiarum he sunt spine quas dñs cauere dixit
in euangelio qui bonũ semen suffocant. Inedia
escarum humilitas ⁊ luctus non recedãt a te: qꝛ
dominus dissipat ossa hominũ sibi placẽtiũ. Ti-
mor omni hora permaneat in te sicut scriptũ est:
propter timorem tuum domine in vtero cõcepi-
mus ⁊ doluimus ⁊ peperimus spiritũ salutis. Hec
ergo ⁊ si qua alia virtus inest his prospice: ⁊ ne
te extollas cũ magnis: aut iustum te existimes
sed te crede inferiorẽ esse totius creature: id est
viliorem quouis homine peccatore. Qui se exi-
stimat aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit.
Non iudices proximum neqꝫ despicias alienũ
delinquentẽ sed tua plange peccata: et de nullius
bonis actu solicitus sis. Esto mansuetus spiritu
⁊ non iracundus nihil in corde tuo: neqꝫ odium
neqꝫ contra inimicũ aliquid sine causa habeas
neqꝫ despicias eum in tribulatiõe eius neqꝫ red-
das malũ pro malo: sed esto pacificus cum omni-
bus hoc est vinculũ perfectionis. Non te credas
malum facienti: neqꝫ congaudeas ei qui fecit ꝓ-
ximo suo malum. Non detrahas alio: qꝛ deus iu-
dex ⁊ testis est in omnibus. Ne oderis aliquem
propter peccatum eius: quia scriptum est. Noli-
te iudicare vt non iudicemini. Dum aliũ arguis
vide ne peiora cõmittas non despicias peccantẽ
sed ora pro illo: vt deus illi det ꝯuersionẽ ad pe-
nitentiam ⁊ si audieris de aliquo quod agat ini-
qua: responde dicens. Nunquid ego horum sum
iudex: homo sum peccator mortuus sub peccatis
meis. Mortuus enim causam non habet curare
pro aliquo. Qui hec oĩa procurat ⁊ cogitat ope-
rarius est omnis iustitie. Dum de christo redem-
ptore nostro propheta denunciet dicẽs. Ego au-
tem sum vermis ⁊ non homo. Et alius propheta
Abachuc dicit. Lapis de pariete clamauit ⁊ sca-
rabeus de ligno loquitur nos vero dum in mul-
tis extollimur in multis supplantamur. Qui ve-
ro hec custodit viuit sub gratia ⁊ virtute domi-
ni nostri iesu christi.

¶ De meditationibus duodecim
anachoretarum.





Nachorete aliquãdo
sapientes sancti ⁊ spi-
rituales duodecim nu-
mero ꝯgregati in idip-
sum expetierunt a semetipsis di-
cere vnum quemqꝫ que emenda
uerit in cella sua: ⁊ quam medi-
tationem meditatus sit spiritua-
liter Et dixit primus qui ⁊ senior
eorum. Ego fratres ex quo cepi
quiescere totũ crucifixi meipsũ
his que extrinsecus sunt actionibus: reminiscẽs
quod scriptum est. Dirumpamus vincula eorum
⁊ proiciamus a nobis iugum ipsorum. Et velut
murum faciens inter animam ⁊ corporales actus
dixi in mente mea. Quemadmodum is qui intra
murum est stantem foris non videt sic nec tu ve-
lis exteriores actus aspicere: sed teipsum intue-
re sustinens quotidie spem dei. Sic autem habe

to malignas cogitationes aut malas concupiscẽ-
tias: sicut serpentis ⁊ scorpionum prolẽ. Si quã-
do autem eas in corde meo nasci sensero atten-
dens illas cum comminatione et ira arefacio
eas nec vnqꝫ cesso irascens corpori ⁊ menti mee
nequid prauum faciat. ¶ Secundus ait. Ego di-
xi ex quo renunciaui terre hodie renatus es: ho-
die cepisti seruire deo: hodie hic inhabitare cepi-
sti: sic esto quotidie peregrinus ⁊ crastino liberã-
dus hoc mihi quotidie consulebam. ¶ Alter di-
xit. Ego diluculo ascendo ad deum meum ⁊ ado-
rans illum. iactans me in faciem meam confitẽ-
do culpas meas: ⁊ sic descendẽs adoro angelos
dei rogans illos supplicare deo pro me et omnẽ
creaturam. Et cum ista adimpleuero vado ad a-
byssum: ⁊ quid iudei faciunt hierosolymis cun-
tes concidentes se ⁊ lachrymantes ac lugentes
casum patrum suorum. Hoc ergo circuens ⁊ ex-
pectans propria membra tormentis subdita et
cum plorantibus ploro. ¶ Quartus ait ego sic
sum ac si in monte oliuarum sedeam cum domi-
no ⁊ discipulis eius Et dixit mihi ex quo nullũ
cognoscas secundum carnem sed cũ his esto sem-
per celestis conuersationis imitator sicut bona
Maria ad pedes Jesu, sedens ⁊ verba eius audiẽs.
Efficiamini sancti ⁊ perfecti sicut ⁊ pater vester
qui in celis est. ¶ Et discite a me quia mitis sum
⁊ humilis corde. ¶ Quintus ait. Ego angelos a-
spicio ascendentes ⁊ descendentes ad vocationẽ
animarum ⁊ semper finem meum operior dicẽs.
Paratum cor meum deus paratum cor meum.
¶ Dixit sextus: ego per dies singulos statui ver-
ba mea audiri a domino putans mihi dici labo-
rate propter me: ⁊ ego quiescere faciã vos. Adhuc
modicum decertate et videbitis salutare meum
⁊ gloriam meam. Si diligitis me si filij mei estis
ad patrem rogantes reuertimini si fratres mei
estis erubescite pro me quemadmodum propter
vos multa perpessus sum. Si oues mee estis do-
minicam passionem sequimini. ¶ Septimus ait
Ego ista assidue meditor: ⁊ sine intermissione col-
loco mihi: fidem spẽ ⁊ charitatem: vt spe quidem
gaudeam: dilectione vero neminem aliquando
contristem ⁊ fide corroborẽ. ¶ Octauus ait. Ego
volantẽ dyabolũ inspicio querentẽ quẽ deuoret
⁊ vbicũqꝫ ierit inspicio illũ interioribus oculis
meis ⁊ dominum meum aduersus illum inter-
pello: vt sine effectu maneat: ⁊ in nullo ꝓualeat
maxime in timentibus deum. ¶ Nonus ait. Ego
quotidie ecclesiã intellectualiũ virtutũ expecto:
⁊ dominum glorie in medio earum video super
oẽs splendentẽ. Quando aũt ascẽdo ab eo ascen-
do in celũ expectãs admirãdas pulchritudines
angelorum: ⁊ quos emittũt hymnos incessabiliter
deo ⁊ dulces eorum cãtilenas differentiasqꝫ sonis ac vo-
cibus ⁊ suauitate vt libeat reminisci qđ scriptũ
est. Celi enarrãt gloriã dei opera manuũ eius an-
nunciat firmamentũ ⁊ oĩa que super terrã sunt
sicut cinerem et stercora opinor. ¶ Decimus ait.
Ego angelũ meũ assistentẽ mihi iuxta me expe-
cto ⁊ custodio memetipsum qđ scriptũ est remi-
niscẽs prouidebam dñm in conspectu meo semp
qm a dextris est mihi ne cõmouear. Timeo illũ
eum vt custodientem vias meas et quotidie ascen-
dentem ad deum et insinuantem actus meos ei

verba. ¶ Undecimus ait. Ego personam infundens virtutibus veturi sit abstinentie castitati. benignitati dilectioni in meipsum steti: et circundans mihi illas & vbicunq; iero dico mihi ipsi vbi sunt sequaces tue: ne pusillanimis sis ne deficias habens iuxta eas semper. Quecunq; iubent loquere de virtute vt post mortem testificentur de te coram deo: quia inuenerunt requiem in te. ¶ Duodecimus ait. Uos quidē patres celestes habentes conuersationem celestem sapientiam possidebitis. Nihil mirum. Eleuatos vos operibus video & superiora sectantes. Quid dicam. Uirtute enim etiam transpositi estis terram: vos metipsos ex toto alienantes ab ea. Quid dicam. Uos terrenos angelos & celestes homines dicens non peccauistis. Ego vero me bis indignum iudicans peccata mea vbicunq; iero precedunt me semper: ad dexteram & sinistram in infernum vero adiudicaui meipsum dicens. Esto cum his quibus dignus existis post modicum annumeraberis: video ibi plures gemitus & incessabiles lachrymas que a nullo referri queunt. Aspicio quosdam stridentes dentibus et salientes toto corpore: & trementes a capite vsq; ad pedes. Et iactans me super terram & amplectens cinerem deprecor deum nunq; casuum me illorum experimenta accipere. Uideo et mare ignis bulientis immensibile: & circunsilientes & mugientes: vt putent aliqui vsq; ad celos attingere fluctus ignis & in tremendo illo mari innumerabiles hoīes deiectos ab agrestib⁹ & vna voce oēs illos clamantes & vlulātes simul quales nemo super terram vlulat⁹ & voces audierat: & sicut ardētia olus virgulti cremare miā sūt dei auertēte se ab illis ꝓpter iniustitias eorum & tūc lamēto genus hoīm qūo audeo loqui vel cuilibet attēdere tātis mūdo repositis malis & in his teneo mentē meā luctum meditās: qđ ait dn̄s indignū me celo & terra iudicās reputāsq; qđ scriptū est: facte sunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Hec sapientium & spiritualiū respōsa patrū. Et veniat in nos digna memoria vt narrationē cōuersationis opere ostēdere possimus vt facti inuiolabiles et perfecti & irreprehensibiles placeamus saluatori nostro. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.


¶ Finit quarta principalis pars huius operis.

¶ Sequitur opusculum pro cōclusione annexū de virtutum laude & effectu intitulatum.

¶ Incipiunt capitula subsequentis opusculi.

¶ Admonitio de laude charitatis. Cap. j.






Ue nō immemor petitionis hāc ammonitionē ꝓ salute tue ꝓfectu o frater charissime tibi (vt rogasti) prebere studui: noui eñ ardorem aīe tui erga scripturas diuinas: noui tibi inesse studiū legēdi & implendi qđ legis. Memor igit̄ sum lachrymarum tuarū: & oīs studij tui qđ in te sepe perspexi dum tecū de aīe tue sermocinarer profectu: & idcirco me non piguit: hoc qđ tua mihi suggerere voluit charitas adimplere: quatenus & tu ex hac ipā admonitiōe in dīnī gratiā amore proficias: & ego tue mercedis effici merear particeps. Scio vero nō mediocriter esse btm̄ qui se solūmodo dn̄o adiuuāte saluat sz non mūlto beatiorē fore q̄ secū alios ad celeste regnū trahere festinat. Quapropter hortor tuā eximiā dilectionē vt hāc admonitionē subinde legas: & memorie cōmendes atq; opere cōpleas vt aliis bonū exemplū mōstrādo & te & alios salues vt de tuo aliorūq; profectu felicē remunerationē ab immortali spōso recipere merearis. Mēte solerti tracta: ne hoc agas vnde celesti tuo sponso displiceas: qz ipse tibi si bene vt cepisti perseueraueris: inauditā letitiā inuisum gaudiū cū ceteris cōdonabit sanctis Paulo affirmāte q̄ ait. Qđ oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascēdit: que preparauit de⁹ diligentib⁹ se. Festina igitur ad illud gaudiū: ad illam letitiam in qua multi sctōrum requiescūt: considera deo dilecte: quāta sit felicitas dei vultū sine defectu cernere sctōrum angelorum choris interesse: cū sctōrū hoīm multitudine sine fine gaudere: et ad hec gressibus virtutū quotidie appropinquare stude. Ut ad ea que cōmemoraui recto tramite pergas citiusq; vt peruenire queas: hāc tue beatitudini admonitionem scripsi per quā non de vna solūmodo virtute: sed de multis te cupio cōmonere virtutib⁹. Quem sermonem ideo singulari numero admonitionē voco: quia q̄uis multe sint virtutes & innumerabilia hortamenta: ad vnam tamen pertinēt viam: ad vnum iter: et ad vnam felicitatem perducunt hominem. Cum igitur


de pluribus virtutibus te admonere desiderem primum cum Paulo apostolo hortor vt charitatis virtutem ante omnia habere studeas: quia sicut panis omnibus cibis est melior: ita charitas omnes antecellit virtutes. Et sicut sine pane mensa efficitur inops: ita sine charitate nulla proficit virtus. Sine charitate enim nec lachrymę nec vigilie nec nuditas nec castitas nec elecmosyne: nec martyrium hominem saluare potest hanc dominus ac redemptor noster specialiter nobis cōmendauit. Hec inquit mando vobis vt vos inuicem diligatis. Et iterum. In hoc cognoscent oēs: quia mei estis discipuli: si dilectionē habueritis ad inuicē. Hanc Joannes apostolus laudat dicēs. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. Hāc predicator egregius cunctis virtutibus preferens dicit. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: et si tradidero corpus meum ita vt ardeam charitatem autē non habuero nihil mihi prodest. Deinde subiungit. Patiens est charitas benigna est. Patiens est ad tolerāda aduersa benigna est ad bona prestanda. Stude ergo fidelissime frater omnia patienter tolerare aduersa ipsos quoqꝫ quos toleras cura diligere.

¶ De charitatis et humilitatis connexione. Cap. ij.

Ertissime tibi conuenit credere qd nunqꝫ charitas sine humilitate et obedientia regnet i hoie. Si verā habueris charitatē mox eris humilis et obediens. Humilitas nāqꝫ exima virtus est. Hec de terrenis hoībus facit celestes. Per hāc diabolus superatur: per hāc eius laquei vitātur: sicut btūs Antonius dicit abbati Pastori. Uidi omnes inimici laqueos tensos in vita et ingemiscēs dixi. Quis putas trāsiet istos laqueos. Et audiui vocē dicentē: humilitas. hoc vero beatus Antonius vt puto non pro se tantū vidit et audiuit. Sed et pro nobis qui peccatores et insipientes sumus: et longe ab illius meritis distamus vt nos hec legētes: et opere complentes diaboli laqueos possimus vitare qui semper inquirit qūo nos decipiat. Igitur qꝫ magna sit humilitas virtus. Martini etiā monachi vita insinuat quē dicunt etiā in iuuētute valde fuisse mā suetum humilem ac sapientē: et pro eius virtutibus tantū dicunt deo fuisse amabilez vt dum ad dominicū corpus accederet angelus ei sacramēta preberet. Pēsare vero debemus ex hoc miraculo qꝫ magnū donum sit humilitas per qd donum tam amabilis et tam acceptabilis deo adhuc homo mortalis efficitur. ¶ Abbas etiā Danieł miraculū narrat per qd virtus humilitatis declarat. Erat aūt vir in Babylone filia cuiusdā illic pretoris demoniū habens. Pater aūt eius diligebat quendā monachuz: qui dixit ei. Nemo pōt curare filiam tuaz nisi quos scio solitarios. Et si perrexeris ad eos: nō acquiescent hoc facere propter humilitatē. Sed hoc faciemus qñ veniunt afferētes venalia que operātur: dicamus nos emere velle qd vendūt. Et cum venerint in domū pretium accepturi dicemus eis vt faciant orationem pro ea: et credo qꝫ saluabitur filia tua. Exeūtes ergo in plateā: inuenerūt vnum monachum sedentē vt vēderet sportellas suas: et tulerunt eum in domū quasi pretiū acciperet sportarū et cū intrasset in domū venit puella que a demonio vexabatur et dedit alapaz monacho. Ille aūt conuertit ei et aliā maxillā ₚm diuinū preceptum. Demon aūt dū torqueretur clamare cepit. O violētia mandatorū xpi expellit me hinc. Et statim mūdata est puella. Cum aūt venisset senex indicauerunt ei qd factum erat: et glorificauerūt deū et dixerunt. Cōsuetudo est diabolice superbie ab humilitate xpi corruere. Cōsideremus et nos o sanctissime frater humilitatē huius felicissimi monachi et quantū possumus imitari curemus. Si igit humilitas alterius ab alio demoniū expulit sine dubio firmiter credere debemus qꝫ nostra humilitas diabolū in cordib' nostris regnare non sinat. Tūc vere etiam humilitatem habem' si oībus nos putam' esse inferiores et oībus venerationez deferimus: et oia que nobis aliꝫ faciunt aduersa humiliter toleram' propter dei amorē. De hac virtute dominus in euāgelio dicit. Ois enim qui se hūiliat exaltabitur: et qui se exaltat humiliabitur. Ex isto enim versiculo discere debem' qꝫ supbia cōtraria sit hūilitati. Ergo si vere hūiles esse volum' supbiā fugiam': qr supbia deiicit hūilitas eleuat. Ad hāc virtutez princeps aplorū inuitat dicēs. Hūiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in die tribulationis. Hec sniā manifeste nobis insinuat: quod si hic dū viuim' hūiliare nos curauerimus in tpe tribulationis vel retributionis. i. in die iudicij dñs nos pietate exaltabit in celesti scilicet regno. Jam vero iugiter dixi quod charitas et humilitas atqꝫ obedientia ab inuicem separari non possunt.

¶ De obedientie bono eiusqꝫ laudibus. Capi. iij.

T qr hactenus de charitate et humilitate dictū est: restat vt solerter attēdas qualis sit obedientie virtus. Propter inobedientiam primus homo abiectus est de paradiso. Quapropter si illuc vis ascendere: obediēs esse stude. Ut autem qꝫ magna sit hec virtus agnoscas miraculum tibi ad memoriam reuocabo. Quidam secularis habēs tres filios renunciauit seculo: et venit ad monasterium relinquens filios suos in ciuitate. Et cum fuisset tres annos in monasterio ceperunt cogitationes sue ei filios ad memoriam frequenter adducere: et contristabatur pro eis valde: neqꝫ tamen dixerat abbati se filios habere. Uidens autem abbas eū tristem dixit ei. Quid habes qd tristis es? et narrauit ei quod tres filios haberet in ciuitate: et quis vellet eos ad monasterium adducere precepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cum perrexisset ad ciuitatem inuenit duos ex his mortuos: vnum vero solummodo remansisse. Quem sumēs duxit ad monasterium. Et requirens abbatem nō inuenit illic. Interrogauit eu

tem fratres vbi esset ⁊ dixerunt ei ꝙ ad pistrinū perrexisset. Ille vero tollens filiū quē adduxit abijt ad pistrinū. Et videns eū abbas venientē salutauit. Et tenens infantē quē adduxerat amplexatus est eū ⁊ osculabatur ⁊ dixit patri eius. Amas eū: ⁊ ille respondit: etiā. Omnino inquit diligis eum. Et respondit etiam. Postea vero dixit ei. Tolle ergo si amas eū ⁊ mitte in fornacē ignis modo dum ardet. Et tenēs eū pater iactauit in fornacem ardentē. Statim autē fornax facta est velut ros: ex qua obediētia acquisiuit gloriam: quēadmodum abraā patriarcha. Hoc ergo miraculum hortor vt memorie tradas: vt semper obedientie virtutē ante oculos habeas. Qui sicut illo tempore illius monachi obediētia extinxit ignē fornacis sic ⁊ modo si fueris obediēs ipsa virtus in corde tuo ignem vitiorum extinguet in te ⁊ nequaꝗ post mortē in ignē descendes eternum: sed ad gloriam ascendes celestem sine fine manentem. Ergo ama obediētiam dilige obedientiam: quia magna virtus est. Et autē illius magnitudinē adhuc lucidius intelligas sequens miraculum frequenter lege. ¶ Dicebāt fratres: quia narrauit quidam patrū vidisse se quatuor ordines in celo quorum primꝰ erat hominum infirmorum gratias deo agentium: secūdus hospitalitatem sectantium instanter ministrantes eis: tertius ordo in solitudine commorantiū ⁊ non videntiū homines: quartus ordo erat qui ad obediendū patribus spiritualibus se subijciunt propter dominum. Videbatur autem ordo obedientiū torquem aureā habere: et multo maiorem ꝗ alij gloriam habebāt: ego autem dixi ei qui mihi hec omnia ostendebat. Quomodo iste ordo qui paruus est maiorē ꝗ alij gloriam habet. Et ille respondit ꝙ hi qui hospitalitatem sectātur sm propriam voluntatē: idipsm faciunt similiter qui in eremo se religant arbitrio suo de seculo recesserunt. Hic autem ordo qui se ad obedientiam dedit omnes voluntates suas abijciens: pendet ad deum et ad iussionem spiritualis patris: ꝓpterea ⁊ maiorē gloriā alijs habet. Quapropter charissime bona est obediētia que ꝓpter deum fit. Intende ergo dilectissime virtutis huius aliquod vestigiū vel ex parte. Obedientia salus est omnium fideliū: genitrix est omnium virtutum: obedientia regni celorum inuentrix est celos aperiens: hominem de terra leuat: obedientia cohabitatrix est angelorum: et sanctorum omnium cibus est: ex hac enim abluti sunt: et per hanc ad perfectionem venerunt.

¶ Ammonitio de virtute continentie. Capitulū. liij.



Iam tēpus est vt post trium virtutum doctrinā vigilāter attendas quanta sit continētie virtus et quod continentia non solum in cibo ⁊ potu sit: sed etiam in locutiōe ⁊ in somno ac vestitu ⁊ innumerabilibus causis. Ammoneo igitur dilectionem tuam vt non delicatos cibos queras: nec ante horam cōgruā comedere velis nec dicas in corde tuo: ecce alij ita vel ita faciunt scito pro certo ꝙ vnusquisqꝫ ꝗ in hac vita plus in dei seruitio laborauerit eo maiorē mercedē post mortem a deo consequetur. Ne igitur tibi grauis videatur continētie virtus miraculū hinc quod in tripartita historia legi profero. ¶ Dorotheus genere thebeus talem ducere curauit vitā: vt quotidie lapides a mari colligeret: et in annis singulis hospitium edificaret: ⁊ ipsa hospitia dedit illis qui nō habebant. Noctibus autem propter eorum cibum faciebat sportellas. Cuius cibus erat panis vncie sex: ⁊ oleorum minutorum vnus fasciculus: ⁊ ad bibendū aque hic a iuuentute sic viuens nec in senectute defecit. Nunꝗ visus est in lectulo soporatus vel pedes pro requie tetendisse aut dormire pro voluntate: nisi quantū operando aut comedendo natura compressos oculos claudere potuisset: ita vt sepe dū comedendo dormiret: cibus ex ore eius laberetur. Aliquando ergo somno valde grauatus cū in stercore cecidisset obdormiuit. Expergefactꝰ autem ⁊ contristatus sub silentio dixit. Si angelis dormire suaseris ⁊ mihi vlterius suadebis. Quo forte dicebat ad somnum vel ad demonem qui nitebatur bonas eius actiones impedire. Huic laboranti quidam dixit. Cur ita perimis corpus tuum? Et ille: quia me (inquit) illud occidit. Huius vero sacratissimi monachi continentiam tibi scripsi: ne ipsa tibi virtus grauis videretur: vt cognosceres ꝗtum ab antiquis vel modernis quibusdam patribus distemus. Audiuit ergo beatitas tua quod dorotheus omni anno edificauit cellam ⁊ alijs donauit. Audisti etiam ꝙ in lecto non iacebat ⁊ de pane ⁊ aqua ⁊ herbis viuebat. Non ideo hoc dico: vt tantum facias tu: sed te humiles simulqꝫ scias ꝗtam abstinentiam habuerunt patres nostri et nequaquam delicatos cibos queras presertim cum in prefato libro Moysi monachi scriptum sit ꝙ per multos annos panem tantummodo comederet: et multum opus faceret. Sex autem annis per totam noctem stans orauit: neqꝫ genibus inclinatis: nec oculis in somno sponte clausis: insuper etiam circuibat cellulas monachorum et lagenas eorum aqua impleuit cum longe aut decem aut viginti milium aqua maneret. Qui licet ita domaret corpus priorem tamen valitudinem non amisit. Hec miracula assidue lege sanctissime frater: et per hec cum dei adiutorio in abstinentia proficere stude. Non simus ergo parati ad omnia quidam concupiscenda recolamus continentiam beati zenonis abbatis. Abbas zenon ambulans aliquando in palestina: et cum laborasset resedit vt manducaret iuxta cucumerarium. Suadebat autem ei animus suus dicendo. Tolle tibi vnum cucumerem et manduca. Qui increpans cogitationem suam sibi dixit. Fures ad tormenta vadunt proba ergo teipsum in hoc: si potes ferre tormenta. Et surgens stetit in ardore solis diebus quinqꝫ et dixit. Si ardorē solis non possum sufferre quomodo sufferre potero ignem eternū. Et dixit ad animum suum. Si nō potes portare tormenta nō rapies cucumerē vt manduces. Verba igit̄ tanti viri ꝯsiderare nos cōmo

nent: ꝗ tm̄ ab ipsius ꝯuersatione distemus. Quapropter perpēdam⁹ nos peccatores: ⁊ infirmos esse in cōparatione sanctorū virorū: vt nos ipsos ex illorū meritis despicientes per domini piam misericordiā eorū consortium habere possimus.

¶ De continentia visus. Ca. v.



Quod autem non in cibo tantū: sed in visu sit continentia sequens miraculum insinuat. Pyor cum de domo patris ad philosophiam conuersationis exiret promisit deinde nullum se propinquorū fore visurum. Post aliquot vero annos: dum eius soror eū viuere ⁊ habitare in eremo cognouisset non cessabat donec eum inspiceret. Quam cum episcopus loci illius iam grādeuaꝫ propter ea videret affligi: scripsit presulibus eremi vt pyorem dirigerent. At ille quoniam contemnere nefas est iussionibus seniorum obediēs ⁊ assumens quēdam venit ad patriam cumq ante domus sue ianuā venisset ⁊ suum nunciasset aduentum veniēte germana dixit. Ecce ego sum pyor: ꝗto vis aspectu saciare. Hec illa gratificata laudauit. At ille oratione facta: remeauit ad eremū ibi fodiens aquā inuenit amarā caq vsus est vsq ad vltimū vite sue diē: post huius obitū nullus ibi habitare preualuit. Ego autē reor: quia per orationē eam ad suos vsus fecerit dulcem: vñ etiaꝫ alibi nō existante oratione meruit emanare. Nā cum moyses ⁊ eius monachi puteum aliquādo foderent ⁊ nec venam aliquam reperirent: nec amplius iam fodere altitudo ꝑmitteret medio die superuenit pyor: et oratione facta descendit in foueam. Cumq tertio percussisset terrā mox emanauit aqua. Cumq oratione facta discederet illis eū petentibus: vt vel ex aqua gustaret: ad hoc inquit directus sum: ⁊ propter quod veni peractum est. Propterea vero o sanctissime frater: hec tibi de pyore scripsi: vt per te scires ꝙ cōtinentia etiam in visu sit necessaria. Audisti vero nunꝗ iste monachus incautus fuit quia nec inobediens fuit preceptis seniorum: qui illum ad sororem ire iusserūt nec ipsam vidit: visus ab illa ne contra suum votum facere videretur quapropter hortor tuam sanctitateꝫ vt illū studeas imitari. Non sit tibi cura videndi propinquos tuos vel amicos quos in seculo reliquisti: et pro illorum cura oratio tueq lachryme non minuātur: ne cum vxore Loth retro respiciendo in statuam salis conuertaris: recole ergo illum euangelij versiculum ⁊ ꝙ nemo mittens manum in aratrum ⁊ aspiciens retro aptus est regno dei.

¶ De continentia locutionis ammonitio. Capitulum. vi.



Hortor etiam vt in locutione sis cōtinens: vt assidue cum psalmista decantes. Dixi custodiam vias meas vt non delinquam in lingua. Posui ori meo custodiam. Noli igitur alijs detrahere. Memento vero ꝙ maria soror Moysi: seruo dei suoq fratri cum detraxisset quid illi accidit. Narrat enim historia quia ob hanc culpam lepra fuerit maculata septemq diebus māsit extra castra que post modū per orationem Moysi fratris sui mundata est. Absit autem vt ex lingua per quam patrem benediximus: inde maledicamus aut detraham⁹ proximo. ¶ Recolamus igitur quod scriptuꝫ est quia omnis detractor eradicabitur. Unde eradicabitur oīs detractor Sine dubio de cetu sanctorum. Ergo ne ⁊ nos de sanctorum consortio eradicemur custodiamus a detractione linguā nostram. Non detrahamus proximo quem iubemur diligere sicut nosmetipsos. Et non tantuꝫ a detractione nos oportet cessare sed etiam ab ociosis verbis: quia euangelium clamat de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicij. Ociosus vero sermo est qui nec ad eius qui eum loquitur nec ad ipsius qui illum audit pertinet profectum. Noli ergo proferre verba que risum aut cachinnum moueant sed magis que ad compunctionē et lachrymas: ⁊ ad animarum profectum pertinent. Tuus sermo semper sit sale conditus. Narrat namq historia tripartita ammonem beneuolum presulem atq theonem multorum monachorum presides fuisse. Ambo namq operatores fuerunt inopinabiliū rerum ⁊ diuina prouidentia prophetiaq completi. Dicitur theonē fuisse eruditum egyptiorum grecorum latinorū q studijs: ⁊ triginta annos habuisse taciturnitatem porro ammonem a nullo homine visuꝫ irascentem: aut iurantem: aut mentientem: aut vanum aliquem vel asperum vel infirmum protulisse sermonem. Horuꝫ temporibus fuit Helias monachus in eremo agens annum centesimuꝫ ⁊ decimum: antea tamen septuaginta annis solus vixerat in solitudine: ⁊ vsq ad hanc etatem ieiunando multum silendo et viriliter conuersando peruenit. Hec miracula hortor vt frequēter legas vt scias ꝙ cautum te in loquendo esse oporteat. Audiuisti ꝗ nunc: et vt puto memorie cōmendasti ꝙ doctissimus theon monach⁹ per triginta annos tenuit taciturnitatem. Hortor igitur vt quia nobis assidue tacere non licet: vel etiam quolibet id placeat: vt semper a malo detractionis sileas. At ergo tibi virtus taciturnitatis placeat audi adhuc quid zacharias de ipsa interrogatus respondit. Dixit abbas pastor: quia interrogauit abbas Moyses fratrē zachariam dicens. Quid tu vides. Et nihil melius ꝙ tacere pater. Et dixit verum est fili tace. Hora asit mortis eius sedens abbas Isidor⁹ respexit i celū ⁊ dixit. Letare letare fili zacharia: qr aperte sunt tibi ianue regni celoꝝ vides o sāctissime frater ꝙ zacharie per taciturnitatē maxime virtutē: aperte sint ianue celi: vt ergo ⁊ tibi aperiāt ama tacere delecta silere. Legi ego de quodā viro dei ꝙ vt taciturnitatē disceret: ꝑ plures annos lapides in ore portaret. Ammoneo ergo: atq iteruꝫ ammoneo: vt linguā tuā custodias nulli detrahas nemini maledicas nulla risuꝫ mouētia verba ꝓferas: cogita ꝙ breuis sit ista vita ⁊ ꝙ misera in comparatione eterne. Hec cogitando ⁊ linguaꝫ refrenādo: imitādo scꝫ eoꝝ actum: quorū superi⁹ mentio facta est: aduenies eoꝝ consortio. Quoniam autēꝫ animo tuo multam taciturnitatē in

culcare volo:⁊ q̄ multa bona opera propter vitium lingue pereunt:ideo adhuc vnam sententiolam subiungā. Uenit in itinere conuersationis abbas Euagrius ad quendā senem et dixit. Dic abba sermonem quo saluus fiam? Et ille respondit. Saluus si vis fieri quando venies ad aliquem non prius loquaris ꝙ ipse inquirat. Euagrius compunctus in hoc sermone penitētiam egit in cōspectu senis:⁊ satisfecit ei dicēs. Crede mihi multos codices legi:⁊ talem eruditionem nunquā inueni. Et multum proficiens exiuit. Ex his enim verbis o beatissime frater lucide demonstratur:ꝙ beata est illa anima que taciturnitatis perfecte habet virtutem. Dilige hanc virtutem: posside hoc donum: conserua hanc margaritam. Amandum est ergo silentiū quia per illud humilitas nutritur lachryme generantur ad extremum multa mala per illud declinantur.

¶ ¶ De vilium vestimentorum appetitu. Capitulū.vij.



Sclas deniq̄ o frater ꝙ ⁊ in vestimentis sit cōtinentia valde necessaria. Sunt eñ multi qui putant:ꝙ appetitus preciosarum vestium nō sit pctm̄. Qđ si pctm̄ non esset nequaꝙ dn̄s Joannē de asperitate vestimēti laudasset. Ait eñ turbis. Quid existis in desertuȝ videre hoīeȝ mollibus vestitū? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Joannes ꝟo mollibus vestitus esse negatur:quia qui mollibus vestiuntur magis terreno regi seruiunt ꝙ celesti. Joannes vero primus noui testamenti monachus pilis cameloꝝ indutus fuisse perhibetur. Si ille qui in vtero matris sanctificatus fuit:⁊ deo multum amabilis atq̄ dilectus extitit:qui fuit verus propheta ⁊ plusꝙ propheta:pilis vero camelorum fuit indutus nos qui peccatores et infirmi sumus: quanto magis vilibus vestibus esse contenti? Si hoc culpa non esset: nequaquam Petrus apostolus per epistolam firmans a preciosarum vestium appetitu compesceret dicens. Non in veste preciosa. Nemo namq̄ vt ait papa Gregorius:preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriā querit. Peccatores enim sumus:⁊ ideo preciosa vestimēta q̄rere non debemus. Magis vero ornatum mentis querere ꝙ corporis debemus. Ornatus mentis est charitas:fides humilitas bonitas ac benignitas. De his namq̄ virtutib⁹ mens ornatur sine fine cū deo victura. Caro eñ ꝙuis preciosis vestimentis cooperiatur ꝙuis auro argentoq̄ ornetur:nihil est aliud ꝙ caro ⁊ puluis ⁊ lutum ⁊ stercus. Quapropter magno opere procurare corporis labores debemus:nō balneum subinde inquirere nō ornata vestimēta:q̄ si delicate corpus nostrū fouem⁹ hostē nostrū nutrimus. Nullū eñ maiorē inimicum nutrit homo ꝙ corpus. Corpus autem trahit mentem ad peccatum:⁊ ideo semper debet illud seruus vt ancilla dei subiugatum habere.

¶ Quod supradicta cum discretionis virtute debeant perfici. Capitulum.viij.



Debet namq̄ corpus affligi per abstinentiam:per vigilias ⁊ per diuersos modos ita tamen vt semper suum officium suāq̄ obedientiam possit perficere castigandum semper ⁊ affligendum est corpus vt ad malum opus animā nō trahat et ad peragendum bonum sit sempˀ idoneum. Naȝ qui ita corpus macerat vt nec q̄dem bonū opus facere valeat discretiōis adhuc ignorat virtutē. Ut igitur ⁊ corpus scias affligere ⁊ tēperare vnum supra relatū de Uitaspatrum dicā sermonē. ¶ Dicebāt de quodam patre qui dum secularis esset ⁊ coniugem habuisset postea conuersus tentabatur a sathana de ea. Ipse ꝟo narrauit hoc patribus. Qui cum hoc audissent:q̄ operarius esset et maiora facere potuisset ꝙ officio suo agebat imposuerunt ei maiora vt debilitaretur corpus eius vt nec surgere posset. Deo autem disponente:quidam peregrinus aduenit et pertrāsiuit:admirans ꝙ nemo egressus esset in occursum eius. Et reuersus pulsauit dicēs. Ne forte frater qui in ea habitat infirmetur qui cū pulsasset intrauit et nimis infirmum inuenit: et dixit ei. Quid habes pater. Et narrauit ei dicens. Ego de seculari vita sum:et solicitat me inimicus de vxore mea et narraui patribus ⁊ imposuerunt mihi onera diuersa. Et cum implere vellem iussa defeci:⁊ ꝟo stimulus crescit. Audiēs hec senex contristatus est ⁊ dixit ei. Siquidem patres magni viri bene imposuerunt tibi onera quibus grauaris. Si vero me paruulum audire volueris cito inuenies requiem. Nunc paululum cibum sume in tpe suo:⁊ recollige vires tuas :fac aliquantulum opus dei:⁊ iacta in dn̄o cogitatum tuum:q̄ tuis laboribus hanc impugnationem superare non poteris. Corpus enim nostrum velut vestimentum est si cum discretione tractaueris stabit. Qui cū audisset eum fecit ita:⁊ intra paucos dies recessit stimulus eius. Hanc fabulam ideo volui scribere in isto ordine: q̄ ea q̄ superius ammonui.i.silentium nuditas: abstinentia:corporisq̄ castigatio cū discretione sunt agenda. Discretio vero magna virt⁹ est:q̄ p ipsam mala declinantur:⁊ bona seruāt. Bonum ergo opus si sine discretione fit:cito deficiet. Discretio eñ mater est oīm virtutum. Quapropter ⁊ tuam frater hortor dilectionem.vt oīa cum discretione facias vt nec ad dexteram nec ad sinistram corruas. De hac etiā discretionis virtute habes hic supra in vitaspatrū. Dicit abbas Antonius. Quia sunt quidam cōterentes corpora sua in abstinentia:⁊ q̄ nō habuerunt discretionem longe facti sunt a deo. Superuenit aūt quidā venationē faciēs in siluis agrestiū aīalium ⁊ vidit abbatem Antoniū gaudētem cū fratribus ⁊ displicuit ei:volens aūt senex ostendere ei:q̄ oportet aliqū condescendere fratribus dixit ei. Pone sagittam in arcu tuo ⁊ trahe:⁊ fecit sic et dixit ei. Iterum trahe:⁊ traxit ⁊ dixit Senex trahe adhuc. Tunc dixit venator. Si supra moduȝ traxero frangetur arcus. Respondit abbas Antonius. Ita est in opere dei. Si plus ad mensu-

ram tendimus fratres cito deficiunt. Expedit
ergo vel ad monumentum hore relaxare iu-
gum cor. Hec audiens venator cõpunctus est ꝛ
multum proficiens in sermone senis discessit et
fratres confirmati reuersi sunt ad loca sua. Ma
xima autem mihi cura fuit hec scribere religio-
sissime frater: vt ab vtroq periculo te immunem
custodias: videlicet vt curã corporis non dei pre
ponas seruitio. ꝛ rursus: vt dei seruitium exple-
re queas corpori necessaria ministrare non ces-
ses quan q̃ tuum bonum mihi notum sit studiũ:
sed ꝛ non ammoneo vt in scđo loco post continẽ
tiã discretionis virtutẽ memorie cõmendes

De bono compũctiõis que maxime ex
mortificatione nascit᷑. Cap. ix.



SEd quia cõpunctio in om-
ni opere est necessaria: cõ-
mendanda est tibi ipsa virtus
quatenus mortificationi iun-
gatur compunctio. Puto enĩ
q̃ vera mortificatio ab aliquo
possideri nõ possit nisi cum cõ-
punctione. Idcirco tuã chari-
tatem o frater hortor: vt quic-
quid agis vel silentium teneas:
vel abstinentiam facias vel nu
ditatem ames: vel vigilias furtiuas diligas: oĩa
pro dei amore fac: ꝛ cum lachrymis. Si lachry-
me currũt adest tibi salutaris cõpunctio: ita dũ-
taxat vt cum discretione de qua supra dictũ est:
facias vt per te non scandalizentur alii: sed po-
tius edificentur. Simus ergo in omni opere no-
stro compuncti: vt possimus dicere domino cũ
psalmista holocausta medullata tibi offerimus
holocaustum vero totũ incensum dr̃. Holocau-
stum ergo dño offert qui totũ se dño tradit: quod
ad monachorum ordinem specialiter pertinet.
Per medullam vero holocausti compunctio de
signatur. Holocaustum vero sine medulla est bo
num opus sine compunctione. Hanc medullam
ipse psalmista alibi pinguedinem nominat: ho-
locaustum inquit tuum pingue fiat. Magna est
virtus compunctionis de qua supra in vitaspa
trum scriptum est. Frater quidam interroga-
uit alium senem dicens. Pater quid faciam. Di
xit ei senex. Flere debemus semper. Contigit
enim aliquem senem mori aliquando ꝛ postmo-
dum in seipsum reuerti ꝛ interrogauimus eum
dicentes. Quid vidisti abba. Et narrauit nobis
plorans. Audiui illic vocem sine mora dicentem.
Veh nobis veh nobis sic et nos semper dicere
debemus. Apertissime vero in his verbis possu
mus cognoscere quare nobis semper flere con-
ueniat scilicet ne post vite huius discessum in lu
ctum veniamus eternum. Utile namq consiliũ
est hic ad tempus deplorare: qr hec vita breuis
est: labens est misera est cito transitoria est: Illa
alia vita nullũ terminũ h3 nunq̃ finiet᷑: et sicut
sancti sine fine gaudebunt cũ angelis in celo: sic
ꝛ pctõres sine fine cruciabunt᷑ cum diabolo in in
ferno: q̃ si lachrymas statiz vt volum⁹ inuenire
non possumus psistamus in pcibus: qr dñs no-
bis facile põt lachrymas dare: multi enĩ vollẽt la
chrymas habere: sed nõ statiz vt illas volunt in-
ueniunt. Unde supra in vitaspatrum scriptũ est.

Interrogauit quidam frater quendam senez
dicẽs. Desiderat anima mea lachrimas habere
sicut audio senes lachrimas effundentes ꝛ non
veniunt mihi et tribulatur anima mea. Dixit ei
senex. Filii israel post quadraginta annos intra
uerant terram repromissionis. Lachryme igit᷑
sunt terra repromissionis ad quas si perueneris
iam multum timebis bellum: ita enim vult de⁹
affligi animam vt semper desideret ingredi ter-
ram illam. Dicebant de beato Arsenio: qr toto
tempore vite sue ad opus manuum suarum pan
num habebat ante se propter lachrimas q̃ cre
bro cadebant ex oculis eius. Hec vero audiẽtes
o charissime frater quantũ debeamus nos pre
parare ad lachrimas pensemus. q̃ si illi iam san
cti et iusti: ꝛ dei facientes per oĩa voluntatẽ sic
se mortificabant quanto magis nos qui peccato
res sumus flere et lugere debemus. Pensare enĩ
debemus diẽ mortis nostre ꝛ diem iudicii. Pen
sare etiam debemus qualis discussio tibi erit. Au
diamus quid beatus Ammon fratri se interro-
ganti responderit. Frater quidam interrogauit
abbatem Ammonem dicens. Dic mihi aliquod
verbum. Dixit ei Senex. Uade talem fac cogita
tionem tuã queadmodum faciunt iniqui q̃ sunt
in carcere. Illi enim interrogant vbi sit iudex ꝛ
quando venturus sit. Et in ipsa expectatione pe
nas suas deplorant. Ita ꝛ monachus debet sem
per esse suspectus ꝛ obiurgare animam suam di
cendo veh mihi quomodo habeo astare ante tri
bunal xp̃i: ꝛ qño habeo actuum meorum redde-
re rationem. Si igitur sic semper meditatus fue
ris poteris saluus esse atq compunctus. Et tu o
frater fidelis hec audiens fac sic vt iste seru⁹ dei
hortatur. Cogita de penis inferni vermis ibi
non morietur: ignis non extinguetur luctus nũ
q̃ cessabit pena nunq̃ finietur: ꝛ si semper hec
cogitaueris saluaberis. recole semper illud qđ
abbas Helias dixit. Ego tres causas timeo.
Primam quando egressura est anima mea de
corpore. Secundam quando occursurus sum
deo. Tertiam quando aduersum me sententia
est proferenda. Et tu frater hec meditare hec co
gita hec tracta sollicite vt inferni laqueos pos-
sis euitare: ꝛ ad regna celorum merearis cõscen
dere. Lugendum hic est: quia scriptum est. Bea
ti qui lugent qm̃ consolabuntur. Nequaq̃ hoc
de omni luctu dixit quia sunt luctus multi: qui
de parentum morte fiunt vel amicorum et qui
res quas desiderant adipisci non possunt qui p
suo luctu non sunt beati. Solummodo illi lu-
gentes beati sunt qui sua vel aliorum lugent pec
cata sicut Samuel deflebat Saul. ꝛ Paulus de-
flebat eos qui non egerunt penitentiam a forni
catione et immundicia sua. Defleamus in hac vi
ta nostra peccata et aliorum quia dictum est lu-
gentibus: luctus vester vertetur in gaudium.
Seminemus nunc in luctu vt metamus tunc in
gaudio cum quibus psalmista dixit. Euntes ibãt
et flebant mittentes semina sua. Uenientes au-
tem venient cum exultatione portantes mani-
pulos suos. Uidens autem quomodo beatus in
scripturis esse pdicatur luctus. Audi adhuc qđ
supra in Uitaspatrum scriptum sit de eo. Mise-
runt aliquãdo senes de monte Nytrie ad abba-

tem Macharium maiorem in scithi rogantes vt veniret ad eos alioquin sciret oēm multitudinē ad se esse venturā: eo q̄ desiderarēt eū videre anteq̄ migraret ad dn̄m. Qui cū venissent in montē congregata est multitudo fratrū ad eum. Rogabant autem fratres vt faceret verbuꝫ ad eos. Ille autē lachrymans ait. Ploremus fratres et producāt oculi nostri lachrymas anteq̄ eamus hinc vbi lachryme nostre corpora nostra cōburant ⁊ fleuerunt omnes proni in faciem suam dicentes. Pater ora pro nobis. Abbas etiam Siluanus aliquando sedens cū fratribus factus est in excessu mētis: ⁊ cecidit in faciem suā. Et post modū surgens: plorabat. Et interrogauerunt eū fratres dicentes. Quid habes pater. Ille autem tacebat ⁊ flebat. Cōpellentibus autem illis dixit. Ego ad iudicium raptus sum ⁊ vidi multos de habitu nostro ire ad tormenta ⁊ multos seculares ire ad regna: ⁊ lugebat senex: ⁊ noluit deinceps exire de cella sua. Sed si exire cogebat operiebat cuculla faciem suam dicens. Quid necesse est videre lumen hoc temporale in quo nihil est vtile. Manifestum esse prudentie tue credo quā magna sit virtus cōpunctionis: per quā peccata deleantur ⁊ virtutes acquirantur. Nolo autē ab hac virtute tua sit mens aliena que in peccatoribus hominū habitat. Per hanc multi domino placuerunt per hāc diabolus vincitur per hanc vitia superātur per hanc dn̄s ad misericordiam prouocatur: per veras etenim lachrymas ea que dicta sunt cōplentur. Veras nāq̄ lachrymas habet: qui hoc non cōmittit qd̄ defleet hoc est docte plangere. Docte plangit: qui plangēs malū qd̄ fecit: non perpetrat quod iterū plangere debeat. Dicit enī Isidorus: quia liberior est non penitēs q̄ qui adhuc agit quod penituit.

¶ De qualitate cōpunctionis. Cap. x.



Quapropter post luctū admonēda est beatitudo tua vt qd̄ plāgitur desiderio emendandum ne iterū delectetur diabolo suadente cani nāq̄ assimilatur omnis penitēs qui plangendo iterum cōmittit qd̄ plāgat. Canis reuersus ad vomitū ⁊ penitens ad peccatū. Multi enim lachrymas indesinenter fundunt et peccare non desistunt. Et ideo dilectissime charitatem tuā hortor: vt q̄ plangis iterū iterare non velis. Scito ergo q̄ ille qui qd̄ plangit iterū cōmittit: similis fit illi qui lauat laterem crudū: q2 in eo qd̄ magis lauat magis lutū facit. Esaias nāq̄ hortatur dicens. Lauamini mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis. Lauatur etenī ⁊ mundus non est qui quoddā peccatū plāgit ⁊ iterat. Lauatur ⁊ mundus efficitur quisq̄ plangendo malū quod fecit ⁊ iterū nō cōmittit. De illa enī anima que plāgit mala sua ⁊ iterat: de ipsa scriptū est in propheta. Quā vilis facta es nimis iterās vias tuas. Non ideo hec tibi scribo: vt de te suspicer talia: sed vt pleniter ⁊ lucide scias qualis compunctio esse debeat.

¶ Admonitio de modo orandi. Capitulum. xj.



Et quia tibi manifesta est iam cōpunctionis virtus: restat vt mod9 orandi tibi pandatur. Dn̄s enī ostendit modū orandi cuꝫ rogatus a discipulis vt eos doceret orare dixit. Cum statis ad orandū nolite multū loqui sed dicite. Pater noster et reliqua. Oratio breuis esse debet nisi forte ex affectu diuine gratie protendatur. De beato Arsenio dicebāt: q2 vespere sabbati lucescente in dn̄ica relinquebat post se solem extēsis manib9 ad celū orās: donec mane die dn̄ico ascendens sol illustraret faciē eius. Et sic residebat. Videat ergo o sanctissime frater charitas tua q̄ fortis iste vir fuerit in orationis officio qui de vespera vsq̄ mane extēsis manib9 orabat. Non ideo hoc tibi scripsi: vt tu sic facere tentes: sed vt affectū ⁊ studium quod ille per totam noctē vel etiā per totum tēpus habebat: tu vel regularibus horis habere studeas: et sic sies in oratiōe: vt mēs tua cōcordet voci tue. Audiat igit dilectio tua adhuc verbum de modo orandi. Narrauit abbas Dulas qui fuit discipulus abbatis Besarionis dicēs. Veni aliqñ in cellā abbatis mei: ⁊ inueni eū stantem ad orationē ⁊ man9 suas extēderat ad celū: permanserat autē persiciens iugiter quatuor dies: ⁊ post hec vocauit me dicens. Sequere me. Et exeūtes perreximus in eremū ⁊ cum sitirem dixi. Abba sitio. Ille autē tollēs perā discessit a me q̄tū iactus est lapidis ⁊ facta oratione attulit eam aqua plenā. Et iuimus in ciuitatē illico ⁊ venimus ad abbatē Joānem. Et salutantes eū fecimus orationē. Deinde sedentes ceperūt loqui de visione quam viderant. Dicebant aūt se audisse de abbate Sysoyo: q2 nisi manus suas cito deponeret qñ stabat ad orationē rapiebatur mēs eius in superioribus. Si ergo cōtingebat aliquis fratrū cū eo orare: festinabat cito deponere manus suas ne raperet mēs eius ⁊ moraretur. ¶ Dicebat etiā senex ali9: q2 assidua oratio cito corrigit mentē. ¶ Dicebat quidā patrū q2 sicut impossibile est vt videat quis in aqua turbida faciē suā: sic et anima nisi purgata fuerit a cogitationib9 alienis non pōt contemplari deū. Audisti quoq̄ q̄ abbas Sysoyus nisi cito dimitteret man9: raperetur in contemplationē. Quare ergo repēte in contēplationē raperet sine dubio mortificatus erat. Audiat igitur dilectio tua quare studiū beatus Paulus monach9 habuit orando quod in ecclesiastica historia scriptum habetur. Fuit Paulus de Libia scithi nō minus quinquaginta habens monachos. Nihil aūt operabatur neq̄ percipiebat: nisi qd̄ comederet tm̄. Orabat aūt solūmodo: ⁊ veluti quoddam tributū habēs impositū trecētas orationes deo vnaquaq̄ die reddebat. Et ne vna die relinqueret trecētos lapides ponebat ⁊ singulis orationibus lapidē in sinū mittebat. Expensis ergo lapidibus orationes sciebat esse cōpletas. Multū igitur debem9 nos humiliare: qui ⁊ lōge ab illoruꝫ meritis quorū superi9 mētio facta est distamus: ⁊ sic prompti ad orationem faciendam non sumus vt illi. Oratio vero iuncta compunctioni ma-

gna virtus est. Volo quoq; vt solerter attendas q Jesus xp̄s ac dn̄s saluator noster volens orare ascendit in montem. Jdeo Jesus oraturus in montem ascendit: vt & tu mōtem orando cōscendas. Nequaq̄ autem oīs qui orat in montē ascēdit. Jlle vero qui in oratione mortē inimici sui querit aut res mundi huius vt honorabilior in hoc mūdo esse possit nequaq̄ in montem orando cōscendit. Qui contra qui in oratione pro remedio anime sue siue pro aliorū pctīs deū deprecatur: iste absq; dubio in montem ascēdit. ¶ Vide vt hec legas attente deo dicatur vt ordinatim de mortificatione venias ad cōpunctionē illāq; habendo noscas modum orandi.

¶ De pugna vitiorum aduersus virtutes. Cap. xij.



Sed q2 lucide de nōnullis instructus est virtutibus restat vt mēte perpēdas: quanta luctatio sit vitiorū aduersum virtutes. Magnū quoq; certamen est vitiorum ad virtutes. Tunc enim poteris oīa vincere vitia pugnādo cū diuino adiutorio: si cōtra singula opposueris virtutē. Solet enim vitiorū pugna aduersum virtutes ad profectum hoīs venire: q2 per illud certamen mēs exercitatur & ab electionis vitio purgatur: cōtra singula quoq; vitia virtutes sunt adhibende. Contra luxuriam munditia cordis adhibēda est. Contra iracundiā vero patientia opponenda est. Mittēda est fiducia contra timorē. Contra torporem vero zelus opponēdus est contra tristitiā malam adhibendū est gaudium spiritale contra accidiam vero fortitudo assumēda est cōtra auaritiam assumēda est largitas. Cōtra superbiam autē humilitas proponēda est: contra odiū assumenda est charitatis virtus. De hoc enim certamine Paulus dixit apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritū: spūs aūt aduersus carnem. Hec enim sibiīnuicem aduersantur vt non quecūq; vultis illa faciatis. Et tu charissime hec legendo et memorie cōmendando stude contra hostis antiqui insidias viriliter dimicare. Si te somnolentia grauat stude illam vincere amando vigiliam: quia somnolētia per vigiliam destruitur. Si te delectat balneorum vsus veniat tibi ad memoriam beatus Jacobus frater domini: qui primus post apostolos hierosolymoꝝ rexit ecclesiā de quo Josephus narrat: q nunq̄ carnem comedit: nec vnq̄ balneo vsus fuerit: nec lineis vestibus sit indutus nec caput suū sm̄ consuetudinem sue gentis oleo vnxit. Si in delectionem tibi delitie veniunt propone ante oculos tuos Joannem baptistam: qui fuit in vtero matris sue sanctificatus: de quo dn̄s Jesus dixit q nemo maior illo inter natos mulierū surrexit. Narrat de eo sanctum euangelium q mel siluestre & locustas edebat. Si ei qui in te peccat qui tibi detrahit: aut maledicit vel in aliquo ledit non potes ignoscere si vis veniant ad memoriam quanta & qualia passus sit pro te christus. Pro te enim homo factus est mortalis & passibilis qui erat immortalis & impassibilis: assumpsit pro te carnē ex virgine in qua pateretur & moreretur. Pro te quoq; fuit flagellat⁹: alapis cesus: sputis linitus: spinis coronatus: ad extremum etiam crucifixus. Pro te enim hec omnia sustinuit xp̄s vt te a diaboli potestate liberaret. Pendens vero in cruce quid dicebat. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Jlle igitur qui sine peccato occidebatur pro suis inimicis orabat tu si aliquam molestiam pateris ab aliquo non potes dimittere. Credo quoq; si ista que dico subtiliter cogitare volueris oībus in te peccātib⁹ toto ex corde facile dimittere poteris. Hec meditando: hec mente discutiendo: poteris irā vincere: poteris omnes diligere: poteris domini implere preceptū. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos & orate pro persequentibus & calūniantibus vos. Si tibi venit voluntas vagandi recole q iam mortuus es: q crucifixus es. Nunquid crucifixo homini venit voluntas vagandi. Non quia nihil cogitat nisi de morte sua. Et tu iam mortuus es huic mūdo: vide ne aut tu illi: nec ille tibi reuiuiscat. Dic potius cum apostolo Paulo. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Hec vero cogitando poteris vincere vagationem. Audi quid ipse apostolus de pugna vitiorum aduersus virtutes doceat. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Tu ergo si vis viuere cum christo: mortifica per virtutes omnia vitia. Per charitatem mortifica odium: per gaudium spiritale occide tristitiam. Per pacem extingue discēsionem. Per patientiam mortifica impatientiam. Per bonitatem occide malitiam. Per māsuetudinem extingue ferocitatem. Per continētiam mortifica intemperantiam. Per castitatem occide impudentiā. Si isto modo actus carnis mortificare curaueris sine dubio perēni letitia cum angelis in celo frueris.

¶ De studio legendi. Capitulum. xiij.




Non est in his diu immorandum q2 transmitto charitatē tuā ad latissimum campū diuinarum scripturarum: vt q̄ hic tibi deesse cernis: ibi solerter perquiras. Quapropter oro dilectionem tuam vt studium semper in te crescat legendi. Nullus enim puto potest perfecte dei noscere precepta: nisi q legendi continuum habet studium. Quia quanto quisq; in diuinis scripturis assiduus fuerit tanto ex his maiorem intelligentiam capit: sicut terra que in quanto magis excolitur: tanto amplius fructificat. Nam q̄uis homo tardum sensum habeat: aliquid tamē discere poterit ex scripture mysterijs si habuerit assiduitatem legendi sicut scriptum est in euangelio. Qui enim habet dabitur illi: & qui nō habet etiam q̄ videtur habere auferetur ab eo. i. qui habet studium legēdi: dabitur etiam illi intelligendi facultas: & qui legendi studium non habet etiam hoc q̄ videtur habere: id est q̄ naturaliter bonū intelligit propter ignauiam eius auferetur ei. Et sicut ille

qui tardus est ad intelligēdū pro sua bona intelligentia recipiet gloriā: ita ille qui talētū sibi datuʒ negligit condenabitur. Quapropter ammoneo charitatē tuā vt studiū habeas legendi: quia omnis profectus ex lectione ꝓcedit. Que nescimus ex lectione discimus. Dicit enim Isidorus q in orationibus mundamur: lectionibꝰ instruimur vtrumq bonum est si liceat: si non liceat melius est orare q̄ legere. Qui vult cuʒ deo semper esse frequenter debet orare frequenter τ legere. Nam cum oramus ipsi cum deo loquimur. Cum vero legimus deus nobiscum loquitur. Si hec ita sint o dilectissime frater: necesse est tibi orandi legendiq studium habere. Lectio cognitionē dei administrat: lectio tenebras ignorantie fugat lectio scientiam homini confert lectiōis studio dei preceptum eiusq sacramenta occulta discere solemus: lectionis studio dei omniūq virtutum amor nutritur. Per lectionem potes cognoscere qualis sit beatitudo qualis gloria: qualis sit claritas: que promittitur sanctis electisq omnibus. Per lectionem potes cognoscere qualis, sit pena qualis luctus: qualis fletus immineat malis τ iniustis atq impiis hominibꝰ. Per lectionem cognoscere vales quid audituri sint boni τ mali in die iudiciꝫ malis enim a domino dicetur ite in ignem eternum qui preparatus est dyabolo τ angelis eius. Bonis vero dicetur: venite benedicti patris mei percipite regnuʒ quod vobis paratū est ab origine mundi. Hec eniʒ oīa lectione didiscimus. Lectio etiā manifestat. quō prospera quō aduersa tolerare debeas. Quapropter subiungendū est hic aliq̄d qđ legi de patruʒ exēplis qui infirmitates vel omnia aduersa pro amore dñi nr̄i Iesu xp̄i tolerare studuerūt, vt tua charitas hoc legens menti commendans illos viribus totis imitari studeas.

¶ Ammonitio de peruersa aduersitate, tolleranda τ maxime atq grauissime infirmitate amanda. Capitulum.xliiij.





Ettor igitur vt si vel infirmitas vel alia cōtrarietas tibi acciderit quatenꝰ pfecte valeas scire qualiter tribulatiōes omnesq infirmitates tolerare debeas lectioni esto deditꝰ ibi eīn inuenies scriptū ego quos amo arguo τ castigo: si quos dominus amat: arguit τ castigat: Ergo τ tu frater ama argui et castigari ab illo. Qualiscūq infirmitas tibi euenerit gratanti animo suscipe illā. Uolo tibi vnā rem de hystoria tripartita narrare: quaʒ volo vt legas: τ memorie cōmendes. Fuit beniamin senior qui valde clarus hab. batur dono dei ditatus vt sine medicamin. tactu manus aut olei facta oratione sanaret egrotū. Hic fertur incidisse in idropicā passionē: τ sic eius corpus ītumuisse vt non posset per ianuam cellule in qua habitabat efferri: nisi ianue cū tabulis ante positis sublate essent. Is ergo passionis sue tempore pene octo mēses sibi ante mortē in cellā latissima sedēs curabat solēniter egrotātes: nō grauiter ferens qđ sue egritudini nō ꝓdesset: sed etiā se vidētes cōsolabatꝰ τ deprecabatꝰ vt rogarēt deum ꝓ aīa eiꝰ τ de corpe nō curarēt qr dū sanꝰ inquit essem nihil ꝓfuit mihi. ¶ Hūc beiamin imitari stude o sanctissime frater: τ in oībus infirmitatibus tuis dn̄o semper gratias referas. Audiat ēt dilectio tua de beato stephano monacho qualiter i infirmitate sua dn̄o gratias agere studuit. Stephanus aūt habitauit iuxta mare occanum: perfecta degēs τ integra cōtinētia. Qui circa sexaginta annos probatissimꝰ monachꝰ fuit τ Antonio magno notissimꝰ. Fuit itaq mansuetꝰ τ sapiens locutione suauis τ vtilis tristantiū cōsolabatꝰ aīos τ ad alacritatē reuocabat liʒ necessaria tribulatio ꝓueniret. Talis erat in cladibus propriis. Deniq cū infirmitate incurabili captꝰ esset τ medici putrida mēbra eiꝰ abscidissent ille tū operabatꝰ manibꝰ palmarū plectēs folia: τ presentibus suadēs vt de rebus huiuimodi nō dolerēt nec aliud cogitarē nisi de bono fine: Deus inquit cūcta que facit vtilia sunt. Ego aūt noui qr hmōi passiones pro peccatis eueniūt: τ meliꝰ est hic penas soluere q̄ post mortē perpetua supplicia sustinere. Stude ergo τ tu similiter dicere qū tibi infirmitas vel alia cōtrarietas venit. Cōsiderare quoq summopere debemꝰ si illi qui sancti τ iusti fuerūt dn̄o ꝓ infirmitate gr̄as referebant quāto magis nos qui peccatores sumꝰ τ infirmitates τ tribulationes amare debemus presertim cū apostolus dicat: q per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Si igitꝰ per multas tribulationes intratur in regnum: amande sunt tribulationes cū gratiarū actione tolerāde sunt tribulationes quatenus heredes regni celestis effici mereamur. Peccator eīn qui in hoc mundo flagellari nō meretur: in inferno torquebitur. Cupiendū est nobis o frater vt hac in vita dum viuimus tribulationes τ infirmitates pro christi amore: τ pro remissione peccatorum libēti animo sustineamus. Scire namq debet dilectio tua quibus modis deus hominem flagellat. Primo modo flagellat ad probationem: sicut flagellatus est beatus Iob et thobias qui probati sunt vt essent flagellati τ manif. stati aliis ob causam exempli imitandi vt eorum cognoscentes patientiam illos imitari studeamus. Secundo modo deus homines flagellat: ne se extollāt in superbiam vel in securitate ponant quod ad sanctos specialiter pertinet sicut de seipso apostolꝰ dixit: τ ne magnitudo reuelationuʒ extollat me datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane vt me collaphizet: qui postq̄ cognouit q salubre fuisset illud flagellum dixit libenter ego gloriabor in infirmitatibꝰ meis vt inhabitet in me virtus christi. Tertio modo deus hominem flagellat propter peccata sicut paraliticum cui dixit remittuntur tibi peccata deinde subiunxit tolle lectum tuum τ vade in domum tuam. Per hoc vero q illi prius peccata dimisit τ deinde ab infirmitate curauit apertissime monstratur qđ ei infirmitas propter peccata euenerit. Quarto modo deus hominem flagellat vt sua virtus vel sanctorum suorum meritum demonstretur sicut de ceco nato dominus in euangelio dixit: neq hic peccauit neq parentes eius vt cecus nasceretur: sed vt clarificetur filius dei per eum. Hic

verbis aperte declarat q ideo cecus natus fuerit vt ab eo illuminatus virt⁹ diuinitatis demōstraret. Quinto modo de⁹ hominē flagellat: vt hic incipiat flagella sustinere que postmodū sine fine sustinebit. Quod solū modo ad maiores ptinet sicut antiochus ⁊ herodes hic inchoauerunt pati: qđ postmodum in inferno passuri erāt de his scriptū est. Duplici contritione ptere eos. i. in presenti ⁊ in futuro. His quinq modis dñs hominē flagellat idcirco cognitum est vt vnusquisq flagellat⁹ timeat ⁊ emedet flendo qđ fecit quaten⁹ flagellū ad profectū ei eueniat. Admonēda est ergo beatitudo tua: vt ⁊ hos quinq modos quibus deus hominez flagellat memoriter discat quatenus in omni infirmitate vel tribulatione an mentis oculos illos habeas. In his nāq meditando flagelluz domini gratandi animo tolerabis. Firmiter enīz debemus credere q nullum peccatuz sine vindicta relinquitur. Aut enī hic per penitentiam vnusquisq peccatum suū delet: aut dominus pie per flagellum suum purgat aut post mortē igne purgatorio purgabitur. Qđ si his modis peccatum hominis non fuerit deletum post hanc vitam in ignem descendet eternum. Hec vero audiens nequaq̄ de tua debes desperare salute: nequaq̄ cum desperatione dicere multa sunt mala mea ⁊ innumerabilia pctā mea. Scito pro certo nullus tantuz potest peccare q̄tum pietas dñi valet dimittere. Tantū enim est si peniteat peccās si ad illū se querere studeat.

¶ Et qz sermo se intulit de venia peccatorū sperāda volo factū theodosij imperatoris tibi ad memoriā reducere per qđ ⁊ ad sperandā peccatorum veniaz mens tua subleuetur: ⁊ ad lachrymarum fluenta proferenda: cor tuum compūgatur. Cur desperabit aliquis peccator de venia: si ad dominum ex toto corde conuertatur: cum supradictus imperator septem milia hominū occidēs lamentando ⁊ se reum agnoscēdo veniam intra paucos dies potuit promereri. Ut igitur manifestissime cognoscere possis sanctitas tua: quomodo gesta sunt cur vez septē milia hominuz occiderit ⁊ q̄ se occasione reū agnouerit qūo se humiliauerit: ⁊ qūo veniam promeruerit verba hystorie tripartite hic per ordinē sunt inserēda: per que verba in multis proficere domino adiuuāte poteris virtutib⁹. Primū in sperāda venia peccatorū: qz tantorū hoīm sanguinis reus existēs: facile veniā impetrauit. Deinde in humilitate: qz cū imperator eēt p p̄dicationē beati Ambrosij tātū se humiliauit vt oīb⁹ peccatorib⁹ se inferiorē esse cognosceret. Deinde i lachrymis qz cū ecclesiā intrauit: pauimētū ipsius ecclesie lachrymis rigauit. Volo igit̄ vt hoc tue charitati nō sit icognitum: q nemo simul iū se oīa valet extinguere vitia. Nā cuz quispiam passionē libidinis effugerit: auaritiā incurrit. Et cū ex auaritia declinauerit inuidie fouea illi p̄parat̄. Et si inuidiā vicerit mox vitiū furoris: ⁊ alios plurimos laqueos ponit ei inimicus: per quos capere eum possit incautum. Non itaq facile est vitare hominibus vniuersas insidias hostis: sed mens diuino solatio vigilans diuina protectione adiuta argumenta et machinamenta omnia antiqui hostis destruit.

¶ De venia peccatorum speranda. Capi. xv.



Theodosius namq imperator habuit passionem furoris. sed iusto furori immensam crudelitatem permiscuit. Quā obrem pro tua vtilitate. vt in supradictis virtutibus ex eius lectione proficias: narrare necesse est. Thessalonica ciuitas est grādis ⁊ populosa. In qua cū orta esset seditio quidā ex iudicib⁹ ei⁹ lapidati sunt atq tracti. Hinc indignatus theodosius iracundie non refrenauit infirmitatem: sed iussit iniustos gladios sup omnes euaginari: ⁊ vna cum nocentibus innocentes interimi. Septem etenim milia hominum sicut fertur occisa sunt non precedente iudicio: sz tanquam in messe omnes simul incisi sunt. Huiusmodi cladem valde plenam gemitibus audiuit beatus Ambrosius: et cum princeps Mediolanum venisset et solenniter in sacrum templuz voluisset intrare occurrit ei foris ad ianuas beatus Ambrosius ⁊ ingredientez his sermonibus a templi ingressu prohibuit. Nescis imperator scelus perpetrate iracundie nescis a te, q̄ta magnitudo peccati sit facta nec post causam tanti furoris mens tua molem presumptionis agnoscit. Sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperij: decet tamen vt vincat ratio potestatez: sciendā quippe natura est: ⁊ eius mortalitas atq resolutio ⁊ puluis progenitorum: ex quo facti atq in quē redigendi sumus: ⁊ non flore purpureo confidentem infirmitatez operti corporis ignorare coequalem hominum. Non est confidēdum in purpura: sed magis consideranda est cōditionis equalitas Princeps es o imperator et conseruorum vnus est enim dominus omnium rex omnium ⁊ creator. Quibus igitur oculis immundis aspicies templum domini quibus calcabis pedibus sanctum illius pauimentum Quomodo manus extendes de quibus sanguis innocens adhuc distillat: Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus. Qua p̄sumptiōe ori tuo porriges poculū sanguinis xp̄i preciosi dū furore sermonū tātus sanguis sit iniuste effusus. Recede igitur recede: ne scđo peccato priorē nequitiā augere cōtendas. Suscipe vinculum quo te omniū dñs nūc ligauit est enī medicina maxime sanitatis. His ergo sermonibus imperator obediens (erat enī diuinis eruditionibus enutritus ⁊ aperte sciēs que sunt p̄pria sacerdotū ⁊ que regū gemēs ⁊ deflens ad regalia remeauit. Cūq octo mensiū continue trāsissent tempora appropinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residens continuas lachrymas incessabiliter expēdebat. Ingressus autem rufinus tunc curie magister ⁊ singularem fiduciam habens apud principem: ⁊ videns eum in lamentationem p̄stratum accessit vt lachrymarum causas inquireret. At ille amarissime ingemiscens ⁊ vehementius lachrymas fundēs tu inquit rufine ludis ⁊ mea mala non sentis. Ego aūt lamentor ⁊ gemo calamitatē meā quia

seruis quidē ꝛ mendicātibus aperta sunt tēpla dei ꝛ ꝓpriam domū ingredientes deīceter exorāt mihi vero ingressus ad ea non est: insup etiam celi sunt clausi. Hec dicens verba singula singultibus interrumpebat. Rufinus vero curro inquit si tibi placet ꝛ pōtifici ꝓcib⁹ persuadeo vt soluat vinculū quo te ligauit. Ait imperator. Nō suadebis ambrosio. Noui enī decretū illius esse iustū: neq͛ enī reuerebitur imperialē potētiā: vt legem possit preuaricari diuinā. Cūq͛ rufinus verbis plurimis vteret̄. ꝛ ꝓmittens Ambrosiū esse flectendū imperatorem pgere cū festinatione pcepit. Ipse vero spe data paululū post est secutus: credens rufini promissionibus. Porro vir mirādus Ambrosius mox vt vidit rufinum ait. Impudens tā canū imitatus es o rufine tante vez necis autor existens pudorē ex fronte detergēs nec erubescēs metuis contra diuinā imaginem latrare. Cūq͛ rufinus supplicaret: ꝛ imperatorē diceret esse venturū: supno zelo accēsus Ambrosius ego inquit rufine predico tibi: qm̄ eū ingredi ecclesiā ꝓhibebo. Si vero imperium in tyrānidē mutauerit necē: ꝛ ego libēter suscipio. Hec ꝛ alia plurima rufinus audiens nūciauit imperatori votū antistitis: monens de palatio procederet. At imperator hec in media iā platea cognoscens: pergo inquit. Et iustas ī facie suscipio cōtumelias. Cūq͛ ad sacra limina peruenisset sanctam quidem Basilicam non ꝑsumit intrare: sꝫ veniens ad antistitē: ꝛ inueniens eū in salutatorio residentē supplicabat vt eius vincula solueret at ille crudelē dicebat eius ꝑsentiā esse ꝛ cōtra deū vesanire theodosiū eiusq͛ calcare leges cui imperator dixit: non insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones atq͛ inique ingredi limina sacra cōtendo sꝫ te soluere mea vincula deposco vt dñi clemētiā ꝓ me exorare studeas nec mihi ianuā claudi ꝑcipias quā dñs noster cūctis agētibus penitētiā aperuit. Tunc ait antistes. Quā penitētiā ostendisti post tantas iniquitates quib⁹ medicaminib⁹ incurabilia vulnera plagasq͛ curasti. At imperator tuū inquit opus est. Et docere ꝛ medicamina tēperare meū vō est oblata suscipere. Tunc sermo Ambr. dixit. Qm̄ furori tuū iudiciū cōmisisti ꝛ nō ratio ꝓtulit sniaꝫ: sꝫ potius iracūdia: scribe legē q̄ decretū furoris euacuet vt triginta diebus snīa necis atq͛ ꝓscriptionis in litteris tm̄modo maneat ꝛ iudiciū rōnis expectet. Quib⁹ trāsactis dieb⁹ ira vez iā cessante rōcām iudicās: apud semetipꝫ q̄ cognouerit sub veritate disponat. In his enī diebus agnoscet̄ si iusta sit snīa quā ꝓtuleris an iniusta. Si iusta fuerit ꝑmaneat: si aūt iniusta destruat̄ numer⁹ vero triginta diez ad hec examināda sufficit. Hanc ammonitionē impator libēti aīo suscipiēs: ꝛ optimā esse ꝯsiderās: legē ꝯscribi repēte ꝑcepit ꝛ ꝓpriis manibus ipsas cōfirmauit. Quo facto vinculū eius absoluit Ambrosius q̄ lex hacten⁹ obseruat̄. In tali nāq͛ tenore facta fuit illa descriptio: vt si quis imperator morti dānasset vsq͛ ad triginta dies seruarent̄ illesi: quo ira regi vindicaret seuerius: ꝛ eorum sententia esset suspensa: quatenus in spacio triginta dierum ira quiescente ꝓbasset virum iudicasset iustū an iniustū ꝛ qđ iustum ꝓbasset facere studuisset. Sic itaq͛ sacratissimus impator ingredi limina ꝑsumens nō stans dño supplicauit neq͛ genu flexo sed pronus in pauimento iacens dauiticaꝫ vocem proclamauit: Adhesit pauimento aīa mea viuifica me dñe sm̄ verbū tuū manibus aūt capillos euelliens frontēq͛ ꝑcutiens ꝛ pauimētū lachrymarum guttis aspergens veniā impetrare poscebat. Cūq͛ tp̄s accederet q̄ munus ad altare solebat offerre surgens cū lachrymis est ingressus. Cū autē obtulisset sicut solitus erat in cancella stetit. Rursus aūt Ambrosius nō quieuit sed differentiā locoꝝ edocuit: ꝛ primo q̄dā q̄siuit qđ ibidē expectaret. Imperatore aūt dicente sustinere se sacrorū mysteriorū ꝑceptionē. Per archidiaconū remādauit. O imperator interiora loca tm̄ sacerdotib⁹ collata sunt que ceteris nec ingredi nec contingere fas est. Egredere igit̄ ꝛ hanc expectationē cū ceteris habe cōēꝫ: purpura nāq͛ imperatores nō sacerdotes facit. Tunc fidelissimus Imperator etiā hāc traditionē aīo gratāti suscipiens remādauit dicēs. Non audacie cā intra cancellos māsi sed in Cōstantinopoli hanc consuetudinē esse cognoui. Aū ago gratias ꝓ hmōi medicina. Tali ergo ꝛ tāta virtute ꝛ ꝑsul ꝛ Imperator clarebant. Ego nāq͛ vtriusq͛ opus admiror: illius fiductā: huius aūt obedientiā id est fiduciā sacerdotis ꝛ obediētiā regis illius zeli feruorē hui⁹ fidei puritatē: id est feruor zeli in sacerdote fidei puritatē in rege. Igit̄ eximiū est opus iā nūc narratū: qđ te pōt excitare. O sanctissime frater et deo dicate in custodia multarū virtutū. Hec enī Theodosij christianissimi principis ꝛ beati Ambrosij sanctissimi pontificis cōtentio sanctū prouocat hoīem ad sperandum veniā peccatorū ob quā maxime causam hanc sanctā cōtentionē tibi scribere studui. Prouocat etiā durū ꝛ lapideū cor ad lachrymas proferēdas: incitat et ad zeli feruorē. Deprecor vero dilectionē tuam vt hunc actū hanc sanctissimā pn̄iam pijssimi principis ꝛ zelū sanctissimi pontificis crebro legas: q͛ magnus animi ꝓfectus in ea latet. Si itaq͛ ea que tue sanctitati scripsi prudētissime frater perficere potueris opera. i. si profusa a te oīa vitia ꝓiniceris ꝛ q̄ in ammonitione narrātur bona custodire volueris scito ꝙ nō tuis viribus hoc facies sed illo inspirante ꝛ adiuuante q̄ dicit in euāgelio sine me nihil potestis facere. Non solū facere sed nec cogitare q̄dez aliq̄d boni valemus nisi illo operante: illo donāte a quo omne bonū ꝓcedit. Audi quoq͛ attēte q̄d dñs de hac rē ꝑ Hieremiam prophetam dixit. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Nō glorietur fortis in fortitudine sua. ꝛ nō glorietur diues in diuitijs suis sꝫ glorietur in hoc qui gloriat̄ scire ꝛ intelligere ꝛ nosse me. Per hec enī verba oīno auferet̄ supbia: q͛ sapiētia ꝛ fortitudo ꝛ oēs opes reputant̄ nihilū. ꝛ. ista est gloriatio vt sciat intelligat ꝙ ipse sit dñs qui fecit mīam ꝛ iudiciū ꝛ iustitiam in terra. Ex isto quoq͛ loco sumpsit aplūs Paul⁹ illud exēplū qđ corinthijs scripsit dicēs. Fratres qui gloriat̄ in dño glorietur. Ubi sunt illi qui dicunt hoīem ꝓprio arbitrio regi. Ubi sunt illi qui dicūt ꝙ a nobis bonū inchoare possimus. Nequaq̄ illis credere debemus: q͛ nec cogitare (quāto min⁹ pficere) valemus bonū nisi ipso dño adiuuante. Er-

go si dñi gr̃a largiente bonus opus peregeris: et ea que beatitudini tue scripsi cuncta perfeceris nõ tuis viribus: nõ tuis meritis deputa sed illius q̃ in te operetur et dat perficere pro bona volũtate, cui est honor: potestas et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

¶ De lectione sanctarum scripturarum vbi in quodam speculo homo seipsum considerare põt qualis sit vel quo tẽdat. Cap. xvj.



Anctarum lectio scripturarũ diuine est cognitio beatitudinis. In his enĩ quasi in quodam speculo hõ seipm̃ cõsiderare põt qualis sit vel quo tẽdat. lectio assidua purificat aĩam timorẽ in curis gehẽne: et ad gaudia eterna cor instigat legẽtis. Geminum confert donũ lectio sanctarũ scripturarũ siue qr intellectũ mẽtis erudit: seu q̃ a mũdi vanitatibus abstractũ hoĩem ad amorem dei perducit labor honestus est lectionis et multũ ad emẽdationẽ aĩe pficit. Sicut enĩ ex carnalib⁹ escis alitur caro ita ex diuinis eloquijs hõ interior nutritur et pascitur. Quam dulcia faucibus meis (inquit psalmista) eloq̃a tua d̃ñe sup mel et fauũ ori meo. Sed ille beatissimus est q̃ diuinas scripturas legens verba vertit in opa. Uis plane scriptura sctã ad nr̃am salutẽ scripta est: vt pficiamus in veritate et cognitione sepi⁹ cecus offendit q̃ videns. Sic ignorãs legẽ dei sepius ignorãter peccat q̃ ille q̃ scit. Sicut cecus sine ductore: sic hõ sine doctore viã rectã vix gradit. Uaca lectioni vaca meditationi scripturarũ: vaca in lege dei. Habeto in diuinis lr̃is frequentiã assiduitatis legẽdi. Sit tibi freq̃ẽs lectio. Lectione sensus et intellectus augetur. Lectio enĩ docet quid caueas ostẽdit qõ tẽdas multũ proficies si legis si facis tñ que legis.

¶ De pace. Cap. xvij.



Aluator noster ad patrẽ rediens: spectale munus discipulis dedit vnitatis scz et pacis pcepta dicens. pacẽ meũ do vobis: pacẽ relinquo vobis. In pacẽ vos dimisi. In pace vos inueniã. Proficiscens voluit dare qõ rediẽs desiderabat in oĩbus inuenire. Cuius pacis ornamẽta mirabiliter alio loco ostẽdit dicẽs Beati pacifici: qm̃ filij dei vocabũtur. Et filius deus incipit vocari qui pacificus esse iam cepit. Non vult filius dei dici: qui pacẽ noluerit amplecti. Negat sibi patrẽ deũ qui pacificus esse cõtemnit. Sed pax hec: cũ bonis et dei precepta seruãtibus custodienda est: nõ cũ iniq̃s et sceleratis: qui pacẽ inter se habent in peccatis suis. Pax xp̃i ad salutem proficit sempiternã pax que in diabolo est: ad perpetuã peruenĩet pditionem. Pax cũ bonis et bellũ cum vitijs semper habẽdum est. Mala quidem hoĩm impiorũ odio habẽda sunt non hoĩes ipsi quis mali sint quia creatura dei sunt. Pax vero que in bonis est: cõcordiam fratrum et charitatem proximorũ copulat. Pax spiritum dei specialius pmeretur. Pax dilectionis mater est. Pax iudiciũ est sanctitatis de qua dñs per prophetam ait. Pacem et veritatem diligite. Pax plebis sanitatis gloria sacerdotis: patrie leticia et terror hostiũ siue visibilium siue inuisibilium. Omnibus virtibus pax est custodia: quia semper in meman et qui in pace sancta manet cum sanctis dei. Sacerdotis est: in pace populum admonere quid debeat agere. Populi est humilitate audire quid moneant sacerdotes. Quicquid non licet: pastoris est ne fiat prohibere: et plebis obedire ne fiat.

¶ Epistola sancti Macharij ad monachos. Caplm. xviij.



N primis quidem si ceperit homo semetipsum agnoscere cur creatus hic sit si quesierit factorem suũ deum et penitere de his voluerit q̃ cõmisit in tpe negligentie sue: sic demum benignus deus dat illi tristitiam propterea et postea per suam benignitatẽ dat illi afflictionẽ corporis i ieiunijs i vigilijs: et orationũ instãtia: et contẽptu mũdi: vt libens illatas iniurias sufferat: et odio habeat omne refrigerium corporale et diligat planctum magis q̃ risum. Post hec tribuet illi desiderium et fletũ et humiliationem cordis et humilitatẽ vt trabem oculi sui cõsideret nõ alterius festucã nitatur auferre: et dicat semp qm̃ iniq̃tatẽ meã ego cognosco: et delictum meũ cõtra me est semp. Semp exitus sui memor sit: et qũo in cõspectu dei occursurus sit: et iudicia et penas describat in cõspectu mẽtis sue: nec nõ etiã merita et honores q̃ dãda sunt sctis. Si aũt cognouerit quia cor ei⁹ suis firmatũ est in timore dñi. et nõ dimittit locũ suũ: sz fortiter resistit aduersario suo ille perfect⁹ monachus et miles xp̃i vocatur. Ut enĩ cũ multo nauis onerata ictu obruitur: sic multa possidẽs monachus nõ saluatur. Nihil possidẽs monachus quasi aq̃la ad excelsa puolat. Tũc descẽdit ad esca qñ compellit necessitas. Prudẽs monachus nõ adulabitur propter voluptatẽ ventris diuitibus. Nihil possidẽs monachus velut cursor leuis sagacius puenit ad brauium. Qui vult cũ deo semp esse: debet frequẽter orare et frequẽter legere. Nam cũ oramus ipsi cũ deo loquimur: cũ vero legimus de⁹ nobiscum loquit. Orationibus aũt mũdamur: lectionib⁹ instruimur. Utrũq3 bonũ est: si liceat melius est enĩ cõferre q̃ legere. Qõ enĩ obscurũ est aut dubiũ cõferendo cito cõspicitur. Quatuor sunt necessaria i ecclesia dei canonica diuina in qua narratur et predicatur vita futura historia in qua narratur res gesta: numerus in quo facta futurorum et solennitates diuine enumerãtur grammatica in qua scientia verbor intelligitur. Nemo renuncians seculo bene potest videre: qõ contempsit vt videret. Quicquid in sumpt⁹ de tuo tuleris pro lucro depura. Antiquũ dictũ est auaro tã deest qõ hz q̃ qõ nõ hz. Credẽti tot⁹ mũd⁹ diuitiarũ: infidelis aũt obolo indiget sic viuam⁹ quasi nihil ha=

bentes ⁊ omnia possidentes. Victus et vestitus diuitie christianorum sunt: si habes in potestatem tuam vende: si non habes proijce. Tollenti tunicam ⁊ pallium relinquendū est. Nisi tu semper crastinans ⁊ in diem de die trahens caute ⁊ pedetentim possessiunculas vendideris non habet christus vnde alat pauperes suos. Qui totū se dedit totū obtulit. Apostoli nauim ⁊ rhete tātū reliquerunt. Vidua duo era misit in gazophilatiū: ⁊ pferť cresi diuitijs. Facile contēnit oīa qui semper cogitat se esse moriturum. Ecce duo viri steterunt In matheo vnus angelus in marco adolescens in Joāne duo angeli. In luca duo viri dicuntur. i. multa itinera mulierum ⁊ diuerse sunt visiones vel vnū ⁊ vna visio et dissimiles sunt narrationes euangelistarum Lintheamina sola posita ostendit ꝙ non indigent corpora vestimento post resurrectionem. Secum mirās id est ꝙ reliquit lintheamina transitus in christo resurrectio vita eterna Prima est cogitare de domino vt desideremus. Secunda de passione vt sustineamus Tertia de hora transitus vt simus parati. Quarta de die iudicij vt rationē reddamus. Quinta de inferno vt timeamus. Sexta de vita eterna vt desiderem⁹. ¶ Tribus modis diabolus securitatem in mentem hominis immittit. Primum suggerit homini: vt nō faciat confessionem quia iuuenis est. Secundo dicit: quia alij grauius peccauerunt ꝙ tu: et diu vixerunt. Tertio dicit tu pecca quia magna est clementia et misericordia dei indulgebit tibi peccata tua: et per hanc securitatem ducit eum in infernum. Diuersas medicinas anime deus ostendere dignatus est. Alius per eleemosynam alter per obsequium alius per hospitalitatem alter per ieiunium ⁊ vigilias: alius per continētiam: alius per castitatem: alter per benignitatem alius per obediētiam: alter per humilitatē: alter per patientiam. Alij datur per spiritū sermo sapientie alij sermo scientie: alij prophetia: alij genera linguarum: alij dona sanitatum: alij discretio spirituum. Omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. In psalmis itaq; inuenies: si intēta mente perscrutaueris. Dominici verbi incarnationē passionēq; et resurrectionem atq; ascensionem. In psalmis inuenies tam intimam orationem si intenta mēte perspexeris sicut non potest vllatenus per teipsum excogitare. In psalmis inuenies intimā confessionem peccatorum tuorum ⁊ integrā deprecationē diuine atq; dominice misericordie. In psalmis quoq; inuenies omnium rerum que tibi accidunt intimā gratiarū actionē. In psalmis confiteris infirmitatē tuā atq; miseriā ⁊ per idipsum misericordiā dei prouocas. Oēs enim virtutes in psalmis inuenies si a deo merueris vt tibi reuelet secreta psalmorū. Etiā si volueris intima mente exercere te in diuinis laudib⁹ ac pceptis ⁊ mandatis celestibus: psalmum. Beati immaculati decanta. Et licet vsq; ad obitum vite tue huius psalmi virtutē contēplaueris atq; scrutaueris: nunꝙ vt puto illū perfecte intelligere poteris in quo nullus versus est: in quo nō sit vel via dei: vel lex: vel mādatū seu preceptū vel verba aut iustificationes vel iudicia aut sermones dei descripti. Et ideo nō est opus vt per diuersos libros animo diffundaris. In psalterio solo habes materiam legendi vsq; ad obitum vite ī quo inuenies ꝓphetas: euangelia et apostolos ⁊ omnes libros diuinos spiritualiter atq; intelligibiliter expresse tractatos ⁊ descriptos. Et priorē atq; secundum aduentū dñi ibi inuenies prophetatū incarnationem quoq; ac passionē ⁊ resurrectionem atq; ascensionem dñicā. Et oēm virtutē diuinorum dictorū inuenies in psalmis si intima mēte perscrutaueris ⁊ ad medullam intimi intellectus per dei gratiā perueneris. ¶ Camera christi est hoīe dei est correctū ⁊ bonū. Fundamentum ipsius camere est fides: altitudo eius est spes latitudo est charitas longitudo eius est perseuerantia: latera eius sunt concordia et pax frōdes ipsius sunt iustitia: ⁊ veritas pulchritudo ei⁹ est exemplū bonorū operū fenestre ipsius sunt dicta sanctorū paulmentū eius est humilitas cordis: camere eius sunt boni pontifices: interligatio eius est vinculum pacis tectum eius est fidelis dispēsator piscis eius est meditatio celestis. Mensa christi in camera sua est bona conuersatio. Ministerium christi in camera sua est bona memoria. Bacinus xp̄i bona est voluntas: cātīcellus xp̄i est nitor conscientie. Cathedra xp̄i est serenitas mentis. Sponsa xp̄i anima sancta: camerarie xp̄i virtutes spiritales sunt. Prima sancta charitas dicta est: illa regit cameram christi. Est ⁊ sancta humilitas illa est thesauraria ī camera. Est ⁊ sancta sapientia illa facit luminaria In camera est sancta puritas illa scobat camerā. In camera est sancta bonitas illa incensum ponit: in camera: est sancta diligentia mentis illa ornat camerā. Est ⁊ sancta abstinētia illa parat mensam: in camera est sancta tēperātia illa miscet: in camera cū cāticello ⁊ ipse cāticell⁹ est nitor cōsciētie: est ⁊ sancta vigilātia illa seruat cameram dominicam: estq; sancta penitentia: illa facit disciplinam in camera: est etiam sancta et bona cōsciētia illa est portaria in camera. Istas totas supradictas ipsa peperit ⁊ mater earū est. Est sancta perseuerantia illa nutrit earum est vsq; ad finem perfectum. Prestet nobis itaq; dominus vt inueniat in nobis talem mansionem Qui viuit et regnat deus in secula seculorum Amen.

¶ Beatissimi Hieronymi cardinalis presbyteri sancte Romane ecclesie catholice doctoris pcipui Libris qui vitas patrum inscribuntur diligenter examinatis vigilantiq; studio emendatis: atq; per punctos et comata distinctis nuper finis imponitur. Impressis Lugduni Anno nostre salutis. M.cccccxxxvj.

¶ Registrum.

A a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v. A ⁊ v. duerniones. Reliqui quaterniones.

¶ Reuerendo in Christo patri et domino Domino Joanni de Poupeto iurium celeberrimo doctori Cabilonensique episcopo: ac abbati alia monasterii sancti Petri prope et extra muros Cabilonen. Commendatario administratorique perpetuo Celsus Hugo dissutus in vtroque iure doctor: Cathedralis prefate vrbis canonicus creatus omni cum humilitate Salutem.



Emosthenes ille Orator philosophusque maximus (quem) vt inquit Juuenalis (mirabantur Athene torrentem et pleni moderantem frena theatri) dicere solitus erat Reuerendissime presul: se id hominum genus qui brutorum instar viuentes animam cunctaque cum vita interire putarent non laudare. Ex diuerso magna se credere esse laude dignos qui preclara facinora factitantes eternam post cineres acquirerent famam. Quid enim belli (dicebat) ducibus triumphi: quid statue pictive triumphantes arcus: quid oleagine: lauree: tum victores cum poetas remanentes, conducerent corone? quid celeberrimi (a summis etiam principibus ac induperatoribus exoptati) historiarum tanto studio appeterentur scriptores? quid qui heroicorum fortia facta celebrarent versu poete? Cuncta enim si cum corpore interirent. Epicuree quisque secte imitator esse studeret: et homines inter ac bruta interesset nihil cum eadem homini eadem quoque morienti pecudi conditio esset. Hanc ergo (ni fallor) ob rem priscorum aliis triumphi (ad preclara vi ad facta cogerentur) victoribus ducibus: aliis corone: aliis pario de marmore statue rerum bene gestarum premium quia dabatur: sibi quisque commissam eo studio prouinciam agere satagebat. Proprius vi rebus postpositis varia (mortis etiam nonnunquam) pericula imperterritus subiret perpetuam vt tantum ipse famam suis posteris relinqueret. Quamobrem qui flagitiis (vt Herostratus qui) vt sui nominis famam dilataret (clarissimum Ephesie diane templum incendit: seque mox ipsum prodidit) egregiisque patratis delictis famam acquirere sunt nisi non defuere. Exquisitos enim quisque ad eorum describenda acta iure vates cum oratores vt maxima queque bona petebant. Eamobrem magnus ille Alexander inscio Cherilo (qui eum illius vt facta scriberet sequebatur) aliquando dixisse fertur se male Homeri esse Thersitem (Grecorum qui vilissimus) et si nobilis (erat) quam huius Achillem. Tanto igitur si studio gentilium tum prosa cum versu (qui multa vt plurimum poetico more effingunt aut falsa veris inuoluunt) historiarum scriptores aucmus: qui nec quod viderunt sed quod multo ante actum est euo scribunt. Hos inter procuidubio noster erit Hieronymus dignior ac primus qui antiquorum patrum propriis quos conspexit luminibus arctissimam vitam paupertatesque varias pro eterna (non vt gentilibus fama) beatitudine consequenda eloquentissimo lepidissimoque stylo complexus est: nisi quod maxima pro parte vidit: aut a fidedignis sanctis patribus hoc in volumine scribens nihil. Huic ergo non iniuria veridico veluti qui visa scitaque oculatim dicat preque cunctis sanctissimo historico adherendum censeo. Plus enim (vt Plautus ait) valet oculatus vnus testis: quam auriti decem. Cui Bar. dicto. in l. quid tamen. § si arbiter. ff. de arbi. et Bal. in l. solam. C. de testi. et in l. data opera. in. xviii. col. C. qui accu. non pos. et Abb. in. c. j. in. v. col. de iudi. astipulantur. Nam segnius irritant (ait Flaccus) demissa per aures quam que sunt oculis subiecta fidelibus: et que ipse sibi tradit spectator. Tam celebre igitur (ne te plus equo presul dignissime remorer) non voluit celare volumen vir egregius Antonius vincent Lugdunensis opulentus bibliopola. quod (quia id mendosum offendit) mihi (etsi inscio) elimandum dedit. Tantis enim erat (vt in titulo predixi) mendis refertum. In hoc vt antiqui vix libri vestigia comperiat quispiam. Pro enim dictionibus alie etiam diuerse posite dictiones: sensum diui (quod iam dixi) Hieronymi peruertebant. Nec deerant pro aliis syllabe proque veris diuersa seu impressorum incuria correctorum ve inertia pretermissa elementa vim dictionis ac sensum permutantia. Hoc tandem sed nec prius quam vetustissimo adhibito exemplari tantis extersum mendis: tue ideo paternitati et reuerentie volumen dicaui: vt extremas per te (cuius literas in Parrhisiano tecum et vltramontano studio conuersatus nouerim) vbi spacium loco legens congruum videris patiatur limam (neque enim omnia) vt ait Maro (possumus omnes) et tanti presulis numine tutum vt liberius ire queat. Tue reuerentie (id si acceptum sensero) alio que paucos post dies emissurus sum volumina dicatur. Et vale.







